



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
10 F
16




BIBLIOTECA
ROMA
VITTORIO EMANUELE


M. T.
CICERONIS
Epistolæ
ad Atticum
&c. sive
OPERUM
Pars Septa
Apud Franciscum
VENETIA
MDCCXXXI.
Pitteri.

M. TULLII CICERONIS OPERUM

Volumen Septimum.

PARS PRIMA.



MARCI TULLII
CICERONIS
OPERA

QUÆ SUPERSUNT, OMNIA,

CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII,
J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM,
J. G. GRÆVII, & ALIORUM,
QUAMPLURIMORUM,



Qui aliquam Ciceronis Operum Partem
Animadversionibus illustraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT

Variantes Lectiones ubique apposuit,

Paginas Aldinæ Editionis, quas Nizolius & alii sunt secuti, una cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinæ Locutionis respondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS INSIGNITER AUCTIS.

VOLUMEN SEPTIMUM.

PARS PRIMA.

VENETIIS, MDCCXXXI.
Apud Franciscum Pitteri.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.


SERIES OPERUM

Voluminis Septimi

PARS PRIMA.

Epistolarum ad T. Pomponium Atticum Libri octo.





M. TULLII CICERONIS

P. 1.

EPISTOLARUM
AD
ATTICUM,
LIBER PRIMUS.



ARGUMENTUM.

Libri hujus epistolæ partim ante consulatum Ciceronis, partim post consulatum scriptæ sunt. Nam toto consulatus illius tempore Atticus Romæ fuit, omnium consiliorum & actionum ejus monitor, adjutor & administer. Porro illæ, quæ consulatum antecedunt, quæ sunt numero novem, nimirum usque ad eam quæ incipit, Teucris illa: *nihil sane continent quod ad historiam magnopere pertineat: Consequentes vero, usque ad Epistolam*, Nihil mihi: *M. Messalla & M. Pisone Coss. data, primum, rem Clodii narrant, ut domi C. Cæsaris cum vestitu muliebri deprehensus fuerit, cum pro populo fieret: totumque de re illa judicium, quo non modo præter fas & æquum, sed etiam præter omnium hominum opinionem, absolutus fuit: deinde, quam mortuo plausu populus Romanus Pompejum exceperit e nobili illa Asiatica expeditione redeuntem. Nam cum nobiles homines, in iis L. Lucullum cum primis, haberet infensos: illos, quia hominis potentiam ægre ferrent adeo crevisse, ut jam formidabilis posset esse; hunc, quia erepti sibi triumphi de Mithridate, jam fere debellato, hæreret memoria: non modo obtinere nunquam potuit ut acta sua a populo confirmarentur, deque militum præmiis decerneretur: sed ne illud quidem, ut rebus ab se gestis recitandis plausus ex animo daretur. Atque id est quod ait epistola* XII. Prima concio Pompeji qualis fuerit, scripsi ad te antea: non jucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. *Quæ quidem res omnium, quæ deinceps secuta sunt, malorum fons & origo fuit.*

Nam quod nec per Messallam & Pisonem primo anno, nec per Metellum & Afranium, ex quibus hunc omnibus invisit per largitionem & ambitum, quæ acta sua confirmarentur, curandum curaverat sequenti anno: quod per Flavium Tribunum pleb. ut lex agraria perferretur; impetrare non potuit: coitione facta cum Cæsare & M. Crasso, anno tertio obtinuit, Cæsare in primis Consule declarato. Tres ultima epistola, Q. Metello Celere, L. Afranio Coss. missa sunt: quorum consulatu de Clodio ad plebem traducendo agi cœptum est. Quare si ratio temporum subducatur, intelligemus tam paucas libri hujus epistolas, annis amplius octo scriptas fuisse: nempe a Consulatu minimum L. Cæcilii Metelli Cretici, & Q. Marcii Vatia; qui ædilitatem Ciceronis statim secutus est: usque ad eos quos proxime diximus Coss. Scite autem Manutius primas epistolas distribuisse videtur, & quasi in suum locum singulas revocasse; ut nullo negotio, quando primum inter eos initium scribendi factum est, cognosci possit. Malaspina.

TESTIMONIUM CORN. NEPOTIS DE HIS EPISTOLIS.

Eum (Atticum) *præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus jam sunt editi, sexdecim volumina epistolarum; ab consulatu ejus usque ad extremum tempus, ad Atticum missarum; quæ qui legat, non multum desideret historiam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat: & facile existimari possit prudentiam esse quodammodo divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit: sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates.*

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO SAL.



ETITIONIS nostræ, quam tibi summæ curæ esse, scio, hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit. 1 Prensat unus P. Galba, sine fuco ac fallaciis, more majorum, negatur. ut opinio est hominum, non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio. nam illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant.

1. *Prensat unus P. Galba. sine fuco ac fallaciis, more majorum, negatur.*) Ita interpunxit hunc locum Malaspina: & Muretus firmat lib. IX. variar. lect. cap. 10. Prius erat; *P. Galba sine fuco ac fallaciis, more majorum. Negatur;* quod præfert P. Manutius. *Clericus.*

2. Ce

dicant. ita a quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebrescit, plurimos nostros amicos inveniri. Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso b tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat, in campo, 2 comitiis tribuniciis, c 3 a. d. XVI. kalend. Sext. Competitores, qui certi esse d videantur, Galba, & Antonius, & Q. Cornificius. 4 puto te

a *alii* quidem
b die *alii*.
c *alii* ad.
d *alii* videbantur.

2. *Comitiis tribuniciis*.) Vide num rectius sit, *tributis*, pro *tribuniciis*: cujus scripturæ apparet aliquod vestigium in uno apud me manuscripto. *Ursinus*. Hunc quoque locum recte mihi videtur distinxisse Malaspina. significat enim Cicero se initium prensandi facturum, quo primum tempore & quo loco animadverteret populum una convenisse: quod commodissime tunc posset singulos quosque prensare. id autem fore sperabat ante diem decimumsextum Kalend. Sext. in campo Martio; quo loco tunc cogi populus debebat, ad creandos Tribunos plebis. *Bosius*.

3. *A. D. XVI.*) Notis scripsimus A. D. non, ut erat in vulgatis, A. D. quæ præpositio huic loco convenire non potest. nam ad decimum sextum Kalendas esset circiter decimum sextum Kalend. (id enim AD declarat in hujusmodi loquutione) quo dicto certus dies non præstitueretur: quem tamen hic præfinisse Ciceronem liquido ostendunt hæc verba *comitiis tribuniciis*. nam in incertum diem indici comitia non solebant. hinc statuo hic scribendum esse; ut dixi, A. D. XVI. Concise autem dicebant *ante diem*, pro ante diem finitum, proindeque ipso die. Inde Paullus Jurisconsultus lib. III. ad legem Papiam & Juliam, cum docere vellet his verbis, *ante diem decimum Kalendas*, &, *post diem decimum Kalendas*, diem ipsum decimum Kalendas significari, sicscripsit; *ante diem decimum Kalendarum*, *post diem decimum Kalendarum*: *neutro enim sermone undecim dies significantur*. In eamdem quoque sententiam Ulpianus lib. XIX. ad Edictum, *qui*, inquit, *ante Kalendas proximas stipulatur*, *similis est ei*, *qui Kalendis stipulatur*. Hæc enim verba, *ante Kalendas*, sic accipienda putat Ulpianus, quasi dictum esset *ante diem Kalendas*. Bosius.

4. *Puto te in hoc*.) Hæc verba nonnulli putant esse sesquiversum Lucilii Satyrici:

Quid? puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse,
Ut frontem ferias:

quibus minime assentior; sed potius credo Ciceronem illum versum in orationis tractu forte effudisse, sicut solent aliquando inter scribendum versus etiam nolentibus excidere; maxime hexametri, qui adstricto sermoni sunt similiores. Talis est lib. II. epist. 15. *In patrios montes, atque ad incunabula nostra*, *Pergam*. & epist. 18. *Displiceo mihi*, *nec sine summo scribo dolore*. lib. XIII. epist. 21. *Sustineat currum bonus ut agitator*, *equosque*. De Oratore lib. III. *Complexi plus multo etiam vidisse videntur*. In Lucullo: *Crassi occultata & circumfusa tenebris*. Popma.

te in hoc aut risisse aut ingemuisse, 5 ut frontem ferias. sunt, qui etiam Cæsonium putent. Aquillium, non arbitramur, 6 qui denegat, & juravit morbum, & illud suum regnum judiciale opposuit. Catilina, si judicatum erit meridie 7 non lucere, certus erit competitor. De Au-

5. *Ut frontem ferias. Sunt.*) Ut indigneris & stomacheris, non modo rideas Cornificii stultitiam de Consulatu cogitantis, aut ingemiscas temporum conditionem, cum homo talis summum magistratum sperare audeat. Erat enim Cornificius plebejus, & in petitione jacebat, ut ait Pedianus. Frontem vel femur ferire est indignantis, tam apud Græcos quam Latinos, idque in oratore laudat Cicero in Bruto c. 80. Quintilianus improbat, quod scenicum videatur; Plaut. Trucul.

—— *dentibus frendit, icit femur.*

Homerus Iliad. χ.

αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Μηρὼ πληξάμενος Πατροκλῆα προσέειπεν.

Et Odyss. ς.

Ὤιμωξέν τ' ἄρ ἔπειτα καὶ τὼ πεπλήγετο μηρὼ.

Plutarchus in Pompejo: καὶ πληξάμενος τὴν κεφαλὴν ἐκέλευσε τὴς ναύτας τὸ ἐφόλκιον παραβαλεῖν. *Popma.* Conjecturam Manutii, qua distinguit, *Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse. Ut frontem ferias, sunt, qui etiam Cæsonium putent &c.* libris Palatinis adjuvari ait Junius. pro, *Cæsonium*, vero, *Cæsoninum* in quibusdam libris legi ait Muretus, qui præterea adquiescit interpunctioni Manutianæ. *Clericus.*

6. *Qui denegat.*) Hæc est & scidarum Bosii, & vulgo recepta lectio. Petri Pithœi mſ. exemplar habebat, *qui & negant & i. m.* ex quo ipse legit, *qui & negavit, & i. m.* quæ correctio fulcitur auctoritate codicis Tornæsiani & Crusellini. consulatur ipsemet Pithœus lib. II. Subsecivar. lection. cap. 8. *Idem.*

7. *Non lucere.*) Nos, *non liquere* emendavimus. Dedit autem hujus erroris occasionem, quod in antiquis libris hoc verbum hoc loco per *c*, non per *q* scriptum est: quod tamen & frequens est, & sæpe observatum. ut in codice Mediceo, in epistola ad Lentulum, sic locus ille legitur: *Esse & tua & nostri imperii dignitatis, Ptolemaide, aut alico propinquo loco.* De judiciis autem quæ exercebantur meridie, Cicero ad Q. Fratrem meminit: *Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus.* Et auctor Rhetoricorum ad Herenn. libro primo: *Rem ubi pagunt, oratione pagunt in comitio, aut in foro, ante meridiem causam conjicito.* Quando autem judices *non liquere* pronunciarent, & quæ vis esset horum verborum, & quod hoc tempore Catilina reus esset, omnia ab Asconio Pædiano diligenter tradita, si voles, accipies. *Victorius. Meridie non lucere.*) Victorius legit *liquere*, & hæc verba refert ad veterum judiciorum formulam, quia judices pronuntiabant sibi liquido non constare damnandusne reus esset. quæ scriptura hic ferri non potest, ubi agitur de absolvendo, non de condemnando

Aufidio, & [c] de [8] Palicano, non puto te exspectare dum [c ita Gron. alii non habent de.]

do Catilina, ut pluribus ex Cicerone & Asconio demonstratum est a Manutio. Sed ut clarius pateat legendum esse, *lucere*, uti nos ex fide Decurtati excudi jussimus, paucis explicandum est cur irrita fuerit ea Consulatus petitio, quam Catilina instituerat biennio ante, quam Cicero peteret, quæque sit caussa cur Cicero dicat se competitorem certum eum habiturum. Ac primum illud constat Catilinam ex Prætura provinciam Africam obtinuisse, eique præfuisse usque in id tempus, quo designatos Coss. P. Cornelium Sullam, & P. Autronium Pætum, L. Aurelius Cotta, & L. Manlius Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum suffecti sunt. tunc enim primum ex Africa Romam rediit, & quidem tardius quam par fuit petitorem Consulatus. quo factum est ut intra legitimos dies profiteri nequiverit, ut est apud Sallustium. legitimos dies hic cum Gruchio accipio, trinundinum illud, quo petitores consulatus ante comitia ordinaria nomen profitebantur, & populo in toga candida supplicabant. ordinaria vero comitia ea voco, quæ ad creandos Consules ut plurimum sub finem mensis Quinctilis, aut initio Sextilis habebantur. Itaque quo tempore Catilina decessit ex provincia, cum jam designati essent Consules comitiis ordinariis Sulla & Autronius, fieri non potuit, ut is profiteretur intra trinundinum illud comitiorum ordinariorum; quippe qui adhuc abesset. postea vero indictis sub anni finem secundis comitiis, ad sufficiendos alios Consules, primis ambitus damnatis, eosque potissimum, uti mos erat, qui illos reos peregerant, cum ille Romam revertisset, professus est se petere Consulatum. cui petitioni ut obviam iret Consul Tullus, qui jam intellexerat illum pecuniarum repetundarum postulari, *consilium*, inquit Asconius, *publicum habuit, illiusne habenda esset ratio, si Consulatum peteret: factumque est SC. in sententiam Tulli, quo ille petere prohibitus est*. cujus prohibitionis præcipua quidem causa fuit repetundarum accusatio: alia tamen speciosior quæsita est; quod ille intra legitimos dies, qui antecesserant comitia ordinaria, professus non esset. ac quod prohibitus fuerit petere secundis comitiis, non vero primis illis ordinariis, declarat his verbis Sallustius: *L. Tullo M. Lepido Coss. P. Autronius, & P. Sulla designati Consules legibus ambitus interrogati pœnas dederant. paullo post Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat petere Consulatum, quod intra legitimos dies petere nequiverit*. Hunc ergo Sallustii locum si cum Pediani verbis conferas, intelliges professionem illam, cujus Pedianus meminit, irritam fuisse, quod legitimo tempore confecta non esset. His igitur de causis Consulibus Tullo & Lepido a petitione destitit Catilina. Sequutus est annus, quo inierunt Cotta & Torquatus, in locum Sullæ & Autronii subrogati: quibus Consulibus caussam quidem repetundarum dixit, sed majore parte ejus anni jam exacta, atque adeo designatis in sequentem annum Consulibus L. Julio Cæsare & C. Marcio Figulo; ut intelligitur ex epistola secunda hujus libri, cujus initium in hac editione nostra, *L. Julio Cæsare, C. Marcio Figulo*, qua de

 caussa

dum ſcribam. De iis, qui nunc petunt, [9] Cæſar certus putatur. [10] Thermus cum Silano contendere exiſtimatur: qui ſic inopes & ab amicis & [f] exiſtimatione ſunt, ut mihi videatur non eſſe ἀδύνατον [11] Curium obducere. ſed hoc præter me nemini videtur. Noſtris ra-

f *alii* æſtimat. *Lamb.* ab exiſt. P. B.

cauſſa toto eo anno a petitione abſtinuit, quod nondum judicium de ipſo latum eſſet, cum habita ſunt comitia Conſulibus illis deſignandis. nam adverſus quos conſtitutum erat publicum judicium, eorum rario in petendis honoribus haberi non ſolebar. idcirco Romam privatus ad petendum Conſulatum venire Cæſar noluit, quod identidem M. Cato non ſine jurejurando, ut ait Svetonius, denuntiaret ſe nomen ejus delaturum. Cum ergo cetnerer Cicero reatu tantummodo Catilinam a petitione Conſulatus arceri, eumque facile tum abſolutum, aut damnatum iri, cum ipſe petitionem ſuam inſtirueret, ſcripſit Artico, cum de competitoribus ſuis ageret, ſe illum certo competitorem habiturum, ſi judicarum eſſet meridie non lucere: hoc eſt, ſi de manifeſtiſſimis criminibus, quorum ille reus agebatur, judices pronuntiarent ſibi nihil conſtate, ideoque illum abſolverent. *Boſius*.

8. *Palicano &c.*) Puto M. Palicanum ſignificari, quem ab hinc anno tertio conſulatus candidatum, C. Piſo Conſul, negavit ſe, ſi creatus eſſet, renuntiaturum: *ſe non exiſtimare, tantis tenebris obfuſam eſſe Remp. ut huc indignitatis veniretur*. Quo ſane libere dicto, conſulatum ei eripuit. De hoc item nunc Cicero, ut de turpi & ignominioſo homine, *Non puto te* (inquit) *expectare dum ſcribam*. Hiſtoria eſt apud Valerium Maximum. *Malaſpin. Palicano.*) *Palikanus* inciſum eſt in antiquis denariis, quos conſtat a Palikano ſignatos eſſe, cujus hic meminit Cicero, quique Tribuniciam poreſtatem a Sulla populo ademptam Tribunus pl. cum eſſet, Pompejo conſule adjuvante, reſtituit. *Urſinus*.

9. *Cæſar.*) Is eſt, quam a triumviris proſcriptum ſoror Julia, Antonii triumviri mater, ſervavit. Plurarchus *P. Manut.*

10. *Thermus.*) Is eſt C. Minucius Thermus, qui poſt ex adoptione, quum in familiam patriciam tranſiiſſent, C. Marcius Figulus appellatus, *contendere autem*, ὁμοτονεῖν, eſſe ὁμότονον ut ſunt funes ductarii inter ſe, χυριολεκτῶς, ut Tuſcul. 2. *Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius*. Junius.

11. *Curium obducere.*) Diſcrepat hoc loco codex Tornæſianus ab aliis libris manuſcriptis, quos habui. Nam pro *Curium* qua in lectione ceteri omnes conſentiunt, edit *Torium*. nos *Curium* probavimus, notat enim Cicero Q. Curium, virum flagiriis atque facinoribus coopertum; quem Cenſores, probri cauſſa, Senatu moverant, ut refert Salluſtius. Itaque cum vellet oſtendere Thermum & Silanum gratia & exiſtimatione, quo tempore hæc ſcribebat, parum valere, eos cum deſpicatiſſimo illo viro comparavit, atque ἀδύνατον non eſſe illum adverſus eos ducere ad petendum

rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæsare. nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, [12] si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur: propterea quod curator est viæ Flaminiæ, [13] quæ tum erit absoluta sane facile. [14] eum liberi

dum Consulatum. est ergo *obducere*, aliquem contraducere, qui alteri adversetur. Sic *obducere exercitum* dixit Plautus Pseudolo: *Post ad oppidum hoc vetus continuo meum exercitum protinus obducam.* De hoc Curio intelligendus est locus hic libri secundi: *jacet enim ille sic, ut πτῶσις Curiana stare videatur.* Bosius. *Curium obducere.*) Codex Tornæs. *Torium.* illud *obducere* Victorii, tuetur Muretus d. cap. 10. contra nescio quos. quippe Malaspinæ emendationes nobis nondum videre contigit. *Clericus.* Corradus legit, *Callum obducere. Curium obducere.*) Contra eos ad petendum consulatum ducere Q. Curium hominem flagitiosissimum; de quo ita Sallustius in Catilina: *Q. Curius natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem Censores Senatu probri gratia moverant.* Calvus poeta, *Et talis Curius pereruditus.* Tertullianus de Pallio: *Dabo catharcticum impuritati Scauri, & alea Curii, & vinolentia Antonii.* *Obducere* hic est aliquem contra ducere, opponere, & objicere qui alteri adversetur. Sic Attius Æneadis, *Vim Gallicam obduci contra in acie exercitum.* Plaut. Pseudolo, *meum exercitum protinus obducam.* Mercatore, *cum putat uxor illius obduxisse sibi scortum.* Popma. Quam multa significet vox *obducere* notatum est a Nonio olim, & nostra ætate a multis doctis. Nos assentimur iis, qui a re militari dictum ajunt, ut sit *obducere* ἀντιπαράγειν, vel ἀντιπαρατάττειν, quibus vocibus in Historia Rom. sæpe utitur Dionys. Halic. Fortasse autem eo respicit quod centuriata comitia cum habebantur, exercitus conscribi solebat. Imo potius ad multitudinem & copiam amicorum, quæ solebat candidatos in campum Martium ducere. Quare etiam Æschines initio τοῦ κατὰ Κτησιφῶντος παράταξιν dixit pro eodem. Adde quod proprie *deducere* candidatos dicuntur, qui eos in comitiis honoris caussa comitantur, lib. II. epist. prim. quod Plut. dixit κατάγειν εἰς τὸ πεδίον καὶ συναρχαιρεσιάζειν τινί. *Casaubon.* Nihil huc facit exercitus, qui, comitia cum habentur Centuriata, non dicitur *conscribi*, sed *imperari*, ut notum: Sed deductio Candidatorum pulchre huc facit, Nam *obducere*, est adducere qui alteri adversetur, qui alterius quasi sit rivalis & æmulus, ut bene Popma vidit. Plaut. Merc.

Nec pol ego patior sic me nuptam tam male
Measque in ædes sic scorta obductarier. Græv.

12. *Si in nostrum annum reciderit.*) Quadragesimum tertium ætatis, ut ex Philipp. v. colligimus, biennio post futurum, Orat. II. contra Rullum. etsi nunc annum petitionis, non Consulatus significat. annus quoque Præturæ erat biennio post Ædilitatem, epist. 25. lib. x. Fam. *Corrad.*

13. *Quæ tum erit.*) Hanc lectionem habet Bos. a Tornæs. De-

liberi θέρμον ciceri consuli accuderint. Petitorum hæc

est

curt. & Crusell. τελεία στιγμή quæ post *Facile*, additur, est & ab ipso Bos. Prius tamen ex sola conjectura ita & legerat & distinxerat Muretus. *Clericus.*

14. *Eum libenter nunc.*) Adrian. Turnebus sic emendat hunc locum: *Qua tum erit absoluta, sane facillime lubenter munitori consuli acciderim*, ut sit hic Ciceronis sensus, vellem Cæsar consul fieret. libenter enim huic viarum curatori & munitori supplex in mea petitione fuerim: malimque me supplicem, quam competitorem haberet. Qua conjectura quid potest excogitari divinius? Verum tamen mihi placebat olim etiam hæc, & quidem paullo magis: *Qua cum erit absoluta, sane facile & libenter ei tum ceteri concesserint, vel ceteri consulatu cesserint.* Nunc hæc, *Qua cum erit absoluta, sane facile & libenter tum eum Cæsari consuli acciderim.* hac sententia, via Flaminia absoluta, ego facile & libenter Thermum Cæsari collegam adjecerim. Sed nec Simeonis Bosii conjectura silentio prætereunda est, quamvis eam in commentariis Horatianis commemorarim: quæ talis est: *Qua tum erit absoluta sane facile, eum libens Θέρμον ciceri censul accuderim.* Lambin. *Qua cum erit absoluta, sane facile eum libenter nunc ceteri consulem acciderim.* Ego ex antiquæ scripturæ vestigiis, & ex loco simili in ep. 8. lib. III. ad Q. Fratrem ita corrigo: *Qua cum erit obsoluta sane facile eum libenter tunc certum consulem acceperint.* Vox *ceteri* quæ in manuscriptis exemplaribus mendosa invenitur, facile mutari in *certum* potest: atque ita de eadem re locutus est Cicero ipse in ea quam nominavi epistola: *Eum*, inquit, *quod certum consulem cum Demitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentitis.* Ursinus. *Eum libens Θέρμον.*) Ita Bos. ex scidis & Crusell. habentibus. *eum libenter mun ciceri Consul aciderint*, & Tornæs. in quo legitur, *cum libenter mun citeri censili acciderunt.* Distinctiones optime a Manutio & Bosio positas laudat Junius: sed lectionem Bosii rejicit, legitque *eum libenter nunc Cæsari Censuli acciderim*, ex mss. Pal. in quibus est, *eum libenter nunc ceteri consuli acciderim*: & in quibusdam. *accuderim.* castigationes hujus loci octo novem reperire est apud Lambinum, qui adeatur. *Clericus.* Scribe: *Eo libens Thermum Cæsari Consulem addiderim.* hoc est ob hanc caussam malo eum nunc Consulem fieri, quam meo anno. *J. F. Grenovius.* Est quidem ingeniosa Bosii emendatio, sed veram quis præstiterit? Quin quæ Popma & Junius ei rejiciendæ attulerunt verissima sunt. itaque miror eam a Grutero admissam esse in contextum. *Cæsari* pro *ceteri* probo cum Sigonio, Manutio, Junio. sed pro *acciderim* melius alii *accuderim.* Plana enim hæc lectio est: *eum libenter nunc Cæsari Censuli accuderim.* Cur *Thermum* hic repetatur non video. Præstat tamen Vulgatam lectionem retinere in tantis tenebris, cum Victorio, Manutio, Bruto, aliisque, quam incertis conjecturis Ciceronem fœdare. *Gravius.* Quum Manutius in Bessarionis codice *numititeri*, Bosius item in suis *munciceri* vel *munciteri*, Junius ex Palatt. *nunc ceteri*, & omnes hi interea *libenter*, tum vel *aciderint* vel *aciderunt*, miror cur ea non serventur, & somniare

quosdam

est adhuc [15] informata cogitatio. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam g adhibebimus diligentiam: & fortasse, [16] quoniam videtur in suffragiis multum posse h Gallia, cum Romæ [17] a judiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri [18] legati ad Pisonem,

g *alii* adhibemus.
h *ita Vict.* *alii* Galba

quosdam de Cesare audere. Est dignissima prorsus jocantis Tullii ingenio restitutio Bosiana, sed quam sic formem; *cum liberi thermum ciceri consuli accuderint*. Nam τὰ *sane facile* addi possunt vel precedentibus vel huic parti, quam tractamus. Sensum opinor. Liberi cives in comitiis sequentibus si non opprimantur factiosa manu & a magnatibus, sane tunc delenitos cura ista vię adhibita crediderim istum Thermum mihi Ciceroni, quem non dubitat supponere primum consulem renunciatum iri, (inde *consuli* sustinet adscribere) adjecturos. De se enim agit Tullius, ac suo, id est, sequenti anno. Quia nihil hic muto, id recepi in contextum. *Grenovius.*

15. *Informata.*) Hoc est instituta. Sic epist. 6. lib. II. *prescriptio informata*. frequens vox Cic. *Forma* & ἰδέαν significat quæ dat esse rei ὑποτύπωσιν quo leviter aliquid effingitur accuratius postea perficiendum: sic pro typo futuri ædificii sive ichnographia apud Cic. & Sveton. Jul. Significat etiam apud scriptores rei rusticæ Columell. *Vasculum ubi* formatur Caseus, ut cum ait *Caseus vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur*. Sic & *sutorum forma*. Horat. *Casaub.*

16. *Quoniam videtur in suffragiis multum posse Galba.*) Nos ex vetustis codicibus *Gallia* emendavimus. Quis enim nescit, multos Galliæ Cisalpinæ populos jus ferendorum suffragiorum habuisse? quo se Cicero excurrere velle dicit, ut illorum animos sibi conciliaret, cum Romæ a judiciis forum refrixerit. multos enim defensionum sibi beneficio obligabat, ut nollet, dum posset forensi labore & industria amicos sibi fautoresque parare, eam occasionem amittere. lib. II. ad Quintum: *Sed magna manus ex Picene & Gallia exspectatur*. Hirtius in Comment. ult. de bello Gallico: *T. Labienum Togata Gallia præfecit, que majore commendatione conciliaretur ad Consulatus petitionem*. Cic. etiam in 2. Philipp. *Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quam quod qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum consulatum peteres, vel petius rogares, is per municipia, coloniasque Galliæ, a qua, cum consulatus noster petebatur, non rogabatur. petere consulatum solebamus, cum gallicis ac lacerna cucurristi.* Victorius.

17. *A judiciis forum refrixerit.*) Hoc est cum minus licebit Romæ judiciis vacare. Intelligit ultimos anni menses. Nam ex secunda Verrina apparet post Sextilem plerosque dies quatuor sequentium mensium dies fuisse ludis dicatos. vide Hotom. I. Observat. 16. Notandum loquendi genus *forum refrixit a judiciis*, ut apud Plaut. *ego exarui ex amœnis rebus*. Casaub.

18. *Legati ad Pisonem.*) C. Calpurnius Piso Galliam Narbonensem

nem, ut Januario revertamur. Cum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. [19] cetera spero i prolixa esse, his duntaxat urbanis competitoribus. Illam manum, tu, mihi, cura, ut præstes, [20] quoniam propius k abes,

i prospera MS.

sem Proconsule alterum jam annum administrabat: ad quem impetrata libera legatione excurrere volebat, ut per Galliam Togatam & Cispadanam transiens, appellaret rogaretque colonias & municipia, quæ suffragii jus habebant, & Januario mense reverti ad obeunda rursus judicia. *Popma.*

19. *Cetera spero prolixa esse.*) Vide quo progressa imperitorum audacia sit: quæ ne a manifeste quidem bonis manus abstinuerit Nam in uno meorum, *prolixa fore* scripserunt, non intelligentes, cum verbis, futuri temporis vim habentibus, qualia sunt spero, confido (futurorum enim spes est, atque fiducia) infinitum præsentis temporis, fere jungi: Sic quarta epistola hujus libri: *Confido ita esse omnia, ut & oportet & volumus*. Quod accedit etiam in his, quæ tempus præteritum significant. *Ut, memini videre, memini dicere*. Neque tamen reprehendo dicendi rationem, quæ & ipsa bona est, sed hominum imperitiam, qui omnia ad suum sensum trahere conantur. Nam alias idem infra epist. 8. *Magnopere confido* (inquit) *illum fore in officio, & in potestate nostra*, *Prolixa* antem hoc loco, secunda, & ut volumus cadentia, & εὔροιαν τῶν πραγμάτων significare putamus. Perspicuum fit maxime ex loco quodam ex oratione Catonis, a Gellio lib. VII. cap. 3. adducto. Is talis est: *Scio solere plerisque hominibus, in rebus secundis atque prolixis atque prosperis, animum excellentem atque superbiam atque ferociam augere & crescere*. Illud ἐν παρέργῳ, in eodem cap. locum illum inquinatum esse, ubi de legatis Rhodiensium agitur, *qui Romam missi, ut temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, & fidem consiliumque publicum expurgarent*. Sic enim habet: *Legati, postquam Romam venerunt, & in Senatum intromissi sunt, verbisque suppliciter pro caussa factis, securi accesserunt; sententia rogari cœpta*. Lege, *e curia cesserunt*. Nec pluribus verbis opus esse reor, ad hoc probandum. *Malaspin.* Puto vocem *prolixus* proprie de vestibus dici. Est enim prolixus quasi valde laxus *a* in *i*, ut in *inficetus*. Notabis tamen fere apud auctores de magnitudine vel longitudine accipi videri, ut Terent. *prolixus capillus*. Plin. *prolixa abietes*. Inde traslate apud Cic. *prolixus animus* pro propensus. & *res prolixa* apud Gell. hoc est secundę. Sic hoc loco *prolixa* pro secunda. *Casaub. His duntaxat urbanis competitoribus.*) Hoc ita interpretor: Modo quidem res mihi futura sit tantum cum iis, qui nunc in urbe sunt: quasi dicat, Nam si in urbem redierint multi nobiles qui absunt, vereor ne parum firmus futurus sim candidatus. *Urbani* sunt qui in urbe sunt. Sic apud Plaut. *Urbani fiunt rustici*. Casaub. *Urbani* sunt qui urbanis artibus excellunt, non militaribus. Pro Mur. cap. 9. *Servius hanc urbanam militiam secutus est*. J. F. Gronov.

20. *Quoniam propius abes.*) Cum tu in Gręcia sis, minus abes a Pom-

k abes, Pompeji, nostri l amici. m 21 negame ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit. Atque hæc hujus- k habeas MS. l amici delent Muret. m alii negant.

a Pompejo, quam ego, qui sum Romæ: itaque per litteras, & cum ipso potes, & cum iis qui una sunt, de honore meo commodius agere. Est autem, *Propius abesse*, minus distare. quo modo locutus est & in Tusc. 1. *Quo propius aberat antiquitas ab ortu, & divina progenie, hoc melius ea fortasse, quæ erant vera, cernebat*. Et libro de Sen. *A morte propius absum*. P. Manut.

21. *Negant me ei iratum fore, &c.*) *Nega* habent veteres libri: quam lectionem recepi; nam & veriorem & elegantiorem esse judicavi. Hanc autem ex toto hoc loco sententiam elicio, ut cum paullo supra inquit: *Illam manum tu mihi cura ut præstes*: intellexerit manum Pompeji, id est, non parvam hominum multitudinem, in quibus Pompejus ita regnabat, ut eos posset quibus voluisset conciliare. Hoc autem auctoritate vir ille amplissimus & egregiis suis meritis consecutus erat: sed cum Pompejus tam longe abesset (gerebat enim hoc tempore bellum adversus Mithridatem, & Asiæ reges) Atticus autem, quamvis & ipse quoque abesset, quia tamen propius Roma aberat quam Pompejus, petit ab eo. ut summa diligentia, tamquam familiarissimus Pompeji, totam illam illius manum sibi conciliet. Postea autem jocatur cum Attico familiariter, vult enim ipsum Pompejo significare, Ciceronem non ei iratum fore, si ad sua comitia non venerit: nec velle se ullo pacto Pompejum nunc relictis omnibus rebus Romam properare, ut tempori suo serviat, seque illi hoc officium remittere. Verba autem illa, *quoniam propius abes*, per παρένθεσιν dicta sunt. Abesse autem *propius ab aliquo loco*, frequens est Ciceronis locutio, ut lib. primo Tuscul. *Et primum omnium antiquitate, quæ quo propius aberat ab ortu & divina progenie, hoc melius ea fortasse quæ erant infra cernebat*. Et in libello de Senectute: *Equidem non video cur quid ipse sentiam de morte, non audeam vobis dicere, quod eam melius cernere mihi videar, quod ab ea propius absum*. Posterior tamen hic locus in vulgatibus libris antea mendose legebatur. Quia autem propius aberat, ideo poterat hoc commodius vel litteris vel adventu suo præstare Atticus. nam etiam sequenti epistola rogat eum accurate, ut Romam veniat, illiusque adventu docet sibi opus esse maturo ad voluntatem nobilium conciliandam, quos audiverat honori suo adversarios fore. Ex pristina lectione nullus neque urbanus, neque satis commodus sensus meo judicio elici poterat. quare meliore (ut arbitror) inventa, illam repudiavi. *Victorius* Nihil frigidius hoc joco, ut vulgo accipitur. An enim tam stultus Cicero fuit, ut putaret Pompejum tanto bello implicitum Romam venturum? Sic igitur accipio: Dic illi me non tam ut veniat ad mea comitia optare, quam ut apud se retineat, quos in suo comitatu habet viros nobiles, quorum erant fortasse aliqui prætorii, qui si Romæ affuissent Ciceroni præripere potuissent Consulatum, ideo modo dicebat *his urbanis duntaxat competitoribus*. Talia apud Virgilium multa a Servio notata recte. In Bucol.

Quid

jusmodi sunt. Sed est, quod abs te mihi ignosci pervelim. Cæcilius, avunculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cum ejus n fratre 22 Caninio o Satrio de iis rebus, quas eum dolo malo p 23 mancipio accepisse de Vario q diceret. una agebant ceteri creditores, in quibus erat r Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant 24 magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. verum hoc ridiculum est, de

ma-

n erat rea. *MS. forte* hærede *Verb.*
o *alii* Satyro, *& sic deinde.*
p *alii* mancupio *quod deest in MS.*
q dicerent *MS.*
r M. Lucull. *Lamb.*

Quid prodest quod me ipse animo non spermis Amynta,
Si dum tu sectaris apros ego retia servo?

non spernis, hoc est, vehementer depetis. In Georg.

Nec nulla interea est inarata gratia terra.

hoc est præcipua, & summa utilitas percipi potest, ut Serv. Est λιτότης. Sed malo dicere esse Ironiam. ut in illo *Novum crimen Cai Cæsar.* non enim tantum minus dicet Cicero quam velit intelligi, sed etiam ut puro contrarium. *Casaub.*

22. *Caninio Satrio.*) Hoc mendosum videtur, cum duo nomina gentilitia simul esse non possint. an ergo legendum *Satyro*? an *Satriano*? id est, e Satriis in Caninios adoptato? an Cicero neglecta adoptionum formula utrumque nomen integrum posuit? sicut in his libris Atticum etiam post adoptionem vocat *Pomponium*, non *Pomponianum*, & famil. lib. 11. nominatur *Caninium Sallustius*. Caninia autem gens in historia Romana celebris est; Satria vix nota; nisi quod *M. Satrium* memorat Cicero Officiot. XII. & *Atticum Satrium* Svetonius in libro de Claris Grammaticis: rum *Satrium Secundum* sub Tiberio, Seneca in consolatione ad Marriam, & Tacitus lib. IV. Annalium. *Popma.* Quæri hic duo possunt, quis iste sit Caninius Satrius? & quomodo Varii fratet in tanta nominum diversitare? Ad neutrum licet respondete cum asseveratione. Puto autem *Satrium* hunc equitem Romanum fuisse Ciceronis amicum, eum ipsum de quo Svetonius in lib. de Claris Gramaticis. Fortasse etiam quem toties ad Trebatium scribens *Caninium* nominat, hic ipse est, aut alius ejusdem gentis. *Frater* autem vox latius interdum patet, quam hodie apud nos. Nam etiam filii duorum fratrum vocabant se fratres, ut inferius lib. II. epist. 7. Proprie autem hi fratres Patrueles vocantur apud Jurisconsultos. Quid si igitur dicamus Varium & Satrium fratres esse hac ratione, non ex duobus fratribus, sed ex duabus sororibus, ut sobrini sint, ve sorore & fratre, ut sint consobrini, natos? Quid si dicamus alterum eorum adoptione novum nomen acquisisse? *Casaub.*

23. *Mancipio accepisse.*) *Mancupio* scriptum est in antiquo, & ita habet vetus fragmentum legis Thoriæ in ænea tabella incisum. *Ursinus.* Quasi emtas, quum revera teruncium pro iis non solvit tantummodo ad eludendos creditores: contra quam fraudem postea actio Pauliana introducta est. §. 6. instit. de Actionibus. *J. F. Gronov.*

24. *Magistrum.*) Vide ad Famil. lib. XII. ep. 30.

25. *In*

magiſtro nunc cognoſcere. rogavit me Cæcilius, ut adeſſem contra Satrium. dies fere nullus eſt, quin hic Satrius domum meam ventitet. obſervat L. Domitium maxime: me habet proximum. fuit & mihi, & Quinto fratri magno uſui in noſtris petitionibus. ſane ſum perturbatus, cum ipſius Satrii familiaritate, tum Domitii, [25] in quo uno maxime ambitio noſtra nititur. demonſtravi hæc Cæcilio: ſimul & illud oſtendi, ſi ipſe unus cum illo uno contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe: [f] nunc in cauſa univerſorum creditorum, hominum præſertim ampliſſimorum, qui ſine eo, quem Cæcilius ſuo nomine perhiberet, facile cauſam communem ſuſtinerent, æquum eſſe, eum & officio meo conſulere, & tempori. durius accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem, & [26] quam homines belli ſolent; & poſtea pror-

P. II.

f verum MS.

25. *In quo uno maxime ambitio noſtra nititur.*) Ut nobili, & gratioſo: quippe qui urbanam gratiam, & dignitatem jactare ſolitus erat. Cæſ. lib. III. de Bell. civ. *Corrad.* Nota, *niti in*. Sic in Somnio: *Tu eris unus in quo nitatur ſalus civitatis.* & ſimiliter pro Milone: *Ei viro mors parabatur, cujus in vita ſalus nitebatur civitatis.* Caſaub.

26. *Quam homines belli ſolent.*) Quinam ſunt *homines belli*? Sciendum inter virtutes ὁμιλητικὰς referri ab Ariſtotele quandam ἀνώνυμον qua qui præditus fuerit, is & dure accipiet, quæ durius accipi debent, & levius quæ leviter debent accipi. Hæc virtus ex contrariis intelligetur. nam media eſt inter ἀρέσκους & homines δυσκόλους καὶ δυσέριδας. Cum autem proprium nomen huic non reperiret Philoſophus, in Nicomacheis φιλίαν, in Eudemiis σεμνότητα appellavit. Quemadmodum autem Græci hac parte laborarunt; ita & Latini, ac multo, ut par eſt, magis. Ergo eum hominem quem Ariſtoteles alias φίλον alias σεμνὸν appellavit, Cicero hic *bellum* vocat. Solet alioqui Tullius *bellum* jungere cum *humano* & *urbano*. Proprie *bellum* deminutivum vocis bonus, & ſignificat eum, quem Græci ἀστεῖον vel σύμμετρον vocant Quare illum Ariſtotelis locum in III. Nicom ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι· οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. ita Latine vertere debes: *Magnanimitas in magnitudine ſita eſt, ut pulchritudo in magno corpore: nam parva ſtatura homines ſunt illi quidem belli, & concinni, cæterum pulchri non ſunt.* Ex his liquere poterit ſenſus argutiſſimi Diſtichi Martialis in Cottam quendam. lib. I.

Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri:
Sed qui bellus homo eſt, Cotta puſillus homo eſt.

Ludit in voce *bellus*, quæ ſicut & ἀστεῖος modo de corpore, modo de animo dicitur. Voluit Cotta videri *bellus*, hoc eſt, ἀστεῖος feſtivus, urbanuſque, itemque magnus, hoc

eſt

prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas; & me existimes humanitate esse prohibitum, ne 27 contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem: cum is omnia sua studia & officia in me contulisset. quod si voles in me esse durior, ambitionem putabis mihi obstitisse. ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse: 28 ἐπεὶ οὐχ' ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην. vides enim, in quo cursu † sumus, & quam om-

† fimus *Lamb.*

est σεμνὸς & gravis: negat Martialis in uno subjecto hæc morari, jocans more suo, & ad corpus referens vocem *bellus*, & ait bellum esse hominem pusillum, prorsus qua ratione dixerit Philosophus τοὺς μικροὺς esse ἀστείους καὶ συμμέτρους, καλοὺς δ' οὔ. Si attendas veterum scripta, semper *bellum* dicunt id quod est κατὰ δεύτερον πλοῦν bonum vel pulcrum; non in primo gradu. sic accipio illud vulgi dictum apud Senecam: *Bella res est sua morte mori.* Per se mors non bona, sed κατὰ δεύτερον πλοῦν. *Causab.*

27. *Contra amici summam existimationem.*) *Summa existimatio* est res a qua omnis ejus existimatio pendet, & in discrimen venit: sic ut *summa respublica* est res in qua vertitur salus totius reipublicæ, ut pluribus docet Gronovius ad Liv. xxvi, 10. quem vide *Grav.*

28. Θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή.) Sic quondam legebant depravate. Cum enim literas Græcas, quæ in manuscriptis exemplaribus aliquantum confusæ & deformatæ essent, non intelligerent, eam reposuerunt sententiam, quæ illorum judicio huic loco quadrare videbatur. Sed mirum est quanto magis illustrent verba Homeri, quæ Germani etiam restituerant, & nos magno nostro labore ex antiquo nostro libro erueramus, ea sunt in Iliad. χ cum de Achille loquitur, qui Hectorem fugientem sequebatur, effuso cursu: quem locum Virg. Æneidos lib. XII. accurate expressit, ut sic horum verborum sententiam reddiderit: *Neque enim levia aut ludrica petuntur præmia.* Celeriter (inquit) & magna festinatione currebant: neque enim eorum cursus erat pro adipiscendis præmiis, quæ cursoribus proponi solent, verum de vita, & morte Hectoris. Cum autem Homeri locum ostenderimus, satis officio nostro fecisse putamus: non erimus in verbis illis explicandis longiores, quæ & aperta sunt, & nunc passim (magna seculi hujus felicitate, cum Græca lingua tantopere perdiscitur, & tanta Græcorum librorum copia in lucem venit) omnibus nota, & exposita. Quod si quis nimis obstinate vulgatam illam lectionem adhuc amplexaretur, consideret verba Ciceronis, quæ sequuntur: *Vides enim in quo cursu sumus.* quæ omnem scrupulum tollunt: suum enim honorum cursum, ut illorum verum cursum, non esse de levi re docet, sed pro adipiscendo consulatu. Talem autem esse & tam justam illam ambitionem, ut etiam si illa occæcatus in aliqua re lapsus fuerit, sibi ignoscendum sit. *Victorius.* Βοείην supple ex Hom. ἀρνύσθην. ἱερήϊον non est hic victima, ut etiam docti ex-

po-

omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me causam probasse; cupio quidem certe. 29 Hermathena tua valde me delectat, & posita ita belle est; ut totum gymnasium 30 ἡλίου ἀνάθημα esse videatur. 31 multum te amamus.

EPI-

ponunt; sed taurus vel *bos*, qui κατ' ἐξοχὴν sic vocatur: neque ea hoc loco ad sacra magis pertinet, quam τὸ *mactare* quando pro occidere ponitur, etsi e sacris ortum vocabulum. Veteres in plerisque commerciis celebrandis & honoribus aut pœnis assignandis usos esse pecore suo, quis tam hospes in litteris quin sciat? Nonne Romanorum olim mulctæ erant *bos* & *ovis*? Postea autem, ut Festus docet, bos quivis centussibus est æstimatus: ovis quisque (sic loquebantur) decussibus. Nonne etiam in sacris litteris præmium Jacobi est grex & armenta? Denique ipsa pecunia, ut posterius inventa; a pecore nomen habet. Olim enim ignorabatur emtio & venditio; ut docent JCti, & permutationi locus erat, ut vel illa testantur, ἀρνοῦμαι dato agno aliquid permuto. ὀνοῦμαι dato asino. πωλῶ dato equuleo. βοείη est more Græcorum pro δορὰ βοείη, sed solet vox δορὰ *pellis* subaudiri; ut & vox σὰρξ, ut cum dicit Plin. *Caninam vesci*. Sic dicitur galea Græcis γαλέη, quia pelle γαλῆς solebat integi. *Casaub.*

29. *Hermathena tua.*) Signum erat in una basi commune *Mercurio* & *Minervæ*: posuit autem istud signum Cicero in gymnasio suo, id est, in Academia villæ Tusculanæ, (non in villa, quæ Academia dicebatur) propterea quod Mercurius deus est omnium gymnasiorum communis tam eorum quæ animi sunt, quam eorum quæ corporis. Minerva autem singularis & propria erat gymnasii, quod instituerat ad cultum animi tantum, & ad disputationes commentationesque de Philosophiæ studiis, cum liberalium artium præses sit. Ut autem *Hermathenæ* fiebat, sic & Hermeraclæ. Aristides: ἀλλὰ μὴν Ἑρμοῦ καὶ Ἡρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά id est, *sed nunc Mercurii & Herculis communia signa sunt*. A. Turneb. Sic Ζηνοποσειδῶν apud Athenæum. Unde apparet aliquando duo numina in eadem basi simul collocata; unde hæc nomina composita. *Idem.*

30. Ἑρμαθήνα *esse videatur.*) Nos in nostro antiquo ἡλίου ἀνάθημα invenimus, quod etiam Germani in suo codice, modica omnino perversione se reperisse testati sunt. Quare non passi sumus amplius veram lectionem (ut putamus) jacere. Quis enim consensum tam bonorum, & veterum exemplariorum audeat repudiare? *Victor.* Ἡλίου ἀνάθημα) Abest vox ἡλίου ab uno libro, qui est apud me manuscriptus. *Ursinus.* ἡλίου ἀνάθημα) Solis donarium, Soli aliquid dicatum, sive mobile, sive immobile. intelligit locum, qui erat Athenis, & dicebatur ἡλιαία. quem μέγα δικαστήριον explicant, in quo certa genera judiciorum fiebant, Sigon. de rep Athen. Grammatici Græci dicunt dictum esse locum, διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεσθαι, ἢ διὰ τὸ ὑπαίθριον αὐτὸ εἶναι, quod esset soli apricus, ubi judices judicantes dicebantur ἡλιασταί,

quem

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

v Figulo *non est in MS.*

[32] L. Julio Cæsare, C. Marcio v Figulo consulibus, filiolo me auctum scito, [33] salva Terentia. [34] Abs te tam diu nihil litterarum? Ego [35] de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam, competitorem nostrum, [36] defendere cogitamus. judices

quem locum credibile est hujusmodi statuis ornatum fuisse. *J.F. Gronov.*

31. *Multum te amamus.*) Formula antiqua etiam gratiarum actionem complectens, pro mihi rem fecisti gratissimam, & hoc facto me tibi unice devinxisti. Sic epistola tertia in eadem re: *Te multum amamus, quod ea ab te diligenter parvoque curata sunt.* Sic Græci καλῶς ποιῶν vel ποιεῖς, εὖ ποιεῖς. Apud Laert. in epist. καλῶς ποιεῖς verti debet *Bene est*, usu Linguæ Latinæ, ut initium aliquod epistolarum Ciceronis ostendit. nam vulgo ineptissime vertitur *recte facis*. Sic & in actis Apostolicis cap. x, 33. Cornelius ad Petrum. σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος. *Misi inquit, ego ad te, & tu quod veneris gratias magnas tibi habeo*, vel, ut cum Cicerone dicamus, *multum te amo*. Prorsus illum locum sic censeo accipiendum. Similis huic locus ep. ad Philipp. IV, 14. & alius in III Johannis ep. V, 6. *Casaub.*

32. *L. Julio Cæsare.*) Ab his verbis & Malasf. & Bosius initium epistolæ ducunt, si non suffragantibus, certe non refragantibus veterib. codd. in quibus hæc epistola agglutinata est superiori, nullo principii discrimine *Cleric.*

33. *Salva Terentia.*) Ἠὐτόχησεν γάρ ut epist. 18. lib. x. *Corrad.* Sic loqui solemus de iis, qui summum periculum effugerunt. Quis autem nescit pericula τῶν ὠδίνων Sic apud Terent. obstetrix voce salutis in eadem re utitur:

Adhuc Archillis quæ adsolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse omnia huic esse video. Casaub.

34. *Abs te tam diu nihil litterarum?*) Duplex ellipsis. Primum subintelligendum *me accepisse*: deinde item subintelligendum *aquumne est?* Sic ep. ult. lib. v. *A te Roma non fore?* Sic sæpe Græci, sæpe etiam Hebræi. *Idem.*

35. *De meis ad te rationibus.*) Non mutavimus hic receptam lectionem. Admonemus tamen lectorem, meliorem nostrum codicem *De meis destractionibus*, habere. Si quis hanc magis probat, is eam suo arbitrio sequatur. Vulgata lectio & defendi potest, & veriorem fortasse sententiam retinet. Nos epistolam, in qua hæc verba sunt, a superiore sejunximus: nam importune illi adhæserat. quod multis argumentis (quæ unusquisque, qui diligenter attenderit, videbit) cognosci potest. *Victor.*

36. *Defendere cogitamus.*) Reum de repetundis ob Africam spolia-

ces habemus, quos voluimus, summa accusatoris voluntate. spero, si absolutus erit, conjunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit, 37 humaniter feremus. Tuo adventu nobis opus est maturo. nam prorsus summa hominum est opinio, tuos familiares, nobiles homines, adversarios honori nostro fore. ad eorum voluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore video. quare Januario mense, ut constituisti, cura ut Romæ sis. P. B.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

38 AVIAM tuam scito desiderio tui mortuam esse, & simul, quod verita sit, ne 39 Latinæ in officio non

liatam. Ascon. bis enim fuit accusatus, & absolutus, ep. 13. h. l. incesti. multo prius, Oros. lib. VI. cap. 3. & nunc repetundarum. *Corrad.* Defendit etiam auctore Fenestella, sed addubitat Ascon. & Cicero ipse pæne se deceptum fuisse a Catilinia scribit orat. pro M. Cœlio. *Idem*. Male legitur *cogitamus*. scribendum *cogitabamus*, quia videbatur jam certus esse ad caussam suscipiendam. Si autem velis legere *cogitamus*, videtur nondum constituisse explorate & certe. Certum est competitorem nostrum futurum Catilinam, si erit absolutus repetundarum. Hunc Cicero defendere cogitavit. Sed quia omnia crimina & facinora ejus luce meridiana erant clariora, ut nullus reperiatur qui eum absolvat, hoc est quod dicit epistola prima: *Catilina si judicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor*, vide Ascon in Orat. Catilin. & quia tamen multa fuerunt in eo simulatæ virtutis signa, non expressa, sed adumbrata, ut testatur in Orat. pro Cœl. eum decepit, ut pæne fuerit ab eodem defensus, tamen non defendit, hoc est quod dicit *cogitabamus*. Muretus.

37. *Humaniter.*) Hoc est ἀνθρωπίνως reputantes in vita hominum talia solere evenire. Grammatici antiqui Charisius & Diomedes volunt *humane* esse ἀνθρωπίνως, *humaniter* vel *humanitus* λειθρώπως, quos refellit hic locus; itemque alii. *Casaub.*

38. *Aviam tuam.*) Festive jocatur aviam mortuam esse desiderio Attici, qui tamdiu Roma aberat, & simul quod verita sit ne Latinæ mulieres in montem Albanum hostias non adducerent. De Latinis feriis plura, Varro, Livius, & Dionysius. *Popma.*

39. *Latinæ.*) Mulieres. & festive, quod mulier de mulieribus laboraret. nam, si ad historiam respicimus, ex populis Latinis non tam mulieres, quam viri in montem Albanum hostias adducebant: &, quatriduano sacrificio facto, accepta carne in suam quisque civitatem digressi revertebant. ea dicta *Visceratio*: quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. & *visceratio*

 mox

non manerent, 40 & in montem Albanum hostias non adducerent. ejus rei consolationem ad te L. Sausejum, missurum esse arbitror. Nos hic te ad mensem Januarium exspectamus, 41 ex quodam rumore, 42 an ex litteris

mox a Cæsare populo data, apud Svetonium. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorumque magistratuum conventu, consules provocabant, cum interea cum populo agere non liceret: ut ob eam caussam Latinæ aliquando a consulibus instaurarentur, cum tribunis pl. obsistere vellent, populares leges ferre cupientibus. itaque ad Q. fratrem lib. II. *Consul*, inquit, *Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime Catonis.* Livius, Strabo, Plutarchus, Dionysius. *P. Manut.*

40. *Et in montem Albanum hostias non adducerent.*) De more. Dionys. Halicarn. lib. IV. *Corrad.* Ferias Latinas in Albano monte celebrari solitas fuisse Consulum interventu, satis ex scriptoribus constat. Libet autem hoc loco fragmentum antiquæ inscriptionis subjicere, quæ in marmore incisa, in ejus montis vertice inventa superioribus annis & Romam translata apud me servatur, in qua notatum est quibus Feriis Augustus, cum esset consul, interfuit, vel quibus valetudine impeditus, aut bello abfuit.

. . . IPPA. III. COS.
. . . NON. MAI.
. . TUDINE INPEDITUS. FUIT
. . TILIO. TAURO. II. COS.
. . K. MAI.
. . HISPANIA. FUIT
. . NIO SILAN. COS.
. . NON. IUN.
. . AR. IN HISPANIA. FUIT.
. . BANO. FLAC. COS.
EID. IUN.
. . CÆSAR. VALETUD.
. . N. PISONE. COS.
. . IUL.
. . AR. IN MONTE FUIT
. . AR. COS. ABDICAVIT
. . K. NOV.
. . CN. PISONE COLLEGA.
. . . . COS. *Ursinus.*

41. *Ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios missis.*) Genus loquendi, quod in re parum certa veteres usurpabant: ut libro. XI. *De Quincto filio nihil audivi: sed quare ex Diochare, Cæsaris liberto. is dicitur vidisse an euntem, an jam in Asia?* Et in Bruto: *Summa senectute M. Cato, legem suadens in Galbam, multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis ante quam mortuus est an diebus, an mensibus?* Nec dissimile illud ep. 12. *Proximus Pompejo sedebam: intellexi hominem moveri: utrum, Crassum inire eam*

teris tuis ad alios missis? nam ad me de eo nihil scripsisti. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. nos ea non vidimus. neque enim exeundi, Roma potestas nobis fuit. misimus qui pro vectura solveret. te multum amamus, quod ea abs te diligenter parvoque curata sunt. Quod ad me sæpe scripsisti de nostro amico placando, feci, & expertus sum omnia: sed mirandum in modum est animo abalienato: quibus de suspicionibus, etsi audisse x te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces. Sallustium præsentem restituere in ejus veterem gratiam non potui. hoc y ad te scripsi, quod is z me 43 accusare de te solebat. a at in se expertus est illum esse minus exorabilem, 44 meum studium nec b tibi defuisse. Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus.

x te *deest in MS.*
y eo ad *alii.*
z qui me *alii.*
a *alii desunt* at.
b sibi *alii.*

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

CREBRAS expectationes nobis tui commoves. nuper quidem, cum jam te adventare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem rejecti sumus. nunc vero censeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus, quod scribis. obieris c 45 Quinti fratris

P. III.
c etiam Q. *alii.*

tam gratiam, quam ipse prætermisisset, an esse tantas res nostras, qua tam libenti senatu laudarentur? P. Manut.

42. *An ex litteris tuis.*) MS. Pal. *ac ex litteris tuis*. Notabis loquendi genus familiare Ciceroni, cum non habet quod affirmet de eo, de quo est sermo: *ex quodam rumore, an ex litteris?* Sic ep. 7. lib. II. lib. VII. epist. I. in fine. Et in Bruto: *paucis antequam mortuus est an diebus an mensibus?* Et lib. XII. *Dicitur Quinctum filium vidisse an euntem, an jam in Asia?* Græv.

43. *Accusare de te solebat.*) Videtur legendum *apud te*, quamvis *de te* etiam ferri possit. *Ursinus*.

44. *Meum studium nec tibi defuisse.*) Balliol. codex *meum studium tibi nec defuisse*. Editiones nonnullæ: *meum studium nec sibi defuisse*. Friget hic τὸ *nec*. Tullius scripsit: *meum studium nec tibi nec sibi defuisse*. Excidit hic alterum *nec*, inde in aliis codicibus, *tibi*, in aliis *sibi* fuit omissum. Sensus quoque, si recte attendas omnino hanc scripturam postulat. *Græv.*

45. *Quincti fratris comitia.*) Quibus ædilitatem Quinctus petebat. nam præturam gessit triennio post, Silano & Murena coss. proximisque consulibus Pisone & Messalla, ex prætura est in Asiam

d invise-ris *Lamb.* e ac Upilianam *Ald.* f alii. cam.

tris comitia ; nos longo intervallo d viseris; e Acutilianam controversiam transegeris. hoc me etiam Peducaeus, ut ad te scriberem, admonuit. putamus enim utile esse, te aliquando f jam rem transigere. mea intercessio parata & est & fuit. Nos hic 46 incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus. cui cum aequi fuissemus, tamen multo majorem fructum ex populi existimatione, 47 illo damnato, cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. 48 Quod

profectus : petiit igitur aedilitatem Lepido & Tullo consulatum gerentibus, gessit Cotta & Torquato, quoniam inter aedilitatem & praeturam biennium intersit necesse est, vacuum ordinariis honoribus. *P. Manut.*

46. *Incredibili & singulari populi voluntate.*) An *singularis* plus est quam *incredibilis*? Crescere enim debet oratio. Sic videtur. Nam incredibile est, quicquid excedit vulgi fidem: multa autem quotidie ejusmodi accidunt. Singulare vero est, quod unicum est & solum, at sine exemplo. id enim proprie est *singulare*. Multum igitur cuivis e plebe tribuimus cum eum singulari fide & eruditione esse praeditum dicimus, parum saepe vere. *Voluntas* autem hic facti approbationem significat, & ἐπισημασίαν. lib. III. *Comitiorum quotidie singuli dies tollantur obnunciationibus, magna voluntate bonorum omnium.* Casaub.

47. *Illo damnato.*) Falsum igitur quod Valerius ait Macrum inusitato mortis genere se a damnatione vindicasse. Et omnino quod ad eventum judicii hujus attinet, de eo ita censeo. Cum, ut docet Ascanius, poena repetundarum fuerit litis aestimatio & exilium, puto Macrum morte sua exilium vitasse, non condemnationem. neque dubito solvisse ejus haeredes litis aestimationem; nisi misericordia adductus populus poenam singulari quodam jure remisit, quod neque puto, neque quisquam veterum tradit. Morte autem non impediri condemnationem ejus, qui publico judicio fuerit postulatus, certum est. Nam ut JCti docent, *qui mori maluerint quam condemnari ob conscientiam criminis, in eadem caussa sunt, quasi viverent; quare etiam testamenta eorum Constitutiones irrita faciunt*, ait lex 6. §. 7. D. *de injusto, rupto, irrito testamento*. Quin etiam puniendum eum, qui sine caussa sibi manus intulerit ait lex ult. D. *de Bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi intulerunt*, quem totum titulum & item alium in Cod. de eodem vide. Quin. lib. v. Cod. *Si reus vel accusator mortuus fuerit*, diserte praecipitur, defuncto reo publicorum criminum, pendente accusatione, bona ejus successoribus non deneganda, *nisi*, inquit, *sibi ipse mortem consciverit*. Quae cum ita sint, & falli Valerium puto, qui negat condemnatum Macrum, & item falli graviter JCtos quosdam, qui ad lib. VI. D. *de injusto, rupto, irrito testam.* annotant singulari quodam ejus saeculi jure bona hujus non fuisse confiscata, idque ex Valerio, in quo graviter falluntur: cum si Va-

48 Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est; & ornamentum 49 Academiæ proprium meæ, quod & 50 Hermes commune omnium, & Minerva singulare est g insigne ejus gymnasii. quare velim, ut scribis, ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. Quæ mihi antea signa misisti, ea nondum vidi. in Formiano sunt; quo ego nunc proficisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Cajetam, si quando abundare cœpero, ornabo. Libros tuos conserva; & noli desperare, 51 eos me meos facere posse. quod si assequor. supero Crassum divitiis, atque omnium 52 vicos & prata contemno.

g *ita Bos. alii aliter.*

EPI-

Valerium sequi velimus ne condemnatum quidem eum fuisse dicendum sit. *Casaub.*

48. *Quod ad me de Hermathena scribis, &c.*) Ita hunc locum interpungit Faernus: *Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum. est ornamentum Academiæ proprium meæ*, deleta conjunctionis nota, quæ in vulgatis reperitur post verbum *est*. Ursin.

49. *Academiæ.*) Gymnasii inferioris in Tusculano. Tusc. 2. nam superius Lyceum vocabat. lib. 1. de Divinat. habuit & Puteolis Academiam. Plin. lib. xxxi. cap. 2. *Corrad.* Plerique putant Ciceronem loqui de villa sua, quæ erat ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita, de qua Plin. xxxi. cap. 2. Sed cum cogito Ciceronem mox dicere, se Tusculanum ornare velle, & signa comportare: plane persuasum habeo Academiam hic intelligi non villam illam, de qua Plinius loquitur: sed locum in villa Tusculana, qui Academia vocabatur teste ipso in Præf. Tuscul. 2. At villam Academiam videtur postea ditior factus exstruxisse. *Casaub.*

50. *Hermes.*) Mercurius, præses palæstræ. Horat. lib. 1. od. 10. & sic Ciceroni dicitur *olei inventor*, ut sit oleum pro palæstra, IV. Verr. 62. & sic *simulacrum Mercurii* Apulejo in Apologia dicitur *succi palæstrici plenum*. pag. 315. Edit. Elmenh. *J. F. Gronov.*

51. *Eos me meos facere posse.*) Faernus legit, cum in aliis desit *me*. Ursinus.

52. *Vicos & prata.*) Urbanas, rusticasque divitias. Vicus duplex est, in urbe, & extra urbem. de utroque diximus epist. 10. lib. 11. fam. hic de urbano accipiendum. Neque in epistola, neque in explanatione vici ulla fit mentio. Occurrit quidem id nomen in 1. ep. ad Terent. 14. Sed de eo nihil disserit. vide vero Epistolicas Quæstiones Alii Aldi lib. 11. ep. 7. Pratis vero inter prædia rustica prima partes tributas a veteribus, ait Columella lib. 11. cap. 17. & lib. 111. c. 3. & Varro lib. 1. de Re Rust. c. 7. & Cicero Parad. vi. *P. Manut.* Pro *vicos* legit Ant. Augustinus *lucos*: quæ mihi lectio adeo placet, ut pudeat me non vidisse antea. *Ursinus.* Gulielmius acquiescebat vulgato. inde *vicini*, qui vicos eos habitabant, Tullius pro Cæcina cap. 20. *aut tuus colonus, aut vicinus, aut cliens.* Cleric.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

QUANTUM dolorem acceperim, & quanto fructu sim privatus, & forensi & domestico, Lucii fratris nostri morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare potes. nam mihi omnia, quae jucunda ex humanitate alterius, & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. quare non dubito, quin tibi quoque id molestum sit, cum & meo dolore moveare, & ipse omni virtute officioque ornatissimum, h tuique & sua sponte, & meo sermone amantem, affinem, amicumque amiseris. Quod ad me scribis de sorore tua; testis erit tibi ipsa, quantae mihi curae fuerit, ut Quinti fratris animus in eam esset is, qui esse deberet. quem cum esse offensiorem arbitrarer, eas litteras ad eum misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorem, & objurgarem ut errantem. itaque ex iis, quae postea saepe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia, ut & oporteat, & velimus. 53 De litterarum missione sine causa abs te accusor. numquam enim a Pomponia nostra certior sum factus, esse cui litteras dare possem. porro autem neque mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum i proficiscerentur: neque dum te Athenis esse audiebamus. De k Acutiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum a tuo digressu Romam veni, confeceram: sed accidit, ut & contentione nihil opus esset, & l ut ego qui in te satis consilii statuerim esse, mallem Peduceum tibi consilium per litteras, quam me dare. etenim cum multos dies aures meas Acutilio dedissem; cujus sermonis genus tibi notum esse arbitror; non mihi grave m duxissem scribere ad te de illius querimoniis, cum eas audire, quod erat subodiosum, leve putassem. sed abs te ipso, qui me accusas, unas mihi scito litteras redditas esse, cum & otii ad scribendum plus & facultatem dandi majorem habueris. Quod scribis, etiam si cujus animus in te esset offensior, a me recolligi oportere; 54 quid a dicas:

P. B.

h tuique *deest in MS.*

i *ita Gron. alii* proficisceretur.

k Attiliano *MS.*

l *alii non habent* ut.

m *alii* duxi.

53. *De litterarum missione sine caussa abs te accusor.*) *Intermissione* legebat Petrus Bembus Cardinalis, pro *missione*. Ursin.

54. *Quid*

cas: neque id neglexi: sed est miro quodam modo affectus. ego autem, quæ dicenda fuerunt de te, non præterii. quid autem o contendendum esset, ex tua putabam voluntate p statuere oportere: quam si ad me perscripseris, intelliges me neque diligentiorem esse voluisse, quam tu esses, neque negligentiorem fore, quam tu velis. 55 De Tadiana re mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse jam, quod q laboraretur, quoniam hereditas usucapta esset. id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua r dicitur esse puella, nihil usucapi posse. 56 Epiroticam emptionem gau-

n *alii* dicas scio. P. IV.
o concedendum *MS.*
p me stat. *Lamb.*
q laboraret *alii*.
r discessisset puella *MS.*

54. *Quid dicas.*) Sic legendum sine interrogationis nota. est enim locutio ecliptica, in qua desideratur verbum intelligo, vel video, scilicet te rursus me accusare negligentiæ in eo quod Lucceium tibi non reconciliavi: quod ipsum tamen minime neglexi. ep.7. & 11. *Popma*. Quid dicas est *vide quid dicas*, si me negligentiæ insimulare velis. *Muretus*.

55. *De Tadiana re mecum.*) Hereditatem quandam, quæ puellæ obvenerat, cum esset in agnatorum tutela, Tadius biennium, aut diutius possederat, quoad satis esset ad inducendam ejus hereditatis usucapionem. eam hereditatem cum a Tadio puellæ agnati, qui tutelam ejus gerebant, repeterent, Atticus eam usucaptam putabat. Cicero vero mirabatur ignorasse Atticum in hujusmodi re usucapionem procedere nequivisse, cum de tutela, id est, de re pupilli pupillæve, nihil usucapi posset. nam cum res pupillorum nequeant sine decreto alienari, fatendum est non posse quoque usucapi. *alienationis* enim verbum, ut ait Paullus Jurisconsultus, usucapionem etiam continet. vix enim est ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. ideo scribit idem Paullus, etiam majores viginti quinque annis non utendo servitutes non amittere, quas communes habeant cum pupillis: *si*, inquit, *communem fundum ego & pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, tamen propter pupillum & ego viam retineo*. sed & idem alio loco inter eas res, quæ longo tempore capi non possunt, enumerat res pupillorum. *Bosius*.

56. *Epiroticam emptionem.*) In Epiro circa Buthrotum habuit prædia Atticus, quorum in his epistolis passim fit mentio, & Nepos in vita. Ea prædia quando emerit Atticus hinc colligi potest. Epirus Græciæ initium, regio cum ob alias caussas tum ob bona pascua & armenta equarum nobilis. Virg. *Eliadum palmas Epiros equarum*. Hodie est Epirus nova & vetus: ac quidam tradunt ubi olim Epirus, ibi hodie esse Albaniam regionem, unde equites Albani. *Casaub. Emtionem*, Prædia, quæ in Epiro emisti: sic *æstimationem accipere* pro æstimatis bonis a debitore non solvendo. IX. Fam. 16. sic *venatio* pro captis venatione feris. Liv. XXV. 49. sic *sectio*, bona quæ sub hasta inter sectores venduntur & distrahuntur Cic. I. Invent. 45. Cæs. II. Bell. Gall. 33. *J. F. Gronov.*

gaudeo tibi placere. Quæ tibi mandavi, & quæ tu intelliges convenire nostro Tusculano, velim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. nam nos ex omnibus molestiis & laboribus uno illo in loco conquiescimus, ſ quo fratrem quotidie exspectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, & te, & sororem tuam, & matrem maxime diligit, salutemque tibi plurimam adscribit, & Tulliola, deliciæ nostræ. Cura, ut valeas, & nos ames; & tibi persuadeas, te a me fraterne amari.

ſ Q. Fratrem *Caſ.* quo fructum *alii*.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

NON committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis. tu modo videto, in tanto otio ut par mihi sis. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu t jam dimensam & exædificatam animo habebas, 57 M. v Fontinus emit H-S CCCIↃↃↃ XXX. id te scire volui, si quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. frater, ut mihi videtur, quo volumus animo est in Pomponiam, & cum ea nunc in x Arpinatibus prædiis erat, & secum habebat hominem χρηςομαθῆ, D. Turranium, Pater nobis decessit a. d. VIII. Kal. Decembr. Hæc habebam fere, quæ te scire vellem. Tu, velim, 58 si qua ornamenta γυμνασιώδη repe-

t jam *aliis abeſt*.

v *alii* Fontius. *Vict.* Fontejus.

x *alii* Arpinati prædio.

P. B.

57. *M. Fontinus.*) *M' Fontejus* legendum suspicor, ea adductus ratione, quod in veteribus hujus familiæ denariis, Manii prænomen sæpissime, Marci nunquam invenitur: facileque librarius in eo labi potuerit, ut virgulam quæ *M* litteræ obducebatur, ut Manium significaret, omiserit, quod autem in manuscriptis codicibus *Fontius* est pro *Fontejus*, mirum videri non debet, quando Pompejus & alia hujusmodi nomina, quæ cum, ει, a Græcis scribi solent, in veteribus libris cum, *i*, scripta reperiantur. *Ursinus.*

58. *Si qua ornamenta gymnasio reperire poteris.*) Antiquus noster liber, *Gymnasio de reperire poteris*. Nos syllabam illam *de* arbitrati sumus conjungi debere cum antecedente dictione. quemadmodum eo etiam loco, quod retinet idem codex, *Qua gymnasio de maxime sunt*, cum vulgati ibi etiam depravati sint, γυμνασιώδη-que in ambobus locis scripsimus, ea intelligentes ornamenta γυμνασιώδη, quæ gymnasii sint, illique loco præcipue conveniant. quod etiam inquit in epistola ad Fabium Gallum: *Ea enim signa*

perire poteris, quæ loci sint ejus, quem tu non ignoras; ne prætermittas. Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus sis, fac nos quam diligentissime certiores.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

Apud matrem recte est, eaque nobis curæ est. L. Cincio H-S XXCD constitui me curaturum idibus Febr. Tu, velim, ea, quæ nobis emisse, & parasse scribis, des operam, ut quam primum habeamus: & velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. omnem spem delectationis nostræ, quam, cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

Apud te est, ut volumus, mater tua, & soror a me, Quintoque fratre diligitur. Cum y Acutilio sum locutus. is sibi negat 59 a suo procuratore quidquam scriptum esse, & miratur istam controversiam fuisse, quod ille z recusarit satisdari, amplius abs te non a peti. Quod te 60 de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Ta-

y alii Acutio.

z alii recusarat; satisd. a petit iid.

signa ego emere soleo, qua ad similitudinem gymnasiorum exornent mihi in palæstra locum. Victor.

59. *A suo procuratore.*) Scripserat Atticus, cum Acutilii procuratore se esse collocutum, eique pecuniam voluisse persolvere, cum eo tamen, ut satisdatione sibi caveretur, neminem amplius eo nomine petiturum; illum autem recusasse. Et *Amplius non peti*, frequens est in satisdationibus apud Jurisconsultos locutio; quam & Cicero usurpavit in epistola ad Sulpicium fam. epist. 28. lib. XIII. Cum, L. Mescinium commendans, ita scribit: *Te rogo, ut, si quid satisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures, ut satisdetur fide mea*, Nec dissimile illud in Bruto: *Ego tibi Brute non solvam, nisi prius a te cavero: amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum.* Simillimum illud pro Q. Roscio: *Quid ita satis non dedit, amplius a se neminem petiturum?* P. Manut.

60. *De Tadiano negotio decidisse.*) Junius ex mss. Palat. emendat, de

b & meh. vir alii.

Tadio & gratum esse intellexi & magnopere jucundum. Ille noster amicus, b vir mehercule optimus, & mihi amicissimus, sane tibi iratus est. hoc, si, quanti tu æstimes, sciam, tum, quid mihi elaborandum sit, scire possim. L. Cincio H-S ccIↄↄ ccIↄↄ cccc.[61] pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curavi. Hermæ tui c [62] Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, jam nunc d me admodum delectant. quare velim, & eos, signa, & cetera, quæ tibi ejus loci, & nostri studii, & tuæ elegantiæ esse videbuntur, quam plurima, quam primumque mittas, & maxime quæ tibi gymnasii, xystique videbuntur esse. nam in eo genere sic studio e efferimur, ut abs te adjuvandi, ab aliis prope reprehendendi simus. si Lentuli navis non erit, f quo tibi placebit, imponito. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me, ut sponsorem, appellat. mi autem [63] abjurare certius est, quam dependere.

c Pentilici MS. P. V.

d me alii delent.

e efferuntur MS.

f quod MS.

EPI-

de T. n. decepisse, quem vide. *Cleric.* Rectissime legitur in melioribus libris *decidisse*, cujus vim non intellexit Vir eximius. *Decidere* Latinis sæpe est transigere cum adversario sine judice. Sic Cic. pro Rosc. Amer. c. 36. *Si hanc ei rem privatim Sex. Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret, atque decideret.* Idem alibi, *Qui cum reo transigat, cum accusatore decidat.* Africanus apud Justin. XXXI. 1. *Nihil neque gratiæ dari, neque de jure patriæ decidi posse.* Aurel. Victor. in Æm. Paullo: *Si quid adversi reipublicæ imminebat, sua esse calamitate decisum.* Grævius. Sed ut caveas vide & Patrem lib. II. Observat. cap. 6. *Gronovius.*

61. *Pro signis Megaricis.*) Ἀπὸ τῶν Μεγάρων. nam τὰ Μέγαρα vocat Thucyd. lib. IV. & Strab. lib. VIII. & in Attica collocat, Jaromiamque prope Amphialam esse scribit. quin μόνοις Ἑλλήνων Μεγαρεῦσιν ὁ κογχίτης λίθος ἐστὶ, καὶ σφισι, καὶ τῇ πόλει πεποίηται πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. Pausan. in Attic. preterea quum victoribus in sacris certaminibus dicarentur statuæ. Plin. lib. XXXIV. cap. 4. Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας, inquit, Pind. Od. 8. Pyth. *Corrad.*

62. *Pentelici.*) Ex marmore Pentelico facti. ὄρος γάρ ἐστι Ἀθηναίοις πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι Pausan. in Attic. & Theophra. περὶ τῶν λίθων. *Idem. Hermæ Pentelici* erant statuæ e marmore Pentelico; quod ita dictum fuit, vel quia erat quinque nigricantibus maculis sive lineis distinctum, auctore Svida; vel quod e Pentelico monte Atticæ excidebatur, ut refert Pausanias. Solebant autem statuis capita imponi ex alia materia ad ornatum pariter & firmitudinem, unde apud Svetonium, Statuis capita detrahere. *Popma.*

63. *Abjurare certius est.*) Malo cum perjurio infitiari me sponsorem esse, quam præstare munusculum, quod te illi missurum pro-

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

NIMIUM raro nobis abs te litteræ afferuntur: cum & multo tu facilius reperias, qui Romam proficiſcantur, quam ego, qui Athenas: & certius tibi ſit, me eſſe Romæ, quam mihi, te Athenis. g itaque propter hanc dubitationem meam brevior hæc ipſa epiſtola eſt: quod cum incertus eſſem, ubi eſſes, nolebam illum noſtrum familiarem ſermonem in h alienas manus devenire. Signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehementer exſpecto. quidquid ejusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mittere, & 64 arcæ noſtræ confidito. genus hoc eſt voluptatis meæ: quæ γυμνασιώδη maxime ſunt, ea quæro. Lentulus 65 naves ſuas pollicetur. peto abs te, ut hæc cures diligenter. i Chilius te rogat, & ego ejus rogatu, 66 Ἐυμολπιδῶν πάτρια.

g idque *MS.*

h alterius *MS.*

i *alii* Cyrus, *alii aliter.*

EPI-

promiſiſti. *Abjurare* verbum forenſe eſt, & rem creditam vel promiſſam perjurio negare ſignificat, ut ſcribit Servius, Plaut. Curcilione, *Qui abjurant ſi quid creditum eſt.* Popma.

64. *Arca noſtra.*) Confidito me præſenti pecunia tibi ſoluturum. Nam pecuniæ numeratio fiebat vel de domo ex arca ſive ciſta, vel a menſa publica argentariorum, ut ait in Terentium Donatus. Seneca ad Lucilium: *Scis cujus arca utar; exſpecta me puſillum, & de domo fiet numeratio.* Scævola D. Tit. De Conſtit. pecun. *Decem quæ Lucius Titius ex arca tua acceperat.* Popma. *Arcam* Latini ſcriptores pro præſenti pecunia ponunt. Unde *ſolvere ex arca*, cui contrarium *ſolvere ex menſa.* vid. Donat. Cic. ad Q. Fr. *Nihil eſſe quod poſthac arca noſtra fiducia conturbaret.* Eſt autem *arca* locupletium, *ſacculus* pauperiorum. Juven.

Ignorat quantum ferrata diſtet ab arca
Sacculus. Caſaub.

65. *Naves ſuas pollicetur.*) Manuſcriptus habet, *navi ſua pollicetur* Urſinus.

66. Εὐμολπιδῶν πατρίδα.) Πάτρια fere omnes excuſi, quemadmodum eſt in antiquis, habent: ut intelligat ritus patrios, & inſtitutiones illius ſacræ familiæ, & auguſta myſteria, ut inquit. Cicero 2. de Legibus. Cupiebat igitur Chilius ſibi mitti ab Attico Eumolpidarum ſacra, fortaſſe ut poematib. ſuis includeret. erat enim poeta, ut ex illo loco colligitur: *Epigrammatis tuis; quæ in Amalthea poſuiſti, contenti erimus, præſertim cum & Chilius nos reliquerit, & Archias nihil de me ſcripſerit.* Nihil tamen illius ad nos pervenit, ut Archiæ, cujus quædam legimus. Epigramma,

ſane

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

CUM essem in Tusculano, (67 erit hoc tibi pro illo tuo, *Cum essem in Ceramico*,) verumtamen cum ibi essem, κ Roma puer a sorore tua missus epistolam mihi abs te allatam dedit, nuntiavitque, eo ipso die post meridiem l iturum eum, qui ad te proficisceretur. eo factum est, ut Epistolæ tuæ rescriberem aliquid: brevitate temporis tam pauca cogerer scribere. Primum tibi de nostro amico placando, aut etiam plane restituendo polliceor. quod ego, etsi mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen & agam studiosius, & contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epistola m voluntatem ejus rei tuam perspicere videor. hoc te intelligere volo, 68 pergraviter illum esse offensum: sed quia

P. B. κ Romam *MS.* l missurū eum *alii.*

m voluntatem *MS.*

sane illud de 4. *Græciæ* certaminib. ipsum auctorem habet. πάτρια Σύρων appellat Athenæus lib. VIII. Δειπνοσοφιστῶν, leges & ritus quosdam Syrorum: καὶ τοσαῦτα μὲν ἔφη ὁ Δημόκριτος, καὶ αὐτὸς ἡμῖν προσεφώνησεν, οὐκ ὀψοφαγήσων περιῆλθον διὰ τὸν πάντα ἄριστον Οὐλπιανὸν, ὃς διὰ τὰ Σύρων πάτρια καὶ ἡμᾶς τῶν ἰχθύων ὑπεστέρησεν ἔτ' ἐξ ἐρετρίας περιεισφέρων. *Victorius.* Εὐμολπιδῶν.) Eumolpidarum, qui mysteria curant. lib. II. de leg. τὰ γὰρ ἱερὰ τοῖν Θεοῖν Εὔμολπος, καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεοῦ. Pausan. ad Attic. Εὐμολπίδαι καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων διὰ τὸ τούτων μῖσος, καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις προαγορεύουσι, Isocr. ἐν τῷ πανηγ. Svidas plura. *Corrad.*

67. *Erit hoc tibi pro illo tuo.*) Legitur & *Mihi* non minus lepide. Scribens enim Atticus Ciceroni, illo principio usus erat: *Cum essem in Ceramico*. Eum Cicero, casu, ut credi potest, imitatus, suamque epistolam ita auspicatus: *Cum essem in Tusculano:* id postea animadvertens, festive, *erit hoc mihi*, inquit, *pro illo tuo*; hoc est, *Erit hoc meum mihi eo loco, quo tibi tuum illud*. In quo est grata oppositio mei & tui. Recte etiam, *Tibi*, illo sensu: *Erit hoc tibi*, hoc est, restituetur reponeturque tibi, *pro illo tuo*, *&c.* Malasp.

68. *Pergraviter illum esse offensum.*) Dicitur esse *alicui offensus*, qui priorem erga illum voluntatem immutavit. Dicitur etiam *offensus* is qui patitur. Sic enim accipiendum sæpe apud Cic. ubi invidiosum & offensum conjunguntur, quasi dicas, obnoxius invidiæ & offensioni, ut in lib. III. in Verr. *O miserum offensumque paucorum culpa ordinem senatorium*. Et alibi. Proprie tamen is dicitur *offendi*, qui suscipit prior inimicitiam, is autem a quo ille offenditur, dicitur esse *in offensa* apud aliquem, ut ep. 2. lib. IX. *Casaub.*

69. *Her-*

quia nullam video gravem subesse causam, magnopere confido illum fore in officio, & in nostra potestate. Signa nostra & 69 Hermeraclas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim n imponas, 70 & si quod aliud *οἰκεῖον* ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, quæ tibi palæstræ gymnasiique videbuntur esse. etenim ibi sedens hæc ad te scribebam; ut me locus ipse admoneret. 71 Præterea typos tibi mando, quos in

n interponas *MS. & Ald.*

69. *Hermeraclas.*) Imagines Mercurii, & Herculis, quibus Athenienses statuas in gymnasiis ponebant. Athen. lib. XIII. sed & Romani aram Herculi communem cum Musis esse voluerunt. Plutarch. in Problem. alii Ἑρμέρωτας, Mercurii & Cupidinis signa. nam scribit ibid. Athen. Κατὰ γυμνάσια Ἔρωτα συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ, καὶ Ἡρακλεῖ, τῷ μὲν λόγυ, τῷ δὲ ἀλκῆς προεστῶτι. Lac. lib. 1. cap. 20. *Corrad.* In antiquis editionibus Ἑρμέρωτας est pro *Hermeraclas* sive Ἑρμηράκλας, quod erat Herculis caput Mercurii statuæ quadratę impositum, cujus exemplum e Marmore extat adhuc Romę. quia vero Hercules, quod Musarum Comes diceretur, *οἰκεῖον* magis est ejus loci, de quo scribit Cicero, quam Cupido, placet ut *Hermeraclas* potius, quam Ἑρμέρωτας retineamus. *Ursinus*. Mercurii & Herculis signa conjuncta, quę volebat imponi in naves Lentuli quas ille in Græcia habebat. Aristides Ἀλλὰ μὲν Ἑρμῆ καὶ τε Ἡρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά. *Popma*.

70. *Et si quid aliud ὠνεῖον, &c.*) Pręter antiqui codicis fidem, quędam etiam argumenta habuimus, quę fecerunt ut *οἰκεῖον* scriberemus. Non parvum illud, quod animadvertimus, nunquam fere Ciceronem Gręca voce uti, cum Latinam habet, quę egregie quod vult exprimat. Tam autem plene significat *Venale* Latinis, & tam receptum est, quam Gręcis *ὤνιον*. quod non accidit de alia voce, quam restituimus. nec enim Latini ullum habent verbum, quo plene *οἰκεῖον* dicant. Itaque Cicero in Lucullo Græcam dictionem ponit, cujus antea vim complexus fuerat, ut manifestius faceret, quid superioribus verbis intelligere voluisset: *Nam quomodo non potest animal ullum non appetere, id quod accomodatum ad naturam appareat? Graci id οἰκεῖον appellant, &c.* ut quod illi uno nomine dicunt, vix ipse duobus exprimat. & in eodem libro, *Idque initium esse natura accommodatum: pro οἰκεῖον* dixit. ut hic etiam *ὠνεῖον* ejus loci, id est, illi maxime aptum & accommodatum significet. quod supra dixit *ornamentum Academia proprium mea*: & tamen nunc expressius dicit *οἰκεῖον*, id est, suum, & valde appositum. Paulo autem ante *Hermeraclas* scripsimus ex antiquo illo codice, ubi *Hermerotas* prius erat, ex Mercurii & Herculis formis compactis statuis. *Victorius*. *Si quid aliud ὠνεῖον ejus l.*) Sic uno consensu MSS. & recte: nam venalia petit comparari sibi. *Junius*.

71. *Praterea typos tibi mando.*) Scimus Hermolaum in sui Corollarii libro I. cap. 34. *Rhypos* potius legere, quam emendare. sic enim

o signata MS. in tectorio atrioli possim includere, & 72 putealia o sigillata duo: 73 Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, 74 quamvis acrem amatorem inveneris: nam ego om-

enim dicit: *Sed & apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, Rhypos scriptum est, pro ceris sive formis, unde sigilla fingebantur, fortasse a situ vetustatis appellatas; &c.* Quod tamen in nullo unquam vidimus, neque excuso, neque manuscripto. Noster sane antiquior *Lypos* habet. Nos adhuc magis receptam lectionem secuti sumus, & magis antiquæ vicinam. cum certius aliquid ipsi invenerimus, aut ab aliis docti erimus, tunc hanc delebimus, ac meliorem reponemus. *Victorius. Praeterea typos.*) Forma, vel τύπους Cicero potius dixisset, quam *typos*. Quare, quum libri veteres, *lypos*, habeant, nec satis Ciceroniane dictum videri possit, *typos includere in tectorio*, quod typi non includantur: sed quod ad typos fieri solet, videndum est, an *lupos*, legere velimus, quum Vitruv. lib. VII. cap. 5. scribat in tectoriis picta fuisse monstra, & sigilla bestiarum capitibus similia: & Plin. lib. XXVIII. cap. 10. autor sit, morem fuisse, ut contra veneficia rostrum lupi inveteratum villarum portis præfigerent. Neque tamen mirum de Romanis videri debet, qui simulacrum Romuli lupinis uberibus inhiantis habuerunt. Orat. 3. in Catil. & Dionys. Halicar. libr. 1. *Lupus* præterea instrumentum est, quod & λύπον vocat Pollux, lib. VI. cap. 13. al. *lipos*, unde, *cippos*, legere fortasse possis. *Corrad.* *Typus* est, hoc loco effigies alicujus rei operæ plasticæs sive fictilis. Hos *typos* voluit annecti parietibus atrioli, quod ille vocat *includere*. Sic in Germania multos id genus *typos* præsertim capita cervorum & hinnulorum cum cornibus affixa parietibus hypocaustorum vidimus. *Casaub.*

72. *Plutealia sigilla*.) Sic ajunt olim emendasse Beroaldum, quod in quosdam etiam propter viri auctoritatem excusos libros manavit. nobis non tanti ea fuit, ut non magis veteribus libris crederemus, quorum mirificam concordiam in hoc perspeximus: nec tamen judicium illius contemnimus. Lectio certe ab eo conformata, plana & expedita est. poterit unusquisque servata antiqua suo loco scriptura, quod magis probabit, eligere. *Scyphos sigillatos* nominat Cic. in Verr. *Accurrit Venerius; jubet me scyphos sigillatos ad prætorem statim adferre.* Victorius. *Putealia sigillata.*) Tegumenta, vel tympana quædam puteorum sigillis ornata, ut *scyphos* & *simulacra sigillata* dixit Verr. 6. alii: *plutealia sigilla*, quod in ædibus plutei essent marmorei, Vitruv. lib. IV. cap. 4. & lib. V. cap. 1. atque sigilla, idem lib. VII. cap. 2. & lib. II. cap. 5. *Corrad.*

73. *Bibliothecam tuam.*) Venalem scilicet, quam tibi pueri tui confecerunt, quæstus caussa. Complures enim Atticus librarios habuit, unde fructum perciperet. Nepos in ejus vita, *Usus est* (inquit) *familia si utilitate judicandum est, optima: si forma vix mediocri. Nam in ea erant pueri literatissimi: anagnostæ optimi: & plurimi librarii: ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset.* Malaspin.

74. *Quam-*

omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem. De fratre confido ita esse, ut semper volui & elaboravi. multa signa sunt ejus rei, non minimum, [75] quod soror p prægnas est: De comitiis meis, & tibi me q permisisse memini; & ego jampridem hoc communibus amicis, qui te exspectant, prædico: te non modo non r arcessam, sed prohibebo; quod intelligam multo magis interesse tua, te agere, quod agendum s est hoc tempore, quam mea; te adesse comitiis. proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus esses. [76] me autem eum & offendes erga te, & audies, quasi mihi; si qua parta erunt, non modo te præsente, sed per te t parta sint. Tulliola tibi diem dat; sponsorem v appellat.

p *ita MSS. alii* prægnans.
q promisisse *Ald.* permittere *Lamb.*
r accersâ *alii.*
s esset *MS.*
P. VI.
t parata *Bos.*
v *Victor.* non app.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

Et mea sponte faciebam antea; & post, duabus epistolis tuis perdiligenter in eamdem rationem scriptis, magnopere sum commotus. eo accedebat hortator assiduus Sallustius, ut agerem quam diligentissime cum Lucceio de vestra vetere gratia reconcilianda. sed, cum omnia fecissem, non modo eam voluntatem ejus, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne causam x quidem elicere immutatæ voluntatis. tametsi jactat ille quidem illud [77] suum arbitrium, y & ea, quæ jam tum, cum aderas, offendere ejus animum intelligebam, tamen habet quiddam profecto, [78] quod magis in

x quidẽ *deest in MS.*
y & in ea *alii.*

74. *Quamvis acrem amatorem inveneris.*) Faernus legebat *emptorem*, pro *amatorem*. Ursin.

75. *Quod soror prægnas est.*) Vox *prægnas* & *damnat*, quæ apud JCtos sæpe legitur, sunt veteris linguæ reliquiæ. Sic *fanas*, unde *fanates* Gellio, XVI. 10. *Causab.*

76. *Me autem cum & offendes.*) Quamvis hic notam, quæ mendum indicet, non adposuerimus, tamen locum depravatum esse existimamus. cum autem ab antiquo codice adjuti non simus, vulgatam lectionem magis quam est contaminare noluimus. *Victorius.*

77. *Suum arbitrium.*) Videtur legendum *tuum*, & sensus, quod arbiter in quodam negotio secundum adversarium ejus litem dedisti. *J. F. Gronov.*

78. *Quod magis in ejus animo insederit.*) *Insidere* verbum Cic. fami-

in animo ejus insederit: quod neque z epistolæ tuæ ; neque 79 nostra allegatio tam potest facile delere, quam tu præsens non modo oratione, sed tuo vultu illo familiari tolles, si modo tanti a putabis id; quod, si me audies, & si humanitati tuæ constare voles, certe putabis. b ac, ne Illud mirere, cur, cum ego antea significarem tibi per litteras, me sperare illum in nostra potestate fore, 80 nunc idem videar diffidere; incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatior, & in hac iracundia c offirmatior: sed hæc aut sanabuntur, cum veneris; aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. Quod in epistola tua scriptum erat, me jam arbitrari designatum esse; scito, nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quam candidatos, omnibus iniquitatibus: nec, quando futura sint comitia, sciri. verum hæc audies de Philadelpho. Tu, velim, quæ Academiæ nostræ parasti, quamprimum mittas. d mire quam illius loci non modo usus, sed e etiam cogitatio delectat. Libros vero tuos cave cuiquam tradas. nobis eos, quemadmodum scribis, conserva. summum me eorum studium tenet, sicut odium jam ceterarum rerum: quas tu, incredibile est, quam brevi tempore quanto deteriores offensurus sis, quam reliquisti.

z epistola tua *alii*.
a putaris *alii*.
b at *MS.*
c obfirmatior, *aut* affirmatior *alii*.
P. B.
d mirum *alii*.
e etiam *deest in MS.*

EPI-

miliarissimum, ut *pax non insideat*. in Orat. *Insidet in venis & medullis fervor*. 4. Tuscul. *Insidet crimen in animo*, pro Dejotaro. *Casaub.*

79. *Nostra legatio*.) Recte sentiunt qui hic legendum censent, *nostra allegatio*: quamquam est in veteribus libris, *legatio*. paullo post *offirmatior* emendavi, pro *affirmatior*, auctoribus Scidis. *Bosius*. Cum & in Bernhardi Maffei Cardinalis Codice scriptum sit *allegatio*, & id verbum unice huc quadret, probante quoque Casaubono, non dubitavi id cum Michaele Bruto, viro pereruditо & acerrimi judicii, hic reponere. Deprehendimus postea hanc scripturam quoque pro vera & genuina agnosci a Mureto. Nam notas in aliquot primi libri epistolas ex ejus ore a discipulo illius quodam anno 1582. Romæ exceptas mecum communicavit Vir Reverendus & pereruditus Rulæus. Eas is Romæ invenit in quadam taberna libraria, secum huc detulit. *Allegatio*, inquit Muretus, legendum, hoc est, submissio, aut subornatio. Sum enim a te submissus ut te apud ipsum in gratiam ponerem. *Allegare* dicitur ille qui submittit aliquem ad aliquid clanculum perficiendum. Sic *allegarem testem*. Terent. Andr. *Ne credas me allegatum*, hoc est, ne credas me subornatum. *Grav.*

80. *Nunc idem videar diffidere*.) Nostri libri omnes. *Eidem*, æque bona

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

[81] TEucris illa [82] lentum sane negotium: neque Cornelius ad Terentiam [f] postea rediit. opinor, ad

f post eam MS.

bona sententia, & usitata dicendi ratione. *Malasp.* Et sic legendum etiam censet Ursinus.

81. *Teucris illa.*) Nos ante hæc verba, *Multa desunt*, scripsimus: plurimis argumentis in hanc opinionem ducti. Cum enim paulo supra adhuc se candidatum esse fateatur, quæ ex hoc loco traduntur, post peractum consulatum gesta sunt. paullo enim infra de prodromis Pompejanis agit, & de voluntate Pompeji (qui jam ex sua expeditione revertebatur) qui aperte agere cogitabat, Antonio succedi oportere. is autem post peractum consulatum (collega enim fuit Ciceronis) in Macedoniam cum imperio profectus erat. Manifesto etiam colligitur ex pluribus locis, Pomponium Atticum Romam venisse; ut ex illo sequentis epistolæ: *Sunt autem post discessum a me tuum, &c.* ut nullo modo cohærere potuerint, quæ post spatium saltem duorum annorum scripta sint. Deesse autem quædam, hic præcipue, judicavimus: non enim (*Teucris illa*) idoneum epistolæ principium videtur. nam intermissionem etiam scribendi factam, cum Romæ manserit Pomponius, nemo potest inficiari: pluribus autem locis infra de *Teucride* hac loquitur, cum supra numquam de hoc negotio mentionem fecerit: hæc autem sufficiant. Qui vero attentius considerarint, plures etiam conjecturas videbunt, quas nos scientes omisimus. Nemo autem miretur, nos interdum mancos & decurtatos esse hos libros credere. Apud optimos enim auctores invenimus citatos esse locos ex epistolis ad Atticum, qui nusquam in his reperiuntur: ut Svetonium, cujus in Cæsare hæc sunt verba: *De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Atticum epistola, referens Cæsarem in consulatu confirmasse regnum, de quo ædilis cogitarat.* Possemus & alia non infirmiora testimonia proferre, quæ nunc omittemus. *Victorius.* (Sed in Svetonio legendum esse in *quadam ad Axium epistola*, ex veteribus libris pridem docti viri ostenderunt. *Grævius.*)

Teucris Sullani.) Nos mori auctoritate vetusti codicis, ita emendavimus. *Teucris illa lentum, &c.* qui semper sic scriptum habet. infra enim de hoc negotio bis agit. Cum autem obscure scripserit, & δι' αἰνιγμάτων, vix possumus quid intelligere voluerit divinare. In extremo secundæ ab hac epistolæ, fere hoc nomen in vulgaris etiam recte scriptum erat, cum dixit, *Teucris promissa patravit.* Quia autem ignotis hominibus has literas dabat, parum in illis libere loquebatur. Nam sequenti epistola cum dicit, *Tuus autem ille amicus, &c.* credimus nos eum Pompejum intelligere: quod ex ultima hujus voluminis epistola manifestius colligitur. iisdem enim pæne verbis idem de illo judicium facit, suppresso tamen nomine: sed ita certis indiciis, ut dubitari non possit. *Victorius.*

ad Confidium, Axium, Selicium confugiendum est. 83 nam g a Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. sed, ut ad prima illa redeam, 84 nihil ego illa impudentius, astutius, lentius vidi. libertum mitto; Tito mandavi; 85 σκήψεις, atque h σκε-

g A. Cæcilium MS. & Ald.

Teucris illa.) Hoc principium esse epistolæ Manutius, Bosius, Junius, & alii docuerunt. interseruit vero Victor. *multa desunt*, & epistolam decurtaram existimat. Quæ *Teucris* hæc sit, videatur apud Turnebum lib. IX. Adversariorum cap. 3. Muretum lib. III. Variarum lect. cap. 18. *Clericus*. *Teucris illa.*) C. Antonius M. Triumviri patruus, collega Ciceronis in consulatu, nunc proconsul in Macedonia, Ciceronis debitor, sed reliquator vel trico nummarius, solvere nulli lentus, ut Lucilius loquitur. Teucris autem vocatur pro Teucer vel Teucris quasi mulier, homo effœminatus. Suet. Jul. 22. & 49. Sed cur *Teucrum* dicat, id examinandum est. Bosius putat ei exprobrari rem male gestam adversus Dardanos, Thraces; & cum solerent cognomina sumere a gentibus, quas vicerant, hoc ei dedisse ab illis, a quibus victus erat. Dardanos autem dixisse Teucros, quia Trojani, & Dardani, & Teucri vocabantur: posset etiam dici sic vocari propter fratrem M. Antonium Creticum, de quo Flor. 3. 7. cui in illa expeditione hic videtur comes fuisse. E Creta autem

Teucrus Rhetaas primum est avectus in oras.

Virgil. 3. Æn. 108. *J. F. Gronov.*

82. *Lentum sane negotium*.) *Lentum nomen* appellari solet homo, *lente* & cum multis procrastinationibus solvens quod debet. Cicero *negotium* dixit pro nomen, etiam alio loco ep. 18. lib. v. Eodem sensu accipitur vox *Lentulus* ep. 11. lib. x. Observandum tamen apud Lucilium *lentum* dici qui facile solvat. Nam ita Nonius interpretatur hunc ejus versum de L. Cotta:

Magnu' fuit trice nummariu' solvere nulli
Lentus.

id est, ait Nonius, facilis. Sane vox *lentus* respondet voci Græcæ, ὑγρὸς quæ & tardum in aliqua re significare potest, & τὸν εὐάγωγον, hoc est, qui facile ducatur, quo velis. *Casaub.*

83. *Nam a Cæcilio propinqui, &c.*) Alludit Seneca epist. lib. XXI. his verbis: *Quam durus sit fœnerator Cæcilius, a quo minoris centesimis propinquis nummus moveri non possit*. In quibus nonnihil mendi inest: ut si quis cum hoc loco concordare velit, præpositione tantum addita facile possit, *a propinquis* legendo. nam *propinquis moveri*, pro *a propinquis* intelligere, nimis durum videtur. aliter quo modo locus ille intelligi debeat non video. *Victorius*.

84. *Nihil ego illa impudentius, astutius, lentius vidi*.) Sic nos emendavimus ex vetusto Codice. *Illa*, autem, Teucride intelligimus. *Lentius* vero quia semper hoc ejus negotium lentum esse dicit. *Victorius*.

85. Σκήψεις.) Hoc Græcum nomen in nostro antiquo Latinis literis *Scepsis* scriptum est, ut Græcum quondam σκήψεις fuisse exi.

h ἀναβολαί. 86 sed nescio, an ταυτόματον ἡμῶν: i nam mihi Pompejani prodromi nuntiant, aperte Pompejum actu- h ἀναβολὰς Vict. i jam Jun.

existimem. Sunt autem σκήψεις, excusationes & περικαλύμματα, quæ excogitamus & fingimus, cum alicui negotio adesse nolumus. Sophocles, ἀλλ' εἰσόρα μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τιθῇς. Aristophanes etiam πλούτῳ, sycophantam, cum interrogatus esset, an mercaturæ operam daret, respondentem inducit, καὶ σκήπτομαι ὅταν τύχω, id est, cum mihi commodum est, fingo me mercatorem esse, ut fugiam officia ac munera, quibus illi soluti sunt: utor hac excusatione, & prætextu quodam; ut vacationibus illorum fruar: Denique Cic. lib. XVI. harum epistolarum, cum crebris cum literis Octavianus rogaret, ut in causam suam descenderet, inquit: *Ille urget, ego autem σκήπτομαι; non confido ætati, &c.* id est, simulo aliquid impedimenti mihi ortum esse, & prætextum aliquem invenio, quare id facere non possim. ἀναβολὴ autem, procrastinatio; & in alium diem dilatio. Mandarat igitur Cicero Tito, ut se excusaret; & negotium illud in aliud tempus rejiceret. *Victorius.* Σκέψεις.) *Considerationes*, epist. 3. lib. XII. sic Lucian. ἐν τῇ τῶν βίων πράσει ἑτέρῳ περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι. alii σκήψεις, fictæ causæ, excusationes. *Corrad.*

86. *Sed nescio an* ταυτόματον.) Sic quondam in excusis etiam legebatur, postea ταυτομάτων ἡμῶν scribere cœperunt. antiquior etiam noster *Tautomaton* habebat. ἡλλῶν autem alia manu postea repositum fuit, ex quo nonnulli (ut puto) ἡμῶν fecerunt. Nos vulgatam nunc lectionem, etsi non probemus, secuti sumus. sed quia locus obscurus est, cum nihil certi adferre possemus, eum intractum reliquimus: potius tamen suspicamur ταυτόματον legendum esse, hac sententia, ut dicat se profecto T. mandasse σκέψεις atque ἀναβολὴν, quæ tamen fortasse non necessariæ erunt. res enim ταυτόματον, id est, sponte sua, quem opto exitum habebit. postea addit rationem; quare non opus fore excusationibus & dilatione putet. *nam*, inquit, *mihi Pompejani prodromi nuntiarunt, &c.* Nos in re dubia suspicionem etiam, quam habemus, reticere noluimus: simulque innuere, quam veriorem & castiorem lectionem esse putemus. doctiorum tamen judicio virorum de hac re stare volumus. *Victorius.* Ταυτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται. versus Menandri: cujus hæc sententia est, casum plerumque melius consulere, seu consultare, quam nos ipsos. *Lambin.* Locum habet hic versus proverbialis, quando casu impedimur id facere, quod si fecissemus nobis fuisset incommodo. Aristoteles in Physicis accurate distinguit inter ea quæ fiunt ἀπὸ τύχης, & ἀπὸ ταυτομάτου. sunt sane utrumque & τύχη & ταυτόματον caussæ per accidens, non per se; sed inter se differunt, ταυτόματον, ait Arist. ἐπὶ πλεῖόν ἐστιν, ac latius patet. Nam quidquid est ἀπὸ τύχης, id est, αὐτόματον, at non contra. Differentiam hanc sic explicat, quando aliquid propter aliud fit, & id quod caussam efficiendi attuli, non fiebat in eum finem, id omne dicitur fieri ἀπὸ ταυτομάτου. At ex iis quæ dicuntur fieri ἀπὸ ταυτομάτου, sola illa dicuntur fieri ἀπὸ τύχης, quæ sunt προαιρετὰ, & acci-

actum, [87] Antonio succedi oportere: eodemque tempore aget prætor ad populum. res ejusmodi est, ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere; nec mihi libeat, quod vel maximum est. etenim accidit hoc, quod totum cujusmodi sit, [k] mando tibi, ut perspicias. Libertum ego habeo, sane nequam hominem, [l] Hilarum dico, ratiocinatorem, & [88] clientem tuum. de eo mihi Valerius Interpres nuntiat, [m] Chiliusque se audisse scribit hæc; esse hominem cum Antonio; Antonium porro in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quæri, & a me custodem communis quæstus libertum esse missum. non sum mediocriter commotus: neque tamen credidi: sed certe aliquid sermonis fuit. totum investi-
P. VII. ga, cognosce, perspice, & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. hujus sermonis Valerius auctorem Cn. Plancium nominabat. mando tibi plane, totum ut videas cujusmodi sit. Pompejum nobis amicissimum constat esse. [89] Divortium Muciæ ve-

k mandat MS.
l Hilarem Ald.
m Thyriusq. MS.

dunt τοῖς προαίρεσιν ἔχουσι, hoc est, in deliberationem cadere possunt, cum accidunt animali deliberationis capaci, quod homini est proprium. Vide plura. 2. Φυσικ. cap. 6. *Casaub.*

87. *Antonio succedi oportere.*) Antonium de provincia Macedonia revocandum, quod pecunias a sociis inique cogeret. revocatus tamen non est: qua Cicero eum in senatu defendit. quod ipse scribit ad Sextium, ipsius Antonii quæstorem, fam. lib. v. postea defendit eundem in judicio, majestatis accusatum, Cæsare, & Bibulo coss. cum Antonius triennium provinciæ præfuisset. Svetonius, Dio, Cicero pro domo, pro Sextio: & in ea, qua Cœlium, quo accusante damnatus erat Antonius, defendit, hanc intelligit accusationem, cum ait: *Ex reipublica caussa victoriam est mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam, consecutus.* quod infra in eadem oratione apertius his verbis: *Accusavit C. Antonium, collegam meum: cui misero præclari in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati.* Et in extrema oratione; *Hominem consularem quod ab eo remp. violatam diceret, in judicium vocarit.* Accusavit eundem, condemnavitque Q. Maximus; ut in oratione in Vatinium. *P. Manut.*

88. *Clientem tuum.*) Notabis ex isto loco videri moris fuisse, ut servi cum libertate donarentur, optarent & eligerent patronum, in cujus clientela essent futuri ex jure civium Romanorum. Atque hinc notabis duplicem patronum diverso respectu eundem habuisse, alterum habebat ut libertus, alterum ut cliens. Sunt enim relata inter se patronus, libertus, & patronus, cliens. *Casaubonus.*

89. *Divortium.*) Quod Pompejum in Italiam rediens fecit. Plutarch.

vehementer probatur. P. Clodium, Appii F. credo te audisse cum veste muliebri deprehensum [90] domi C. Cæsaris, [n] cum pro [o] populo fieret, cumque [91] per manus

n cum sacrificium *MS.*
o populi *MS.*

tarch. in Pomp. *Corrad. Divortium Muciæ.*) Quod Pompejus ex bello Mithridatico rediens fecit cum *Mucia* Q. Mucii Scævolæ filia, ob suspicionem adulterii cum C. Cæsare commissi. An vero Plutarchus hunc locum notavit in Pompejo scribens causam hujus divortii relatam esse in epistolis Ciceronis? quæ utique hic non exprimitur. *Popma.*

90. *Domi C. Cæsaris, &c.*) Propterea quod esset Pontifex Maximus. Plutarchus tamen in vita Ciceronis scribit illum, quo die conjuratos deprehendit, vicini domum, non suam, venisse: quod in ejus ædibus mulieres sacra Bonæ Deæ facerent: cum mos esset, ut in consulis ædibus hæc sacra, per ipsius vel uxorem vel matrem, Vestalibus præsentibus fierent. Nec ab eo Dio dissentit: quin hoc amplius, etiam apud Prætorem fieri consuevisse scribit: Credo quod quo anno a Clodio polluta sunt, apud Cæsarem, qui tum Prætor esset, facta sciret. Hæc ejus sunt verba, lib. xxxvii. ἅπερ αἱ ἀεὶ παρθένοι, παρά τε τοῖς ὑπάτοις, καὶ παρὰ τοῖς στρατηγοῖς ἁγιῶς τὰ ἐκ τῶν πατρίων ἐς πᾶν τὸ ἄρρεν ἐπετέλουν. Et verisimile est apud Prætorem tum fieri fas fuisse, cum vel Consules abessent? vel uxore matreque carerent: vel aliqua caussa gravior obstaret: quod ejus, secundum Consules maxima esset potestas, essetque in imperio. Nam ut M. Tullius in oratione de responsis ait, illud *sacrificium fiebat pro populo Romano; in ea domo, quæ esset in imperio.* Quod dictum Ciceronis, Plutarchi Dionisque sententiam confirmat. Nec vero dubium est, Prætores Imperium habuisse, qui præter prehensionem etiam vocationem haberent, lictorumque & viatorum ministerio non secus ac Dictator & Consules, uterentur. Nam quibus prehendendi modo jus fuit, cujusmodi Censores, Ædiles, Tribunique plebis fuerunt, ii potestatem modo habere dicebantur; non etiam imperium: viatorisque tantum opera utebantur. Verum hæc Gellius ex Varrone pluribus est persecutus. Quæ sunt in eadem oratione, *Clodium ambustum religiosissimis ignibus, ex incesto stupro atque ex domo Pontificis Maximi emissum*, ea probant apud Pontificem tum factum pro populo: apud Consulem aut Prætorem fieri consuevisse non negant. *Malasp.*

91. *Per manus servulæ servatum & educt.*) Sic etiam nos scripsimus, cum tamen Germani ex antiquo codice, *Seprullæ* in margine sui codicis, pro *servulæ* scribant: & nos in nostro etiam meliore, & antiquiore *Seprulæ* scriptum invenerimus, noluimus rem silentio præterire quin nostrum judicium de ea proferremus, & antiquam lectionem testatam relinqueremus, si quid fortasse lateret, quod nos ignoraremus. Cicero tamen in oratione de Aruspicum responsis receptam lectionem confirmat, cum inquit, de Clodio loquens: *Nisi ex eo loco, quo eum adire fas non fuerat, ancillarum beneficio emissus esset*, & Plutarchus in vita Ciceronis eidem adstipulatur. *Victorius.*

 92. An-

p Sep.Rul-nus P. Seprullæ servatum & eductum; rem esse insigni in-
læ Bos.Ser. famia: quod te moleste ferre certo scio. q Quid præterea
Polæ Jun. ad te scribam, non habeo. & mehercule eram r contur-
q Quod alii. batior. nam puer festivus, anagnostes noster, Sositheus
r in scri- decesserat, meque plus quam servi mors debere videba-
bendo tur, commoverat. Tu velim sæpe ad nos scribas. si rem
cont. alii. nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Kal.
s & M. Januar. M. Messala, s M. Pisone coss.
Pis. alii.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

alii tris. ACCEPI tuas t tres jam epistolas, unam a M. Cor-
v clu a nelio, quam v Tribus Tabernis, ut opinor, ei de-
Trib. disti; alteram, quam mihi Canusinus tuus hospes reddi-
x ancho- dit; tertiam, quam, ut scribis, x 92 anchora soluta
ris solutis de phaselo dedisti. quæ fuerunt omnes rhetorum. pure lo-
alii. quuntur, cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis. quibus epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum; sed idcirco sum tardior, quod non in-

92. *Ancora soluta.*) Scio quid *sit navem solvere*, nimirum incipere navigate, quod fit solutis funibus, quibus ad terram navis alligatur: *Ancoram solvere* quid sit nescio, nisi putamus Ciceronem poeticas quasdam valdeque improprias locutiones ursurpare. Vel igitur legendum: *ancora sublata*. Nam navis dum stat in portu ancoram habet demissam in mare. Hinc apud poetas quoties navis appellit ad portum *Ancora de prora jacitur*, ut ait Virgil. & alibi. *ancora fundabat naves.* & lib. I.

—— *hic fessas non vincula naves*
Ulla tenent, unco non alligat ancora morsu.

At cum eundem est, ancoræ attolluntur, & in navem recipiuntur, vel si major sit festinatio, præciduntur. Illud dicitur *sublatis ancoris proficisci* vel *digredi*, ut apud Cæsarem. Sic apud Quintil. lib. IV. cap. 2. *Conscendi, sublatæ sunt ancoræ, solvimus oram, provecti sumus:* hoc *præcisis ancoris navigare* ut apud Cic. ult. in Verr. & apud Livium sæpe. ita apud Græcos περιαιρεῖν τὰς ἀγκύρας. vel igitur, ut dixi, legendum *ancora sublata*, vel *ora jam soluta*. Sic enim Livius *oram solvere* dicere solet. *Ora* autem in hoc loquendi genere nomen est funis, quo ad terram navis alligatur. Si quis tamen mordicus lectionem vulgatam tueatur, dicemus esse genus loquendi nauticum, quo idem significatur atque illo *ancora sublata*, Ancora enim dum est demissa stringit & *alligat navem*, quemadmodum Virgilius loquitur: cum est sublata, tum navis est libera & soluta. quod si dici a Virgilio alli-

invenio fidelem tabellarium. quotus enim quisque est, qui epistolam paulo graviorem ferre possit, nisi eam [y] pellectione relevarit? accedit eo, quod mihi non est [z] notum, ut quisque in Epirum proficiscatur. ego enim te arbitror, [93] cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem [a] oppugnandum profectum. neque tamen id ipsum certum habeo, [b] quando ad Antonium proficiscare, aut quid in Epiro temporis ponas. ita neque Achaicis hominibus neque Epiroticis paulo liberiores litteras committere audeo. sunt autem post discessum a me tuum res dignæ litteris nostris, sed non committendæ ejusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint: primum igitur scito, primum me non esse rogatum sententiam, præpositumque esse nobis [94] pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante senatu, neque me invito esse factum. sum enim & ab observando homine perverso liber, & ad dignitatem in republica retinendam contra illius voluntatem solutus. & ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem pæne principis, & voluntatem [c] non nimis devinctam beneficio consulis. Tertius est Catulus, quartus (si etiam hoc quæris) Hortensius. Consul autem

y per lectionem *alii*.

z notum *non est in MSS.* P. B.

a *alii* oppugnandam.

b quin *MS.*

c *alii* non minus, *aut* nominis.

alligari ancora, potest & *solvi* dici, etsi valde durum est &, si vera lectio, ex idiotismo nautarum sumptum. sic sane *oram solvere* pro solvere funes, qui ad oram navem tenebant alligatam ex idiotismo nautarum videtur profectum. *Casaub.* Palatinus unus *sublatis ancoris*, quod maxime firmat emendationem Casauboni. Apud Nonium quidem in *ancora* legitur in carmine quodam *ancora soluta*; sed id nihil ad hunc locum. Res satis certa est. *Grav.*

93. *Cæsis apud Amaltheam tuam victimis*. Sicyonii pecuniam Attico debebant. ea caussa Sicyonem ire cogitarat. sed venuste Cicero metaphoram sumpsit de re militari: quod exercitum ductores non ad bellum prius exibant, quam victimas cecidissent. Amalthea in Epiro Attici villa, studiis & libris dicata. quemadmodum Academia Ciceronis, Puteolos inter & Avernum lacum, in littore. ep. 14. *P. Manut.*

94. *Pacificatorem Allobrogum*.) C. Calpurnium Pisonem intelligit, qui Galliam Narbonensem ex Consulatu obtinuerat, in qua *Allobroges*. In administrationis istius tempore videntur movisse aliquid Allobroges, quod & historia conjurationis Catilinariæ declarat: *Piso incipientem motum sua prudentia composuit, & fluctuantes animos in officio continuit*. Ideo appellatur *pacificator Allobrogum*, quod tamen Cicero videtur non sine urbanitate aliqua dicere & joco. *Casaub.*

d tamen *MS.* tem ipse parvo animo & pravo, [d] tantum [95] cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus, nihil agens [e] cum republica, sejunctus ab optimatibus: a quo nihil speres boni reipublicæ, quia non vult; nihil [f] metuas mali, quia non audet. ejus autem collega & in me perhonorificus, & partium studiosus, ac defensor bonarum. [g] quinimmo leviter inter se [h] diffident. Sed vereor, ne hoc, quod [i] infectum est, serpat longius. credo enim te audisse, cum apud Cæsarem pro populo [k] fieret, venisse eo muliebri vestitu [l] virum: idque sacrificium cum virgines instaurassent, [96] mentionem a Q. Cornificio in senatu factam: (is fuit princeps; ne tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex senatus consulto [97] ad pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum, deinde ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert, [m] & fert ex senatus consulto & de religione, antiquetur. Messala vehementer adhuc agit severe. [98] boni viri precibus Clodii removentur a causa: operæ comparantur, nosmet ipsi qui [99] Lycurgei a principio fuissemus, quotidie [n] demitigamur. instat

e in *alii.*

f speres *MS.*

g qui nūc *alii.*

h diffideant *MS.*

i inceptū *alii.* inceptū *MS.*

k fieret sacrificiū *Ald.*

l indutum virum. *Id.*

P. VIII.

m & fert *deest in aliis.*

n mitigamus *Lamb.*

95. *Cavillator.*) Cavillatio est jocatio fusa in omni sermone. distinguitur inter cavillationem & dicacitatem. *Dicacitas* est peracuta & brevis Cic. 2. Orat.45. Quintil. libro VI. Inst. cap. 3. *J. F. Gronov.*

96. *Mentionem a Q. Cornificio factam.*) Aliud est *mentionem in senatu facere alicujus rei*: aliud *referre ad senatum de aliquo*. Illud omnibus senatoribus fuit permissum, hoc tantum consulibus, &, iis absentibus, Prætoribus, & tribunis, ut videtur, *Casaub. Mentionem* dicitur *facere rei alicujus* senator, qui loco sententiæ de ea re, de qua non relatum fuit, aliud quid in senatu proponit, ac rogat, ut referatur, quod Tacito est *excedere sententiam*. Græv.

97. *Ad virgines atque Pontifices relatam.*) Illud, *virgines atque* olim deleverat Lamb. codd. Memm. sequutus, sed postea reposuit, quum in Tornæs. reperisset. intercedit Junius, & reponendum vetat, nixus auctoritate longe optimi msf. Palatini, & aliorum. *Clericus.*

98. *Boni viri.*) Imo *boni viri* sunt optimates, nobiles, primores, ut infinitis in locis in his Cic. epistolis. Nec est ut deleatur *viri*, ut Muretus existimat in scidis. Nam *boni viri* pro optimatibus quoque legitur apud Ciceronem. *Gravius.*

99. *Licurgei.*) Acerrimi in Clodium & malos cives, perinde ac Ly-

instat & urget Cato. Quid multa? vereor, ne hæc, neglecta a bonis, defensa ab improbis, magnorum reipublicæ malorum causa [o] sit. Tuus autem ille amicus, ([p] scin quem dicam? de quo tu ad me scripsisti, [100] [q] postea quam non auderet reprehendere, laudare cœpisse,) nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat; occulte, sed ita, ut perspicuum sit, invidet. nihil come, nihil simplex, nihil [r] ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Sed [s] hæc ad te scribam alias subtilius. nam neque adhuc mihi satis nota sunt: & huic, terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. Provincias prætores nondum sortiti sunt. res eodem est loci, quo reliquisti. τοποθεσίαν, quam postulas, Miseni, & Puteolorum, includam orationi meæ. [1] A. d. III. non. Decemb. mendose fuisse animadverteram. Quæ laudas ex orationibus, [2] mihi crede, valde mihi placebant: sed non audebam antea dicere. nunc vero, quod a te probata sunt, multo mihi ἀττικώτερα videntur. in illam orationem Metellinam addidi quædam. liber tibi mittetur; quoniam te amor nostri φιλορήτορα reddidit. Novi tibi quidnam scribam? quid? [t] etiam. Messala consul Autronianam domum emit H-S. ccccxxxvii. quid [v] id ad me, inquies? tantum, quod ea emptione & nos bene emisse judicati sumus: & homines intelligere cœperunt, licere amicorum facultatibus in emendo [3] ad dignitatem aliquam pervenire.

o sint *Lamb.*
p *Lamb.* scis.
q *alii* postequam.
r *alii* in
s hoc *Ald.*
t *alii* etiam Mess. P. B.
v id *non est in MS*

Teu-

Lycurgus Atheniensis orator adversus improbos & scelestos homines vehemens & accerbus fuit, de quo in Bruto, Plutarchus, & Dionysius *Popma*. Probat etiam Casaubonus, & Muretus, & H. Vallesius, quem vide ad Amm. Marcell. lib. XXII. Gronovius de solo Cicerone intelligit.

100. *Posteaquam non auderet nos reprehendere.*) Ita legit Faernus cum in aliis desit *nos*. Ursinus.

1. *A. D. III. Non. Decemb.*) Apparet lapsum Ciceronem in aliquo scripto suo, ubi hęc verba posuerat, de quo errore ab Attico admonitus fuerat. *Casaub.*

2. *Mihi crede, valde mihi placebant.*) Meretur notari pro his in Balliolensi codice tantum legi *mihi crede placebant*, tanto magis, quod in illo solo, & non etiam aliis. Itaque videndum, an non illa ipsa brevitas & simul ambiguitas constructionis τοῦ *mihi* semel positi magis placuerit Ciceroni, quam repetitio illa & vocum multitudo, exemplo Ovidii IV. Met. 228. *Omnia qui video, per quem videt omnia tellus, Mundi oculus; mihi crede places.* Gronov.

3. *Ad dignitatem aliquam pervenire.*) Recte docet nos Cicero I. de

x sane neg. MS. Teucris illa lentum x negotium est, sed tamen est in spe. tu ista confice. a nobis liberiorem epistolam exspecta. VI. kalend. Febr. M. Messala, & M. Pisone coss.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

VEREOR, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus: sed tamen distinebar, ut huic vix tantulæ epistolæ tempus habuerim, atque id y ereptum e summis occupationibus. Prima concio Pompeji qualis fuisset, scripsi ad te antea, 4 non jucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, z bonis non gravis. itaque frigebat. tum Pisonis consulis impulsu levissimus tribunus plebis a Fufius in concionem b produxit Pompejum. res agebatur in circo Flaminio: & erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις. quæsivit ex eo, placeretne c ei, judices a prætore legi, 5 quo con-

y detreptum Lamb.

z bon. n. gr. desunt in MS.

a alii L. Fuf.

b producit MS.

c MSS. C.

de off. ornandam esse dignitatem domo, non omnem dignitatem ex domo parandam. Nemo nescit quantum dignitatis opes concilient; præsertim quæ non latent, sed versantur in omnium oculis, ut sunt sumtuosæ ædes, habitus luculentus, &c. Tribuit autem hic Cicero ædibus *dignitatem*, loquens cum vulgo. Sic Vitruvius aliquando, ut 10. cap. lib. VI. *Dignitas* igitur hic abusive pro dignitatis ornamentis. Sic apud Thucydidem passim ἀρετὴ, ἀρετὶ *præmia virtutum*. Casaub.

4. *Non jucunda miseris*.) Dividit populum Romanum in partes quatuor: quarum nulli ait Pompejum satisfecisse. Et ex hac partium enumeratione colligit ingratum omnibus fuisse Pompejum. Quod ita est. Nusquam enim melius quam in Pompejo apparuit, quod ait Plinius in Panegyric. *multos enituisse in bello, qui in pace obsoleverunt*. Floruit Pompejus extra Urbem dum fuit, & pro populo Romano bella gessit. reversus in Urbem misere jacuit, quanquam ipse sane in caussa fuit, qui dum vult omnium gratias retinere, omnium amisit. *Miseri* hoc loco de plebe Romana intelligo, quæ ære alieno ut plurimum obruta speraverat, reverso Pompejo, post tantum imperii incrementum, vel agri alicujus divisionem, vel aliud quid ad sublevandam suam inopiam nacturam. Improbi sunt, quas alibi malas partes vocat, quibus ait visam Pompeii concionem inanem, hoc est, neque satis ex sua sententia, neque contra eam valde. *Beati* sunt boni & locupletes cives, qui nullum suum commodum sperantes rempublicam capessebant. *Casaub*.

5. *Quo consilio idem Prætor uteretur*.) *Quorum consilio* habet liber manuscriptus, qui fuit Longolii. *Ursinus*.

6. De

consilio idem prætor uteretur. id autem erat 6 de Clodiana religione ab senatu constitutum. tum Pompejus μκλ' ἀριςοκρατικῶς locutus est ; senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri, semperque visam esse, respondit, & id multis verbis. Postea Messala consul in senatu de Pompejo quæsivit, quid de religione, & de promulgata ratione sentiret. locutus ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta γενικῶς laudaret: mihique, ut assedit, dixit, se putare, satis ab se etiam de d istius rebus esse responsum. Crassus postea quam vidit illum excepisse laudem ex eo, quod hi suspicarentur homines ei consulatum meum placere, surrexit, ornatissimeque de meo consulatu locutus est ; ut ita diceret, se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre ; quoties conjugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties se beneficium meum videre. Quid multa? totum hunc locum, quem e ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, (7 nosti illas ληκύθους) valde graviter pertexuit. f Proxime Pompejum sedebam. intellexi hominem moveri: utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse prætermisisset; an esse tantas res nostras, quæ tam libenti senatu laudarentur, ab eo præsertim, qui mihi laudem

d *ita MS. alii* istis. P. IX.

e *alii addunt in* Aristocratia.

f *alii* proximus Pompejo.

6. *De Clodiana religione.*) De sacris a Clodio pollutis, ep. sup. ἱερωνικῶς. sic *religiosum*, *sanctum*, & *pium* vocat in orat. pro domo. *Corrad.*

7. *Nosti illas* ληκύθους.) Μυροθήκια ut ep. 1. lib. 11. & sane Pollux λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα ponit lib. VI. cap. XIX. hinc scripsit Aristoph. ἐν ἐκκλησ. φρύνην ἔχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, & Plat. in Charm. λήκυθον καὶ στλεγγίδα junxit. recte igitur Cicero, quum *pingere* dixisset: addidit ληκύθους, quibus unguenta, & pigmenta continentur, quæ consumebat, ep. 1. lib. 11. nec tamen perdebat, ut Euripides ληκύθιον ἀπώλεσεν, ut putat Æschylus apud Aristoph. in Ran. *Corrad.* Non discedit a translatione. nam, ut pictores ἐκ τῶν ληκύθων, quæ sunt ampullæ pigmentorum, sumunt quæ ad colorandum apta novere, sic orationem suam Cicero cum volebat eloquentiæ veluti coloribus illustrare, ad illa loca, de flamma, de ferro, quasi ad suas ληκύθους, confugiebat. Et Plin. lib. 1. ep. 2. eodem verbo usus est, eadem sententia: *Marci*, inquit, *nostri* ληκύθους *non fugimus.* In libro tamen Græcarum dictionum, qui, Λήκυθος, interpretatus est, hunc Ciceronis locum nominans vertit, *Uniformis dicendi copia*; sententiam, ut mihi quidem videtur, non assecutus. *P. Manut.*

8. *Ab-*

laudem illam eo minus deberet, quod meis omnibus literis in Pompejana laude perstrictus esset. Hic dies me valde Crasso adjunxit: & tamen, [8] ab illo aperte, tecte quidquid est datum, libenter accepi. ego autem ipse, dii boni! [9] quo modo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pom-

8. *Ab illo aperte, tecte.*) Junius ex mss. Palat. *ab illo aperte tacito*. Gulielmius malebat, *ab illo teste aperte quidquid est datum &c.* Clericus.

9. *Quomodo ἐνεπειρκσάμην.*) Sic fere omnes vulgati codices depravatissime. quod etiam ita negligenter interpretati sunt, ut nullam rationem habuisse videantur neque hujus loci sententiæ, neque Græcæ etiam scripturæ. Nos, ἐνεπερπερκσάμην legimus ex nostro meliore libro: id est, me ostentavi, & quasi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis, & ornamentis orationis meæ tanquam exultavi, & placere illis studui. Hinc autem colligere possumus, quam perfecte Græcum sermonem caleret Cicero, qui tam proprie & apte abstrusioribus etiam verbis ejus linguæ utatur. Originem & rationem hujus vocis ex Svida accipies, & aliis, quorum studium est hæc minute explicare. ea autem non una est, cum tamen omnes in significatu consentiant. *Novum* autem *auditorem* Pompejum appellat, quia tunc ab illa felicissima expeditione contra Asiæ reges redierat. *Victorius*. Forte scribendum ἀνεπερπερκσάμην, quod principium verbi videatur περπερεύω. *Corrad.* Ego ἐνεπερπερευσάμην, a verbo περπερεύομαι, quod Hesych. prætet alia, etiam, *Me ostento*, interpretatur. Usus est hoc verbo Divus Paullus ad Corinth. cum sic scripsit, ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. quanquam noster interpres, *Agit perperam* vertit: quem ego non reprehendo, nam hanc quoque illi significationem idem Hesych. tribuit: sed dico hoc in loco, *Me vendito jactoque* valere: quod ne a sensu quidem Apostoli alienum est. Verbum arbitror ejus ætatis fuisse, cum jam Atticus sermo a germano illo suo candore magnopere desciviset, & longius peregrinatus, prope degenerasset. Nec valde aberraverit fortasse, si quis a Latino *Perperam*, factum dicat. cujusmodi non pauca, & apud Plutarchum & posterioris ætatis rerum scriptores, invenire licet. *Malasp.* Legendum ἐνεπερπερευσάμην, non ut edidit Bosius ἐνεπεπερπερκσάμην. quæ est vox nihili. Origo vocis e Latino sermone, ut videtur, etsi aliter Græci sentiunt. Sensus est, ego ostentavi me, hoc est, multus fui in declamando de rebus gestis meis, eas auxi, eas ornavi, eas amplificavi audiente Pompejo, imo ut audiret novus auditor Pompejus. Quia enim recens ille advenerat, nec fuerat alias auditor meus, cum ego idem argumentum tractatem, volui nunc arrepta hac occasione efficere, ut ille me cognosceret penitius, & qualis quantusque sim, quantamque eo absente gloriam sim consecutus. Hæc est vera hujus elegantissimi loci sententia, quam primi detegimus. Nam interpretes οὐδὲν ὑγιές. Bosius certe vel nescivit, quid vox Græca significet, cum vertit, *venditavi me*, vel quid sit *venditare se alicui*, non observavit. *Casaub.*

10. Si

Pompejo? [10] si numquam mihi, περίοδοι, [11] ἢ καμπαὶ ἢ ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ suppeditaverunt, illo tempore. Quid multa? clamores. etenim hæc erat ὑπόθεσις, de gravitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiæ, de immortuis reliquiis conjurationis, de g utilitate, de otio. nosti jam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque h istim exauditos putem. Romanæ autem se res sic habent. [12] Senatus ἄρειος πάγος. i nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. nam cum dies venisset k rogationi ex senatus consulto ferendæ, concursabant [13] barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ, duce [14] fi-

g vilitate *Vict. & alii.*
h *alii* hinc.
i nil *alii*, *& sic porro*.
k rogationis *alii*.

10. *Si umquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditaverunt.*) Nos ex vetere nostro libro nostram lectionem accepimus, quam etiam Germani ex vetusto codice adnotarant: ut consentientibus tam remotis testibus, fides omnino illis haberi debeat. est autem hæc lectio vehementior, & illo animi ardore, quo hæc pronunciabat Cicero, dignior: multas uno spiritu argumentorum species & orationis ornamenta nominare. Quid autem καρποὶ hoc loco sint, fatemur nos non compertum habere. In quo etiam dubitarunt Germani, cum multa apud Græcos hoc nomen significare sciamus, numquam invenimus hoc significatu, quo hic videtur Cicero ponere. nisi mendum fortasse sit eo loco in his veteribus codicibus, quod tamen aliis judicandum relinquimus. Reprehendit Aristoteles lib. tertio Rhetorices, inane studium eorum qui nimis curiose nomina quibuscunque rebus imponerent: & maxime Lysimnium quendam rhetorem, qui multa hujuscemodi vocabula finxerat, taxat, ἐπέρυσιν, ἀποπλάνησιν, ὄζοι. ut fortasse ab eodem quoque hæc vox καρποὶ excogitata fuerit. Si enim quasdam orationis partes ille μεταφορικῶς *ramos* appellavit, cur non credi potest, eundem nonnullas alias ab eadem re translato nomine *fructus* appellasse? Verum hæc levis conjectura est, quam tamen non sprevimus, si forte nostro indicio possit aliquando certior quædam ratio hujus nominis assignari. *Victorius*.

11. Καμπαί.) Sunt clausulæ, flexus molles orationis ab una parte in aliam. Senec. ep. 100. *Lege Ciceronem. compositio ejus una est, pedem servat, curata, lenta & sine infamia mollis.* J. F. Gronov.

12. *Senatus ἄρειος πάγος.*) Martius vicus, Areopagus. ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. Pausan. in Attic. Areopagitas vero Solon constituit, lib. I. de off. qui severi ita fuerunt, ut severi judices proverbio Areopagitæ dicantur, ut εἰρωνικῶς ep. 13. h. l. *Corrad.*

13. *Barbatuli juvenes.*) Mire extenuat partes Clodii: vocat primum *juvenes*, hoc est, homines leves;

Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται,

ait summus vates verissime. Addit *Barbatuli*, hoc est, libidinosi & delicati. sic enim ipse interpretatur epistola prima lib. secundi.

Nec

P. B. [14] filiola Curionis; & populum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem consul, lator rogationis, idem erat dissuasor. operæ Clodianæ pontes occuparant. tabellæ ministrabantur, ita [15] ut l nulla daretur UTI ROGAS hic tibi Rostra Cato advolat, m convicium Pisoni consuli mirificum facit; si id est convicium, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. accedit eodem etiam noster Hortensius, multi præterea boni. insignis vero opera [16] Favonii fuit. hoc concursu optimatum comitia n dimittuntur: Senatus vocatur cum

l nulli alii.
m commulcium *MS.*
n dirimitur *Grav.*

Nec recte summus quidam vir, cum de barba alenda & radenda disputaret ad Tacitum, hunc locum interpretatus est: neque morem Romanum satis notum habuit. Tu disce ex Catil. II. ubi hunc ipsum gregem fusissime describit, & ex oratione pro Cœlio, ubi distinguit barbatos a barbatulis. *Casaub. Barbatuli* sunt qui nondum lanuginem posuerant, Cic. II. Catil. 10. Pro Cœl. 14. *J.F.Gronov.*

14. *Filiola Curionis.*) C. Curionem C. F. qui eam consuetudinem cum M.Antonio tunc habebat, ut merito filia potius, quam filius dici posset. Philip.II. & Plut. in Ant. *Corrad.* Viri molles & imbelles per contemptum muliebri genere nominabantur. Sic Catullus *Gallum* dixit *Gallam*, Varro eundem *Heram*, Virgilius Phryges *Phrygias*, Cicero supra Antonium *Teucrim*. Sic Curionem filium *filiolam Curionis*. De quo ita Vellejus lib. II. *Vir nobilis; eloquens, audax, suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus.* Popma.

15. *Ut nulla daretur, Uti rogas.*) Cum populus in campum Martium convenerat, uti rogationem aliquam aut acciperet, aut antiquaret; tabellæ singulis binæ dabantur, diverse inscriptæ; altera sic, *Uti rogas*, qua significabant, se rogationem accipere; & velle uti rogasset is, qui rogationem tulisset: altera cum littera *A*: quæ erat antiquatæ, id est sublatæ rogationis nota. Livius libro X. *Ego hanc legem, Quirites, quod bonum, faustum felixque sit vobis; ac reipublicæ, uti rogastis, subeundam censeo*: tamen suspicor mendose scriptum in Livio, *Rogastis.* non enim populus rogat, sed rogatus jubet. mallem igitur, *Rogati*, aut, *Rogati sitis*: ut & libro XXXIII. *Omnes quinque & triginta tribus: uti rogata, jusserunt.* Libro autem de legibus III. *Vos*, inquit, *legem, ut video, antiquastis sine tabella.* P. Manut.

16. *Favonii fuit.*) Hic fuit ineptus Catonis imitator. Errant autem docti in hoc nomine errorem non ferendum. Vult enim Ursinus, cui alii assentiuntur, ut semper pro *Favonius* rescribamus *Faonius.* Quia ea est a Græca voce φάων. Est hoc plumbeum argumentum. Analogia enim linguæ Latinæ contrarium postulat, ut quod est a φάων scribamus *Favonius*, sic *ovum* dicitur ab ᾠὸν *avum* ab αἰὼν, ab ὄϊς *ovis*, & hoc genus sexcenta. Sic Scæola dicendum esset non *Scævola*, si sequamur Græcum Appianum. *Casaub.*

17. Fu-

cum decerneretur frequenti senatu, contra pugnante Pisone, ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam; homines ad xv Curioni nullum senatus consultum facienti assenserunt: ex altera parte facile cccc o fuerunt. acta res est. [17] Fusius tribunus tum concessit. Clodius conciones miseras habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. P Pisonem, Messalam consulem contumeliose lædebat; [18] me tantum comperisse omnia criminabatur. Senatus & de provinciis prætorum, & de legationibus, & de ceteris rebus decernebat, ut ante, quam rogatio lata esset, ne quid ageretur. Habes res Romanas. sed tamen etiam illud, quod non speraram,

o affuerunt alii. P Catonem *MS.*

17. *Fusius circumcessit.*) Hic locus variis modis legitur; cum enim omnes corruptum esse existimarint, quisque pro suo ingenio supplevit. Germani corrigunt, *Fusius tert. consul cessit*: quod inane & falsum puto. Noster antiquior, *Fusius tertium concessit*: quod nos recepimus. in tantis enim tenebris quod potius faceremus non habuimus, quam ut libri illius, quem infinitis locis fidelem experti sumus, non certam etiam lectionem sequeremur. Est autem hic Quintus Fusius Calenus, perpetuus inimicorum Ciceronis defensor, qui causam Clodianam acerrime defendebat. Si autem nostram lectionem probes, intelligere potes, cum ante bis concessisset, tertium nunc consensu optimatium victus coactus est concedere. *Victorius. Fusius tertium concessit.*) Pantagathus legebat *Fusius Trib. pl. intercessit.* & hoc modo emendavit Ant. etiam Augustinus. *Ursinus; Fusius tribun. tum concessit.*) Sic Bosius ex Tornes. Huraltino, & Crusell. quod probant Manutius & Junius. vulgo, *tertium concessit*, quod Bessar. & Cavalc. libros habere testatur Manut. ut & legitur in antiquiore Victoriano. Octavius Pantagathus & Anton. August. emendarunt, *Fusius tribun. plibis intercessit*; quæ emendatio non usque adeo Junio placet. Gulielmius annotat, forte legendum: *Fusius tr. tum Cos. cessit*. Cleric.

18. *Me tantum comperisse omnia criminabatur.*) Cicero cum supplicium de conjuratoribus sumsisset, inconsulto populo dixit, sciscitantibus causam cædis illorum, se comperisse illos conjurasse, & consilia de perdenda Urbe atque Italia iniisse. Hoc verbum etsi verissimum, ei tamen apud improbos invidiam conflavit, præsertim cum Clodium accusans pro testimonio dixisset idem, se comperisse Clodium vel incestus vel violatæ religionis esse reum. Hoc igitur clamabat iste in concione, Unum Ciceronem esse, qui *omnia comperisset*. Nam quod invidiose jactari soleret verbum *comperisse* in Ciceronem, declarat hic locus ex ep. 5.lib.v.ad Fam. *Esse aliquid abs te profectum ex multis audivi: nam comperisse me non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te ajunt falso in me solere conferri*. Quem locum recte Lambinus exposuit, etsi non recte emendavit. *Casaub.*

19. Uno

rani, audi. Messala consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. ille alter [19] uno vitio minus vitiosus; quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, sed voluntate ita καχέκτης, ut Pompejum post illam concionem, q qua ab eo senatus laudatus est, odisse cœperit. itaque mirum in modum omnes a se bonos alienavit. neque id magis amicitia Clodii adductus r facit, quam studio perditarum rerum atque partium. sed habet sui similem in magistratibus s neminem. præter Fufium, bonis utimur tribunis plebis, Cornuto vero pseudocatone. [20] Quid quæris? t nunc ut ad privata redeam, Τεῦκρις promissa patravit. tu mandata v effice, quæ recepisti. Quintus frater, qui [21] Argiletani ædificii reliquum dodrantem emit H-S DCCXXV, Tusculanum venditat, ut si possit, emat Pacilianam domum. Cum Luccejo in gratiam redi. [22] video hominem

q *alii* in qua.
r fecit *alii*.
s P. X. *sita Vict. & Grav.*
t nunc ad *alii*.
v confice *alii*.

19. *Uno vitio minus vitiosus.*) Hoc est, Piso homo vitiosissimus esset adhuc vitiosior, nisi vitium unum ab aliis vitiis eum retraheret. Nam qui sit ignavus, non potest esse audax, & multum formidandus reipublicæ, qualis Catilina. Piso etsi malus erat, ut erat, si tamen accessisset audacia, longe deterior fuisset. *Casaub.*

20. *Quid quæris?*) *Quid multa? quid quæris?* habent hanc significationem, ut si dicas, ut uno verbo omnia complectar. Unde volumus intelligi hunc locum esse corruptum, ac prorsus desiderari aliquid, fortasse unam periodum, vel potius unicam vocem. Video enim sæpe Ciceronem postquam dixit: *Quid quæris?* solitum verbo rem complecti, aut certe brevissima sententia. lib. XIV. *Quid quæris: heroica.* Ad fratrem lib. II. ep. 5. *Quid quæris? nihil festivius.* Iterum lib. XIV. ad Att. ep. I. *Quid quæris? periisse omnia ajebat.* Epist. 9. *Quid quæris? Omnia plena pacis.* Lib. XV. ep. I. *Quid quæris?* οὐδὲν ὑγιές. His adducor ut putem desiderari hic aliquid. pura, quid quæris? spes aliqua est, vel spes est. Sic ep. 23. lib. XII. ad Fratrem: *Quid quæris? magna spes est in eo.* Aut potius verbum aliquod Græcum desideratur. Omnino enim desiderari aliquid Jovem lapidem jurare ausim. In quibusdam Vett. edd. legitur. *Quid quæris? num ad privata redeam?* Quæ lectio quam vulgata & Bosii longe commodius ferri potest. *Idem.*

21. *Argiletani ædificii.*) Ep. 27. lib. XII. *Corrad. Argiletum* pars Urbis prope Palatium, sic dictæ a cæde Argi, quasi Argilethum. vide Servium & Varronem. In ea parte fuit aliquod ædificium, cujus quadrantem, hoc est, tertiam partem habebat vel hæreditatis jure, vel alio Q. Frater, nunc ait Cic. eum emisse *reliquum dodrantem*, hoc est, semissem cum tertia parte. *Casaub.*

22. *Video hominem valde petiturire. Navabo.*) Est Turnebi emendatio lib. IX. Adv. cap. 3. quam sequuntur Bosius & Lambinus nec longe

nem valde petitur. navabo operam. Tu, quid agas, ubi sis, cujusmodi istæ res sint, fac me quam diligentissime certiorem. Idibus Febr.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

ASIAM Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti: non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, quam ullius nostrum litteræ nuntiarint. nunc quoniam & laudis avidissimi semper fuimus, & præter ceteros [23] φιλέλληνες & sumus & habemur, & multorum odia atque inimicitias reipublicæ causa suscepimus; [24] παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, [x] curaque effice, ut ab omnibus & laudemur & amemur. His de rebus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi Quinto dabo. Tu me, velim, certiorem facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam, quid de tuo negotio. nam ut Brundisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditæ litteræ. valde [y] haveo scire quid agas. Idib. Mar.

x curaque & effice *alii.*

y *alii* aveo.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

QUAERIS ex me, quid acciderit de judicio, quod [z] tam præter opinionem omnium factum sit: & simul vis scire, quo modo ego minus, quam soleam, præ-

z tamen *MS.*

longe ab hac recedit Tornæsianus. vulgo *Videro hominem, valde petitur. renovabo &c.* Clericus.

23. Φιλέλληνες.) Quia Græcis litteris præter ceteros delectamur. Asia enim in Græcia esse dicebatur, & Græco sermone Asiatici omnes utebantur. ideo in epistola ad fratrem Græcos sæpe vocat homines Asiaticos, & aliis in locis. & M. Cœlius in epistola ad Ciceronem, *Turpe*, inquit, *tibi erit, me pantheras Græcas non habere.*. P. Manut.

24. Παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο.) Sunt verba Achillis Hectorem alloquentis in ipso. agone. μεμνῆσθαι vel μιμνήσκεσθαι ἀρετῆς, q.d. meminisse virtutis. Poetæ est virtutem & fortitudinem factis ostendere, vel excitare se ad strenua, & virtutis facinora. Ἀρετὴ in loco poetæ est ἀνδρεία, ut notat Eustath. apud Cic. aliter. Sic *virtus* apud Homerum Latinum:

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Casaub.

P. B. prœliatus ſim : reſpondebo tibi ὕϛερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. Ego enim, quam diu ſenatus auctoritas mihi defendenda fuit, ſic acriter & vehementer prœliatus ſum, ut clamor concurſuſque maxima cum mea laude fierent. quod ſi tibi umquam ſum viſus in republica fortis, certe me in illa cauſa admiratus eſſes. cum enim ille [25] ad conciones confugiſſet; in iiſque meo nomine ad invidiam uteretur, dii immortales! quas ego pugnas, & quantas ſtrages edidi? quos impetus in Piſonem, in Curionem, in totam illam manum feci? quo modo ſum inſectatus levitatem ſenum, libidinem juventutis? ſæpe, ita me dii juvent! te non ſolum auctorem conſiliorum meorum, verum etiam ſpectatorem pugnarum mirificarum deſideravi. poſtea vero quam Hortenſius excogitavit, ut legem de religione Fuſius tribunus plebis ferret; [26] in qua nihil aliud a conſulari rogatione differebat, niſi judicum genus; (in eo autem erant omnia) pugnavitque, ut ita fieret; quod & ſibi & aliis perſuaſerat, nullis illum judicibus effugere poſſe, contraxi vela, perſpiciens inopiam judicum; neque dixi quicquam [27] pro teſtimonio, niſi quod erat ita no-

tum

25. *Ad conciones confugiſſet.*) Poſt rem actam in Senatu. loquitur de Clodio. Intelligit autem conciones, de quibus epiſt. 14. *Clodius conciones miſeras habebat*. Corrad. Cum P. Clodius unicum ſibi præſidium putaret ſordidam plebem, quam lactabat concionibus invidioſis in Ciceronem, quaſi qui nobiles cives indemnatos necaſſet, & commodis plebis, agrariæ legi Rulli reſiſtendo, adverſatus fuiſſet. *J. F. Gronovius.*

26. *In qua nihil aliud a Conſulari rogatione differebat.*) Fuſius hic fucum fecit Hortenſio, & aliis parum cautis ſenatoribus. Fuſius videns ægre ſervari poſſe Clodium, rogatione illa accepta; perſuaſit Hortenſio, ſe boni publici & concordiæ ſcilicet ſtudio velle ferre rogationem, qua idem efficeretur atque illa conſulari: & quod ita eam rogationem compoſuerit, ut nihil differret a Conſulari, niſi quod ex lege Fuſii judices ordinarii de Clodio erant cognituri; ex rogatione ſenatus non judices ordinarii, ſed vel populus, vel aliquis, cui aut SCto, aut plebiſcito extra ordinem quæſtio illa fuiſſet mandata. Recte autem ait Cicero in hoc fuiſſe omnia, quod cum non videret Hortenſius, quæ fuit ejus imprudentia, paſſus eſt ſibi fucum fieri, & os oblini. *Caſaub.*

27. *Pro teſtimonio.*) Cum Clodius judicibus ſe probaturum affirmaret, quo die in ſacris Bonæ Deæ deprehenſus diceretur, eo die Interamnæ apud C. Caſſinium Scholam fuiſſe; Cicero contra teſtatus eſt, eo die ſe Clodium domi conveniſſe, & allocutum eſſe. Plutarchus. *P. Manut.*

28. *Plum-*

tum atque testatum, ut non possem præterire. itaque, si causam quæris absolutionis, (ut jam πρὸς τὸ πρότερον revertar) egestas judicum fuit, & turpitudo. Id autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio: qui dum veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quæ ex senatus consulto ferebatur, non vidit illud, satius esse, illum [a] in infamia relinqui ac sordibus, quam infirmo judicio committi. sed ductus odio properavit rem deducere in judicium; cum illum [28] plumbeo gladio jugulatum iri tamen diceret. Sed judicium, si quæris, quale fuerit; [29] incredibili exitu; [b] sic, uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen ex ipso initio consilium Hortensii [c] reprehendatur. nam ut rejectio facta est clamoribus maximis; cum accusator, tamquam censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, tamquam clemens lanista, frugalissimum quemque secerneret; ut primum judices consederunt, valde diffidere boni cœperunt. non enim umquam turpior [30] in ludo talario consessus fuit. [31] maculosi senatores, nudi equites, [32] tribuni non tam ærati, quam, ut appel-

[a] alii infamiæ.

P. XI.

[b] sicuti nunc alii.

[c] reprehendebatur alii.

28. *Plumbeo.*) Quamvis levi brachio prosterni, minimo labore convinci. Svet. Ner. c. 11. *cor plumbeum*, id est hebes. sic *plumbeo gladio*, quantumvis hebeti. *J. F. Gronov.*

29. *Incredibili exitu.*) Ita loqui amat Cicero *esse incredibili exitu*, ἀντὶ habuisse incredibilem exitum. sic passim loquitur, itemque alii. vide Gellium l. v. c. 8. Interpretor autem *judicium incredibili exitu*, Κρίσιν παράδοξον καὶ θαυμασίαν, hoc est, in qua multa præter opinionem hominum eveniunt. & pertinent hæc ad ea quæ facta sunt, dum judicium peragitur, *Casaub.*

30. *In ludo talario.*) Ludus hic accipitur pro loco, ubi convenire solent aleatores. Talorum tamen ludus, sive ἀστραγάλων non est confundendus cum tesserario ludo, sive πεττεία. *Casaub.*

31. *Maculosi.*) Sic Græci ῥυπαροὺς vocant homines vitæ non vestium sordibus insignes. *Casaub.* Maculosi sunt notati a censoribus. Svet. Jul. 41. Tacit. 1. Hist. 7. & 11, 40. *J. F. Gronov.*

32. *Tribuni non tam ærarii quam ut appellantur ærati.*) Contra in nostro antiquiore libro: *Tribuni non tam ærati quam ut appellantur ærarii.* Appellabantur sane ærarii tribuni a tribuendo ære, auctore Festo. Unusquisque quæ commodior lectio visa fuerit, eam sequatur. *Victorius. Tribuni non tam ærati, quam ut appellantur ærarii*, hoc est, tribuni non tam nummati erant, quam nummarii & corrupti: ærarius enim in ea notione ac forma qua nummarius dici cur non possit, nihil caussæ video. *Turnebus. Tribuni non tam ærati, quam ut appellantur ærarii.*) Ita codd. Memm. Tornæs. Huralt. ita & antiquior codex Victorii. prius erat, *tribuni non tam*

pellantur ; ærarii. pauci tamen boni inerant , quos re-
d poterat MS. jectione fugare ille non d potuerat ; qui mœsti inter sui dissimiles & mœrentes sedebant , & contagione turpi-
e petitionibus alii. f alii impetrabat. tudinis vehementer permovebantur. hic , ut quæque res ad consilium 33 primis e postulationibus referebatur , incredibilis erat severitas , nulla varietate sententiarum : nihil f impetrarat reus : plus accusatori dabatur , quam postulabat : triumphabat (quid quæris ?) Hortensius se vidisse tantum : nemo erat , qui illum reum , ac non millies condemnatum arbitraretur. me vero teste producto , credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audisse , quæ consurrectio judicum facta sit , ut me circumsteterint , ut aperte jugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quæ mihi res multo honorificentior visa est , quam aut illa , cum jurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt ; aut cum 34 tabulas Metelli Numidici , cum hæ , ut 35 mos est , circumferrentur , nostri judices aspicere noluerunt ;
g alii Idque. multo hæc , inquam , nostra res major . g Itaque judicum vocibus , cum ego sic ab iis , ut salus patriæ , defenderer , fractus reus , & una patroni omnes conciderunt. ad me autem eadem frequentia postridie conve-
P. B. nit , qua cum abiens consulatu sum domum reductus. clamare præclari Ariopagitæ , se non esse venturos , nisi præ-

ærarii quam ut appellantur ærati. Lambinus notat quosdam legere, *tribuni non tam ærarii ut appellantur quam ærati*. Cleric.

33. *Primis postulationibus.*) *Postulatio* proprie erat, cum accusator prætorem adibat petens , ut liceret sibi nomen ejus , quem accusare volebat , inter reos referre. Hic latius accipitur . Accipit enim pro petitionibus , quæ fieri solent ab utraque parte , dum parant se ad litem , puta ut liceat illum aut illum , qui absit , advocare, & ejus adventum exspectare , ut ne ille aut ille ad testimonii dictionem admittatur . *Casaub.*

34. *Tabulas.*) Nam qui repetundarum accusaretur , eorum tabulæ accepti & expensi domi obsignari solebant . Cic. 1. Verr. 19. Deinde in judicium afferebantur, & judicibus inspiciendæ tradebantur , ut quid haberent in bonis & unde acceptum , pateret. Cic. Verr. 23. ubi videndus Asc. Pædianus . *J. F. Gronov.*

35. *Mos est.*) In judiciis repetundarum , de quibus causam tunc dicebat. orat. pro Corn. Balbo. *Corrad.* Qui repetundarum accusabantur, eorum tabulæ accepti & expensi domi obsignari solebant. Cic. 1. in Verr. 19. deinde in judicium afferebantur , & judicibus inspiciendæ tradebantur , ut quid haberent in bonis , & unde acceptum pateret. Cic. 1. in Verr. 23. *J. F. Gronov.*

36. Ἐπισ-

præſidio conſtituto. refertur ad conſilium ; una ſola ſententia præſidium non deſideravit. defertur res ad ſenatum ; graviſſime ornatiſſimeque decernitur : laudantur judices : datur negotium magiſtratibus : reſponſurum hominem nemo arbitrabatur. 36 Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. noſti 37 Calvum, ex Nan-

36. Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.) Germani videntur in ſuo antiquo codice non parva veſtigia veræ lectionis inveniſſe : nec tamen plene locum reſtituerunt. eadem nos, & paulo fortaſſe integriora, in noſtro probatiore habemus: quamvis neſcio cujus culpa, cum Germanico exemplari noſtrum etiam impreſſum aliquantum inquinatum ſit. nunc tamen omne vitium ejus detrahemus. Eſt ſæpe apud Hom. ut omnes ſciunt, verſus ille, qui totus ante in cunctis impreſſis legebatur : Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, quando auxilium Muſarum implorat, aliquam novam narrationem exordiens. In XVI. autem Iliadis, cum in naves Græcorum Trojani faces injicere cœpiſſent, ut claſſem incenderent, novum novæ rei principium faciens, eundem verſum repetit. ſtatimque infert, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε νηυσὶν Ἀχαιῶν. Quare Cic. hic rem admirabilem exponere volens, loco illo Homeri eleganter & accommodate utitur, poſtremam partem prioris verſus ut non neceſſariam omittens, & tantum poſterioris adſumens, quantum ſibi, ad declarandum quod volebat, utile erat, & ſane recte in antiquo totum id ſcriptum eſt : quia tamen aliqua ſemper dictio aliquantulum perverſa eſt, fit ut non parum perturbationis adferant Græci hi loci, niſi intelligas cujus auctoris ſint, & literas illas cum integris & incorruptis verbis ſcriptoris illius conferas : tunc omnia, quæ prius divulſa erant, verborum membra componuntur. nam elementa ipſa nunquam fere deſunt, etſi deformata aliqua parte ſint. Quare ne longiores ſimus, ſic ex vetere ſcriptura, & ratione ipſa, locus hic legendus eſt, ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε, ut non tantum opem Muſarum invocet, ſed exponat etiam, in qua re narranda velit illas ſibi auxilio eſſe. Plato etiam octavo libro Politicorum hoc eodem Homeri principio utitur, cum tradere vellet, quibus motibus ſua civitas perturbari poſſet, quæque ſeditiones oriri inter ſocios & eos qui rempublicam regerent. Cum autem ſermo Platoni futurus eſſet de ſeditionibus & diſcordiis, ubi Homerus, *ignis* ille, *ſeditio excitata eſt*, inquit ; hæc illius verba ſunt : Πῶς οὖν δή εἶπον, ὦ Γλαύκων, ἡ πόλις ἡμῶν κινηθήσεται, καὶ πῇ στασιάσουσιν οἱ ἐπίκουροι, καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς αὐτούς, ἢ βούλει ὥσπερ Ὅμηρος εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις, εἰπεῖν ἡμῖν, ὅπως δὴ πρῶτον στάσις ἔμπεσε, καὶ φῶμεν αὐτὰς τραγικῶς ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας, καὶ ἐρεσχηλούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας ὑψηλολογουμένας λέγειν. Quæ eo libentius poſui, ut viderent omnes, quomodo graviſſimi ſcriptores iiſdem Homeri locis, unuſquiſque pro ſuo commodo uterentur. *Victorius*.

37. *Noſti Calvum.*) M. Craſſum, ut puto, ſignificat, tribus mo-

D 3 dis

Nannejanis illum, illum laudatorem meum, de cujus oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per unum servum, & eum ex gladiatorio ludo, confecit totum negotium: arcessivit ad se, promisit, intercessit, dedit. Jam vero (o dii boni! rem perditam!) etiam noctes h certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium i introductiones nonnullis judicibus [38] pro mercedis cumulo fuerunt. ita, summo discessu bonorum, pleno foro servorum, k xxv judices ita fortes tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo, vel perire maluerint, quam perdere omnia. l xxxi. fuerunt, quos fames magis quam fama commoverit. quorum Catulus cum vidisset quendam, Quid vos, inquit, præsidium m a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Habes, ut brevissime potui, genus judicii, & caussam absolutionis. Quæris deinceps, n qui nunc sit status o rerum, & qui meus. Reipublicæ statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium conjunctione

h *alii* scortorum, mul.
i product. *alii*.
k *ita Bos.* *alii* xx.
l *alii* xxx.
m vobis *alii*.
n *alii* quis.
o *ita MSS.* *alii* reip.

dis eum designatus, primum a calvitio; deinde, ex Nannejanis eum appellat; postremo, cum dicit, *Illum laudatorem meum, de cujus oratione erga me honorifica ad te scripseram*. nam, laudatum a Crasso Ciceronem, appatet in epistola, quæ ante proximam legitur. *Surrexit*, inquit, *Crassus, ornatissimeque de meo consulatu locutus est, ut ita diceret, se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre*. Et, quia Crassus Sulla dictatore ingentes divitias congesserat, bonis proscriptorum parvo pretio emendis; Nanneji autem proscriptorum e numero fuerunt, quorum bona a Crasso empta verisimile est, indeque eum non mediocriter fuisse ditatum, per jocum appellat eum ex Nannejanis; quasi dicat, Nannejorum facultatibus ditatum. Nannejos autem dictatore Sulla proscriptos, & interemptos fuisse cognoscitur ex libro, quem ad Marcum fratrem Q. Cicero scripsit de Petitione consulatus. *P. Manut.* Ex Nannejanis, sc. sectoribus; quia inter sectores Nanneji a Sulla proscripti vocabatur & scribebatur Calvus. Erant Licinii Calvi, & Licinii Crassi. Ideo Crassus, quia parum honestus erat sectorum quæstus, ut nomen dissimularet, procuratores suos jussit edere, & scribas in tabulis ponere, ea bona emta Licinio Calvo. *J. F. Gronov.*

38. *Pro mercedis cumulo.*) Cumulus in mensura aridorum est id, quod excedit legitimam mensuram, & hostorio solet abradi. Seneca vocat *accessionem. Non vacat de pretio quari, plus in accessionibus fuit*. Id vocant Latini *auctarium*, Græci ἐπίμετρον. Sic in emptione carnium in macello dari solet superpondium aliquod, quod veteribus Latinis *mantissa* dicitur. *Casaub.*

39. *Uno*

ctione & auctoritate consulatus mei fixus & fundatus videbatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito esse de manibus [39] uno hoc judicio: si judicium est, triginta homines populi Romani levissimos ac nequissimos, nummulis acceptis, jus ac fas omne delere, & quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum esse [p] sciant, id, [q] Talnam, & Plautum, & Spongiam, & ceteras hujusmodi quisquilias statuere, numquam esse factum. sed tamen, ut te de republica consoler, non ita, ut sperarunt mali, [40] tanto imposito reipublicæ vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. nam plane ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum judiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore, ut aperte victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique [r] inussisset severitas consulatus mei. Idem ego ille, (non enim mihi videor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea præsertim epistola, quam nolo aliis legi) idem, inquam, ego recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans, [s] excitans. insectandis vero, exagitandisque nummariis judicibus, omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriæ παῤῥησίας eripui: Pisonem consulem nulla in re consistere umquam sum passus: desponsam homini jam Syriam ademi: senatum ad pristinam suam severitatem revocavi, atque abjectum excitavi: Clodium præsentem fregi in senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qua licet pauca degustes. nam cetera non possunt habere [t] neque vim, neque venustatem, remoto illo [v] studio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis. Nam, ut idib. Maji in senatum convenimus, rogatus ego

P. XII.
p *alii* sciebant.
q *alii* Calvum.
r *alii* inussserat.
s & excit. *alii*.
t eandem neq. *alii*.
v stadio *Gul.*

39. *Uno hoc judicio.*) Quia severitate judiciorum sublata, nullus est metus malis, nulla spes aut securitas bonis. Omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. ix. ad Fam. epist. 16. *J. F. Gronov.*

40. *Tanto imposito Reip. vulnere.*) Notabis loquendi genus Ciceronianum. Imponere vulnus, pro imprimere, facere. De finibus lib. IV. *Quæ hic reip. vulnera imponebat, eadem ille sanabat.* Infra lib. V. ep. 17. *In sanandis vulneribus, quæ sunt imposita provinciæ.* Ubi semper de republica loquitur. An & de privato si loquaris *impositum ei vulnus*, proprie dixeris? Exemplum Ciceronis non succurrit ullum. *Casaub.*

 41. *Aut*

x reip. *alii.* ego sententiam, multa dixi de summa x republica, atque ille locus inductus a me est divinitus; ne, una plaga accepta, patres conscripti conciderent, ne deficerent:

P. B. vulnus esse ejusmodi, quod mihi nec dissimulandum, nec pertimescendum videretur: ne aut metuendo ignavissimi, 41 aut ignorando stultissimi judicaremur. bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam: hunc tertium jam esse a judicibus in rempublicam immissum. Erras, Clodi, non te judices urbi, sed carceri reservarunt; neque y te retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt.

y te *non est in aliis.*

Quamobrem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem. manet illa in republica bonorum consensio: dolor accessit bonis viris; virtus non est imminuta: nihil est damni factum novi: sed, quod erat, inventum est. in unius hominis perditi judicio plures similes reperti sunt. Sed quid ago? pæne orationem in epistolam inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit 42 pulchellus puer: objicit mihi, me ad Bajas fuisse. z falsum: sed tamen quid a hoc? simile est, inquam, quasi dicas in operto fuisse. quid, inquit, homini Arpinati cum aquis caldis? 43 narra, inquam, patrono tuo, qui 44 Arpinates

z factum *Lamb. e conject.*
a *ita MSS. alii* huic simile.

41. *Aut ignorando stultissimi judicaremur.*) Nos hic mendi notam adposuimus: manifesto enim deest quiddam. cum enim duas proposuisset, uni rantum parti responder. Nonnulli, ut puto, conjectura ducti, sic locum suppleverunt: *Ne aut ignorando stultissimi, aut metuendo ignavissimi judicaremur*. Qui integriorem codicem nactus erit, hic turo poterit omnes hos verborum defectus restituere. Nostrum semper consilium fuit, hæc mutila & decurtata loca, ut in veteribus libris invenimus, potius dare, quam aut eos supplere, aut ut ab aliis suppleta sunt, tradere. *Victorius.*

42. *Pulchellus puer.*) Ludit in Formam, & cognomen Clodii, in formam, quia facie puellæ similis erat, ut scribit Plutarchus in Cæsare, & Cicerone: in cognomen, quia Clodius Pulcher, cognomine Claudiæ familiæ patriciæ, appellabatur. erat enim & altera Claudia familia plebeja, in qua Marcellorum cognomen. Adscriberem alia de Claudiorum gente; sed neque locus exigit, & reservantur Antiquitatum Romanorum libris. *Furor Pulchelli*, infra quoque dixit. *P. Manut.*

43. *Patrono tuo.*) Clodiæ sorori tuæ, quæ te, ut patronus, sua gratia defendit. *Corrad. Narra, inquam, patrono tuo.*) Cum a Clodio verba proxima cum contemptione quadam ac despicientia dicta sint, quæ redduntur, necesse est, ut gratiam habeant, ignobilem aliquem atque despectum innuant; & ipsi fortasse Clodio ali-

nates aquas concupivit : [45] nosti enim marinas . Quousque , inquit , hunc regem feremus ? regem appellas , inquam , cum Rex tui mentionem nullam fecerit ? ille autem Regis hereditatem spe devorarat . [46] Domum , in-

aliqua affinitate conjunctum : sensumque esse illum : Objicis mihi, quod homo Arpinas, delicias sectatus, ad Bajas fuerim : cum fundum Marii (Victorii sequor opinionem. ut Ciceronis nuptias intelligamus , durius omnino est) ad eas aquas patronus tuus , homo semissis, emere voluerit. Quamquam plus aculei videtur habiturus hic locus , si soror intelligatur : quæ , ut erat mulier avara, & prostitutæ libidinis, sperarit obsequio corporis, posse se, ab aliquo amatore, fundum Marii , ab illo ipso possessum , facile avertere : sed ab eo fuerit, ut etiam a Cœlio creditur, elusa. *Malasp. Patrono tuo , qui Arp.)* Id est, Clodiæ , quæ Ciceronis nuptias appetiverat . *Junius.*

44. *Arpinates aquas .)* Hoc est, nuptias meas. Sic enim appellat τὴν συνουσίαν , alludens ad veterem morem, qui πρὸς τὰ ἀφροδίσια aquam adhibebant . Testes hujus moris poetæ passim, & Cicero ipse pro Cœlio : *Ideone* (ait) *aquam adduxi , ut tu ea inceste utereris?* Hinc pendet jocus Ciceronis & in hac voce & in sequenti : *Nosti marinas*. Atque ex hac eadem consuetudine illustrari debet locus Ciceronis in orat. pro Muræna , ubi orator mentionem facit provinciæ cujusdam , quam cum quæstores sortirentur, acclamatio fieri soleret. Intelligit provinciam quæ, & Ostiensis & Aquaria dicebatur : quę si cui paullo deditiori voluptatibus obtigisset, solebant Romani jocari, allusionemque facere ad hunc obscœnum aquę usum. ex quo etiam Aquatioll sunt dicti pueri in lupanaribus ministrantes, teste Festo. Eandem provinciam porro & Ostiensem fuisse appellatam & aquariam declarat collatio locorum duorum , illius in or. pro Muręna, & hujus in Vatinium. *Casaub.* Videtur legendum, *qua Arpinates aquas concupivit* ; intelligit enim Clodiam , quę patronus fratris dicitur , quia factione & gratia amatorum fratri patrocinabatur, qualis Pręcia apud Plutarchum in Lucullo . *Patrone qua* , ut in 1. ad Fam. ep. 9. *Illa furia muliebrium religionum , qui non pluris fecerat Bonam Deam , quam tres sorores* . Terent. *Illud scelus , qui me perdidit* . J.F. Gronovius.

45. *Marianas .)* Legit Ant. Augustinus, & ita est in manuscripto codice, qui fuit Nicolai Leoniceni . *Ursinus* . Acriter hominem pungit. Est autem perinde ac si diceret. Tu vero Clodi meministi , cum utendum tibi fuit in medio mari aquis marinis, cum contumeliam pati cogereris piratarum qui te ceperant. Bosii hic nimium acumen mihi non probatur . *Casaub.* In hac sententia est quoque Gronovius : *Nosti , inquit , marinas* , quibus te purgasti cum latera rupisses piratis . Cic. de harusp. resp. 21. *piratarum contumelias perpessus*. Gręvius .

46. *Domum , inquit , emisti.)* Omnino fuit hoc Ciceroni invidiosum : qui, cum homo novus esset , domum emisset in Palatio , quę P. Crassi fuerat , viri consularis. idque etiam ei Sallustius objicit in oratione, emit eam Cicero H-S. tricies quinquies , ut est in epi-

inquit, emisti. b putes, inquam, dicere, judices emisti: juranti, inquit, tibi non crediderunt. mihi vero, inquam, c xxv. judices crediderunt; d xxxi. quoniam nummos ante acceperunt, tibi nihil crediderunt. magnis clamoribus afflictus conticuit, & concidit. Noster autem status est hic. apud bonos iidem sumus, quos reliquisti; apud sordem urbis & fæcem multo e melius nunc, quam reliquisti. nam & illud nobis non obest, videri nostrum testimonium non valuisse. missus est sanguis invidiæ sine dolore, atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii rem manifestam illam redemptam esse a judicibus confitentur. Accedit illud, quod illa concionalis hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putat: & hercule multa & jucunda consuetudine conjuncti inter nos sumus, usque eo, ut 47 nostri isti comissatores conjurationis, barbatuli juvenes, illum in sermonibus Cnæum Ciceronem appellent. 48 itaque & ludis, & gladia-

b *alii* putas.
c *ita Bos.* *alii* xx.
d *alii* xxx.
e melius quam *alii*
P. XIII.

epistola ad Sextium, Fam. lib. v. cum a P. Sulla, qui tum reus erat, mutua vicies accepisset: quod Gellius refert lib. xii. cap. 12. *P. Manut.*

47. *Nostri isti comessatores.*) Nos *commissatores* scripsimus, ut hic noster vetus codex habet: & in epistolis ad P. Lentulum Mediceus, ubi versus Terentii citat, *Phadriam intromittamus commissatum:* in nostro sane Terentio, quem olim Politianus cum vetustissimo illo Petri Bembi accuratissime contulit, semper ita in illo quidem vetere hoc verbum scriptum esse, Politiani manu adnotatum est. *Victorius.* *Nostri illi comissatores, &c.*) Sic legendum, non, ut vulgo, *commessatores*, neque ut habent nonnulli manusct. *comessatores.* mirorque, ita me deus amet, P. Victorium, multis in reb. satis oculatum, in hac item, ut in aliis non paucis, τυφλώττειν, neque videre nasci a verbo Græco κωμάζω, & scribi apud Varronem unico m. *Lambin.*

48. *Itaque & ludentes gladiatoribus.*) Nos ex nostro antiquiore exemplari, *Et ludis & gladiatoribus*, scripsimus: quam esse legitimam & veram hujus loci lectionem non dubitamus. Sed ne hic iterum eadem repetamus, videnda ea quæ adnotavimus supra locum illum, in epistola Asinii: *Gladiatoribus autem Fadium quendam, &c.* Victorius. *Ludis.*) Ut Megalensibus, Circensibus, & Appolinaribus, quibus hæc epistola, certe non multo ante vi. Cal. Sex. scripta videtur, ut vere dicat, *auferebamus*. Corrad. *Ludis & gladiatoribus* est quando ludi & spectacula gladiatoria eduntur. Svet. Jul. 39. *Munere in foro depugnavit Furius Leptinus*, hoc est, cum munus ederetur gladiatorium. dein: *Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit.* Cum ludi darentur. & statim: *Circensibus, spatio circi ab utraque parte producto, & in gyrum Euripo*

diatoribus mirandas 49 ἐπισημασίας sine ulla 50 pastoricia fistula auferebamus. nunc est exspectatio 51 comitiorum, in f qua omnibus invitis trudit noster Magnus g Auli filium: atque in eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modo asellus onustus auro posset ascen-

f quæ *alii*
g A. F. *Lips.*

pe addito, quadrigas, bigasque & equos desultorios agitaverunt nobilissimi juvenes, hoc est, Cum Circenses ederentur. Sic *feriis*, cum feriæ sunt, apud eundem. Hæc autem commemorat Cicero tanquam argumentum certissimum, quo superiora confirmaret. Nam dixit idem in ea pro Sextio, populum Romanum tribus in locis maxime significare judicium suum & voluntatem, concione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu. *Gravius.*

49. Ἐπισημασίας.) Ἐπισημασίας hic intelligit, quas lib. I. ad Q. Fratrem *significationes* appellat. eo loco de Asia loquens, ut theatro, μεταφορικῶς: *Natura autem ita resonans, ut usque Romam significationes vocesque referantur*. Item Livius: *Deinde ex dignitate magis visum scribere eum de quibus videretur, quam præsentem aut referendis suis in civitatem beneficiis erubescere, aut significationibus acclamationibusque multitudinis assentatione immodica pudorem onerantis*, &c. Polybius etiam libro tertio, πάντων δὲ ἐπισημαινομένων, ὡς δίκαια λέγοντες τοῦ Σκίπωνος & cetera, id est, *plausu & clamore signum sua mentis voluntatisque dantibus*. In his etiam Epistolis libro decimoquarto: *Tu si quid pragmaticon habes, scribes: si minus, populi ἐπισημασίαν & mimorum dicta perscribito*. Non enim hic dicit se abstulisse mirandas ἐπισημασίας gladiatoribus, esset enim ineptum: sed populo ludorum gladiatorumque consessu, tunc enim propter multitudinem, quæ simul coit, populi Romani judicium ac voluntas significatur. *Victorius.*

50. *Pastoritia.*) Sine sibilo, quo solebant subsannare introeuntes in spectacula principes, quos odissent. sicut plausu honorare, quos amarent. & de sibilo illo lib. I. ep. 19. & lib. VIII. Famil. ep. 2. *J. F. Gronov.*

51. *In comitiorum causa.*) Hæc postrema dictio in nostro antiquo non est, ut fortasse dictum sit, quemadmodum libro duodecimo: *Maxima est in Scapulæ celebritas, propinquitas*; & libro decimo tertio, *Eum video in Libonis prætorem.* ut enim supra *hortis*, sic hic *annalibus* intelligendum est. Videntur enim hæ locutiones similes illi esse, quia usus est Cicero ad Q. Fratrem, de aquæductu scribens: *Præsertim cum tu neque per Locustæ, neque per Varronis velles ducere*. de qua Budæus erudite disseruit: qui alias quoque huic consimiles apud Ciceronem esse docet, & omnes a Græco sermone originem ducere. Illis autem receptis & probatis, cur non huic quoque pari locus esse potest? sed omnia, ut puto, imperiti librarii contaminarunt. *Victorius*. Sed rectius ex antiquis libris postea emendatum: *Nunc est expectatio comitiorum: in qua omnibus invitis trudit noster Magnus Auli filium*. Vulgo: *in qua omnibus invitis tradit noster Magnus Auli. F.* Grævius.

52. De-

tendere. Consul autem ille, 52 Doterionis histrionis similis, suscepisse negotium dicitur, & domi divisores habere: quod ego non credo. sed senatus consulta duo jam facta sunt, odiosa, h quod in consulem facta putantur, Catone & Domitio postulante; unum, 53 ut apud magistratus inquiri liceret: alterum, i cujus domi divisores k haberent, adversus rempublicam. Lurco autem tribunus plebis, qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia, & Fufia, l ut legem de ambitu ferret: quam 54 ille bono auspicio claudus homo promulgavit. ita comitia in ante diem VI. kal. Sext. dilata sunt. novi est in lege hoc, ut, qui nummos in tribu pronuntiarit, si non dederit, impune sit: sin dederit, ut quoad vivat, 55 singulis tribubus 56 H-S CIↃ CIↃ CIↃ debeat. dixi, hanc legem P. Clodium jam ante servasse: pronuntiare enim solitum esse, & non dare. Sed heus tu, 57 videsne consulatum illum nostrum, quem

h quę *MS.* i cujusmodi div. *alii.* k habitarent *MS.* l aut *MSS.* P. B.

52. *Doterionis histrionis.*) Est Bosii ita conjicientis ex vitiosa mss. suorum scriptura. at Junius, etsi acutissimam conjecturam laudet, vulgatam, *deterioris*, tamen retinendum censet. retinebat item Gulielmius, tanquam aperte respiceret Tullius ad Prologum Plautini Amphitryonis. versu 67. & sequentibus. *Cleric.*

53. *Ut apud magistratus inquiri liceret.*) Apparet ex hoc loco Pętorem, cujus erat quęstio de ambitu, non potuisse sine SCto inquirere in domos magistratuum. at in domos privatorum credo potuisse. *Casaub.*

54. *Ille bono auspicio.*) Non hic alluditur ad nomen Clodii, ut vult Bosius & Popma; nam lex Aufidia perlata non fuit, ut recte notavit Manutius. Clodii vero lex, quę sustulit Æliam & Fufiam, lata fuit. inde Cicero queritur orat. in Pisonem eversa esse a Clodio, sublata lege Ælia & Fufia, propugnacula murosque tranquillitatis atque otii. Lurco igitur videtur claudus fuisse, quorum occursus credebatur inauspicatus. *J. F. Gronov.*

55. *Singulis tribubus* H-S CIↃCIↃCIↃ.) Ita credo Victorius, quum ante esset H-S CCCXXXV. Germani *tribulibus* pro *tribubus* legunt. *Cleric.*

56. H-*S* CIↃ CIↃ CIↃ.) Hunc numerum H-S CCCCXXXV. quem in antiquo codice iisdem etiam notis perscriptum invenimus, reposuimus. Quid autem per notas illas significetur, jam declaratum est. Germani pro *Tribubus*, *Tribulibus* legunt. Nos tamen receptam lectionem, quam etiam in cunctis manuscriptis vidimus, retinuimus, etsi illam non improbemus. *Victorius.*

57. *Videsne Consulatum illum nostrum.*) Hic locus viros doctissimos plurimum torsit, & ab illis tortus est. Neminis interpretationem hic probamus. Acuminis Bosiani piget me. Puto autem hoc Ciceronem hic velle, quod alibi ait, se experientia magistra di-

quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, 58 fabam imum futurum? quare, ut opinor φιλοσο-

didicisse, honores, quos ante tanta cupiditate sitierat, non esse tanti, quanti aliquando essent visi. Quare? quia paterent omnibus, meritis, immeritis, probis, improbis, & ut Homerus ait ἐν δ' ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. In hunc autem sermonem venit dum de Afranio loqueretur, qui indignissimus eo honore, a Pompejo in Consulatum trudebatur. Exclamat igitur Cicero, si id fiat, actum esse de dignitate Consulatus, adeo ut cum ante is honos summus esset inter homines, quem qui esset assecuti, pæne dii eo ipso facti essent, posthac eodem nihil vilius esse futurum, nec minoris faciendum. Hæc sententia est hujus loci, quam confirmant alii similes. Epist. 5. lib. II. *Sed quid ego hac? qua cupio deponere, & toto animo atque cura φιλοσοφεῖν. Sic inquam in animo est. vellem ab initio. nunc vero, quoniam qua putavi esse praclara, expertus sum quam essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito*. Reperias & alios similes locos. *Consulatum* accipe generaliter de honore illo, non specialiter de Consulatu Ciceronis. Nam hic ab omnibus interpretibus dissentio, ut puto, summa cum ratione. Decepit illos vox *nostrum* frustra. Artis cujusque artifex de sua arte loquens dicet: *Ars nostra*, nec tamen intelliget de se peculiariter. *Casaub.*

58. *Fabam mimum futurum.*) Adeo perturbatus est & obscurus hic locus, ut quid de eo statuendum sit, mihi non constet. quicunque manuscripti meliores sunt, *Faba minimum*, primo habebant: ex quibus tam depravatis vocibus, factum postea fuerat *Fabam mimum*, ab iisdem qui libros illos scripserant. Eam igitur Castigationem recepi: non quod illi valde confiderem, sed quia meliorem & certiorem non habui. quid enim in tantis tenebris aliud facerem, quam a priscis exemplaribus, ut optimis ducibus, ne tantulum quidem declinare? Qui integriores codices nactus erit, is poterit ex hoc loco hanc quasi fuliginem abstergere, aut eruditiores fortasse aliqui veterem veram & ingenuam esse lectionem probabunt, nec meliorem quærendam esse ostendent. Alii *Fabam numum* legunt, non minus dubia & incerta mihi lectione. Sententia hujus loci perspicua est. queritur Cicero consulatum illum suum, quem antea optimus & clarissimus vir summis laudibus in cœlum tollere solitus erat, si indignissimæ personæ honorem illum adipiscentur (quod accidet, si L. Afranius Cos. factus erit) omnem dignitatem amissurum & rem vilem & abjectam evasurum. quare laudat consilium Attici, qui se litteris & sapientiæ studiis dediderit, & honores omnes magistratusque neglexerit. *Victorius*. *Fabam imum futurum.*) Ita Bosius ex vitiosa scriptura Decurtati, in quo, *faba minium*, & aliis veteribus, in quibus, *fabam mimum*, in illo retrahenda littera a capite sequentis ad calcem prioris; in hoc vero detrahenda est littera capitalis. Victorius quid hic statuere debeat nescit, atque manuscriptos meliores habere *faba minimum*. Junius ex duobus mss. Palatinis legit, *fabam minimum &c.* quem vide. Lambinus mavult ex codd. Memm.

εοφητεον, id quod tu facis, & illos consulatus [59] non flocci

Memm. & Tornæs. *fabam mimum*: Passeratius ex conjectura, *Afran. mimum*. Manutius, *fabulam numinum*, reponit; P. Magnulus & Muretus, *fabulam mimum* conjiciebant. *Clericus*. *Fabam mimum.*) Quia ludit vocabulis Græcis sic puto scripsisse φακῆς μύρον, vel ἐπὶ φακῇ μύρον sic enim est proverbium. in Græco significat, *lentis unguentum*: sensus est, ornamenta fore hominum vilissimorum, ut si quis lenti addat unguentum. Idem habes Inf. ep. 19. & Gellii. 13. 27. & simile est garo (quod pretiosissimum liquamen) gerrem addere libro. 1. Arnob. *Addidistis, ut garo gerrem, cum nominibus deorum appellavistis res turpissimas.* de garo Mart. 13. epig. 102. Gerres vilissimus piscis. Mart. 3. 72. & 12, 32. *J. F. Gronov.* Inter ludicras doctorum hominum conjecturas, ut via restituendæ veritati certa patefiat, omnino videtur Cicero aliquid usurpavisse contrarium τῇ ἀποθεώσει, nec tantum ipsi rei, sed & vocabulo Græco Græcum opposuisse. Ἀποθέωσις summa gloria; huic diversum id quod in nulla est. Sic agit libro 1. Orat. 42. ubi quum Catulus dixisset Antonium in ordine tenendo sibi semper Deum videri solere, responsum accipit. *Vide quam sim ex isto genere Deus. non mehercule mihi nisi admonito venisset in mentem? ut possis existimare, me in ea usu solere in dicendo vel casu potius incurrere.* Hæc scilicet contraria imprimis naturæ Dei, qui providens est. Sic in his epistolis 11, 19. *Bibulus in cælo est: Pompejus se adflixit:* quæ maxime opposita. Itaque quum hoc loco MSS. habeant aut *fabaminium*, aut *fabam mimum* aut *faba minimum*, aut *fabam nimium*, collegi id ortum esse ex hac scriptura *faba nunnium* (quum Tullius scripsisset *faba νύννιον*) *futurum*. Νύννιον enim est ineptissima cantilena ad cunas infantium, de quo Hesychius & alii, oppositissimum hymno ac laudi maximæ ænigma; quod tamen quum sic non sufficeret, addidit aliquid ἀποθεώσει contrarium, ut scilicet esset *faba νύννιον* quæ in novendiali sacro adhibebatur, ut notatum doctis. Certe & nihil sic muto & mire illa sibi respondent. *Gronov.* Pro se quisque viri docti sedulo conati sunt locum hunc depravatum integritati restituere, ut ex eorum conatibus videre est. Nihil tamen videtur hactenus adtulisse, quod satisfacere posset omnibus in lectione Ciceronis versaris, adeo recentiores etiam editores suas nobis conjecturas obtrudunt. Ego utar jure meo, & quid mihi in mentem venerit non dissimulabo, quum sine dubio ad conjecturas sit deveniendum in loco vesano, & cui a MSS. nobis nescio quæ monstra obtrudentibus, nulla omnino medicina sit speranda. Non opus est hic denuo repetere eorum lectiones varias, quas e superioribus quisque per se potest colligere. Ex nobis videntur clamare Ciceronem ita scripsisse: *Sed heus tu, videsne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, fabariis mimum futurum.* Id est dignitatem consularem, quæ antea eam adeptos Diis reddebat similes, si Afranius factus fuerit consul, tantum de suo splendore amissuram, ut non modo non ἀποθέωσις sed plane *mimus* sit futura paucis mensibus post. *Fabaria* enim, ut e Macrobio & aliis notissimum est, dicebantur Kalendæ Juniæ, ante quod tempus Afranii in-

flocci ἐκτέον. Quod ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire; equidem mallem, ut ires: ac vereor, ne quid in ista re minus commode fiat. sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, præsertim cum egomet in provinciam non sim profectus. Epigrammatis tui, quæ in Amaltheo posuisti, 60 contenti erimus, præsertim cum & m Chilius nos reliquerit, & Archias ni- m Tylius MS.

indignitate consulatus omni splendore sit privandus. *Mimum* dicit non tam proprie quam quidem de sermone hominum, qui ridebunt consulem Afranium, quasi non revera consulatum gereret, sed ab eo fabula ageretur aut mimus. Hic videretur verus hujus loci sensus, hæc vera lectio, quam si expensis & rejectis aliorum conjecturis firmare constitueram, in immensum hæc excurrerent. *Verburg.*

59. *Non flocci* ἐκτέον.) Anriquior noster, & omnes Manuscripti *Flocifacteon*, prima tanrum litera aliquatenus perversa, sed errore saris frequenri. mulris enim locis (quod sæpe magnas perversiones produxir) *E* pro *F* scriprum est: credo similitudine, quam inter se in anriqua illa scriptura hæ literæ habebant, quæ majoribus literis constabat, ut ex lapidibus & multis etiam perveteribus libris deprehenditur. Larinum autem verbum Græcorum more inflexir. alludir enim ad vocem illam φιλοσοφητέον, quam paulo anre posuir. Nam ut alibi formavit *Sullaturit*, *Lentulitates*, & *Appietates*: sic (ut opinor) in hoc loco *floccifacteon* dixit: non quod eadem omnino sir rario hujus & illarum formarionum, sed quia consimilem quandam habet licenriam discedentes aliquo modo ab usu & consuetudine Larini sermonis, ur aprius quod volebar, effingeret, & uno verbo exprimerer. *Et istos consulatus non floccifacteon*: id est, non debemus facere flocci, & dignos existimare, in quibus assequendis tantum studii & laboris ponamus. *Victorius*. *Non flocci* ἐκτέον.) Sic Turnebus ex conjectura, ad quam proxime accedere ait scripruram scidarum Bosius. Victorius, Manurius, Lambinus ex mss. & ratione, *flocci facteon* retinendum esse conrendunt. Junius air ms. oprimum Palat. habere *flocci* φκτέον quod laudar, idque Turneb. lib. IX. Advers. cap. I. agnovisse videtur. vulgo legitur ἐλκφητέον. Clericus. Quum Victorius diserre scribar in antiquiore suo esse *floccifacteon*, eriam in Helmstadiano *eloci faction*, Balliolensi *e loti facteon*, videanr viri docti, qui ex suis garriunr de *flocci faction*. Nam ego animadverro lireras in illis quos ciravi MSS. omnes recte & ordine exstare, ur scripserir Tullius *non flocis* ἐκτέον. Floces equidem saris nora est vel ex Gellio. Ἄγειν autem inter alia ponirur & pro ducere vel æstimare. *Gronov.* Gronovius pater legebar flocci ποιητέον.

60. *Contenti erimus*.) Amaltheum tuum ornare velles epigrammatis egregie de me scripris. ego, quod mittam, nullum habeo: iraque ruis cogemur conrenti esse. nam & Chilius abest, & Archias de me nihil scripsir. Perierar enim Atticus, ut, si quid Archias de Cicerone scripsisset, mitteret, itemque, si quid Chilius.

n Lucullus *alii*. nihil de me scripserit : ac vereor, ne, [n] Lucullis quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Antonio tuo nomine gratias egi; eamque epistolam Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem; [61] nec satis
o quo *MS.* sciebam, [o] quid darem. [62] vile te venditari. Cincius si quid ad me tui negotii detulerit, suscipiam. sed nunc magis in suo est occupatus; in quo ego ei non desum. Tu, si uno in loco es futurus, crebras a nobis litteras expecta; ast plures etiam ipse mittito. Velim, ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ; [63] & quæ poemata, quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. lubet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti.

EPI-

lius. erat autem uterque poetica laude insignis. exstat pro Archia luculenta oratio, de Chilio supra ep. 7. *P. Manut.*

61. *Neque satis sciebam quid darem.*) *Quo darem* habet liber manuscriptus. *Ursinus*. Hanc scripturam valde probo, & firmant sequentia: *Tu, si uno in loco es futurus, crebras a nobis litteras expecta*. Grævius.

62. *Vile te venditari*. Ita reponit Bosius partim ex conjectura, partim sequutus mss. lectionem, quam Tornæs. & Huralt. habebant, *vale te venditavi*. Decurt. *vile te venditavi*. Crusell. *vale te venditari*. Junius ex mss. Palat. *vale te vendicavi*, & addit eosdem mss. paullo post habere, *Iterum vale*. vulgo, *te valde vindicavi*. Clericus. Quum ipse Bosius fateatur in Tornæsiano, Huraltino & Crusellino occurrere *vale*, & ante ipsum, quod scio, solum ex MSStis erat notum, ut plene de suis omnibus testatur Junius; post etiam in Helmstad. & Balliol. sic inventum fuerit; profecto ratio non est ad Decurtati scripturam attendere & *vile* præferre. Urit scilicet historia ignota, etsi lectio mihi videatur certa esse. Scribendum enim *Vaale te venditavi*, quod verbum ex Pet. Victorio & uno alteroque suorum agnoscit Corradus, Bosius in suis item quatuor, exstatque in Helmstad. & Balliol. Nomen vero illud hic ignotum latuisse nemo mirabitur, qui inspexerit Fulvium Ursinum in familia Numonia, quod rogo ut fiat. Est historia privata; ut 11, 2. *de Lollio sanus non est. de Vinio laudo*. Quæ etiam quod ut privata sunt ignota, tot malis suspicionibus gravantur. *Gronov.*

63. *Et quæ poemata.*) Atticus versibus, qui honore rerumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi præstiterunt, exposuit, ita ut sub singulorum imaginibus facta magistratusque eorum, non amplius quaternis, quinisque versibus descripserit. C. Nep. in Attic. c. 18. Has imagines cum versibus videtur posuisse in diæta quadam prædii Epirotici, quam dixit Amalthæam, ut in domo Palatina Syracusæ, Svet. Oct. 72. Hermæum Claud. 10. dicuntur. Amalthæa fingitur fuisse capra, cujus lacte Jupiter puer

est

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

MAGNA mihi varietas voluntatis, & dissimilitudo opinionis ac judicii Quinti fratris mei, demonstrata est ex litteris tuis, in quibus ad me epistolarum illius exempla misisti. qua ex re & molestia sum tanta affectus, quantam mihi meus amor summus erga utrumque vestrum afferre debuit; & admiratione, quidnam accidisset, quod afferret Quinto fratri meo, aut offensionem tam gravem, aut commutationem p tantam voluntatis. atque illud a me q jam ante intelligebatur, quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari videbam, subesse nescio quid opinionis incommodæ, sauciumque r ejus animum; & insedisse quasdam odiosas suspiciones: quibus ego mederi cum cuperem ſ antea sæpe, & vehementius etiam post sortitionem provinciæ, nec tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum litteræ tuæ t declarant; nec tantum proficiebam, quantum v volebam. sed x tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te y ille aut Dyrrachii, aut in istis locis uspiam visurus esset. quod cum accidisset; confidebam, ac mihi persuaseram fore, ut omnia placarentur inter vos non modo sermone, z ac disputatione, sed a conspectu ipso, congressuque vestro. nam, quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus, b & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti. valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, quam aut officium, aut necessitudo, aut amor ille c vester pristinus, qui plurimum valere debuit. d Atque hujus incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare, quam scribere. vereor enim, e ne, dum defendam meos,

P. XIV.

p tantæ *MS.*
q jam ante *non est in MS.*
r ejus *non est in MS.*
ſ & antea *alii.*
t declararunt *alii.*
v volebant *MS.*
x tantum *MS.*
y ipse *MS.*
z ad disputationem *MS.*
a adspectu *alii.*
b & *non est in MS.*
c noster *alii.*
d Quæ *MS.*
e ne *deest in MSS*

est nutritus. Et per illos illustres viros nutritus, educatus, excultus erat Jupiter Capitolinus, hoc est, populus Romanus, vel Imperium Romanum. Ab eadem Amalthæa ipsum prædium Ἀμαλθεῖον vocavit. Et hæc poemata, has historias Cicero intelligere videtur. *J. F. Gronovius.*

meos, non parcam tuis. nam ſic intelligo; ut nihil a domeſticis vulneris factum ſit, illud quidem, quod erat, eos certe ſanare potuiſſe. Sed hujuſce rei totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quam videtur, præſenti tibi commodius exponam. De iis litteris, quas ad te Theſſalonica miſit, & de ſermonibus, quos ab illo & Romæ apud amicos tuos, & in itinere habitos putas; [f] ecquid tantum cauſæ ſit, ignoro: ſed omnis in tua poſita eſt humanitate mihi ſpes hujus levandæ moleſtiæ. nam, ſi ita [g] ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe [h] hominum, & eoſdem placabiles; & eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, [i] mollitiamque naturæ plerumque [k] bonitatis, &, id quod caput eſt, nobis inter nos noſtra ſive incommoda, ſive vitia, ſive injurias eſſe tolerandas; facile hæc, quemadmodum ſpero, [l] mitigabuntur quod, ego, ut facias, te [m] oro. nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet, neminem eſſe meorum, qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epiſtolæ tuæ minime fuit neceſſaria, in qua exponis, quas facultates aut [n] provincialium, aut urbanorum commodorum, & aliis temporibus, & me ipſo conſule, prætermiſeris. mihi enim [64] perſpecta eſt ingenuitas & magnitudo animi tui: neque ego inter me atque te quicquam intereſſe umquam duxi, præter voluntatem inſtitutæ vitæ: quod me ambitio quædam ad honorum ſtudium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honeſtum otium duxit. vera quidem laude probitatis, diligentiæ, religionis, neque me tibi, neque quemquam antepono. amoris vero erga me, cum a fraterno amore domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero. vidi enim, vidi, penituſque perſpexi in meis variis temporibus & ſollicitudines & lætitias tuas. fuit [o] mihi ſæpe & laudis noſtræ gratulatio tua jucunda, & timoris conſolatio grata. quin

P. B.

f & quid *MS.*
g eſſe ſtat. *MS.*
h virorum *alii.*
i mollitiemque *alii.*
k bonitati *Vict.*
l gubernabuntur *MS.*
m *alii* rogo.
n provinciarum *MSS.*
o *alii* enim mihi.

64. *Perſpecta eſt & integritas.*) Quidam libri manuſc. habent & *ingenuitas*, in his Turnæſianus, cujus auctoritatem plurimi facio. *Lambin.* Recte legitur *ingenuitas*. Cicero enim ſignificat, ſibi perſuaſiſſimum eſſe, Atticum, quod noluerit cum Q. Fratre in provinciam ire legatus, id feciſſe non aſtute, aut alius rei cauſſa, quam ſuſpicabatur Quintus, ſed ingenue, quod abhorreat ab omni functione publica, & iſtos honores animi quadam magnitudine ſemper contemſerit. *Gravius.*

quin mihi nunc, te absente, non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suavissima tecum solet esse, maxime deest. quid dicam? in p publica re? quo in genere mihi q negligenti esse non licet; an in forensi labore? quem antea propter ambitionem sustinebam; nunc, ut dignitatem tueri gratia possim; an in ipsis domesticis negotiis? in quibus ego, cum antea tum vero post discessum fratris, te sermonesque nostros desidero. postremo non labor meus, non requies; non negotium; non otium; non forenses res, non domesticæ, non publicæ, non privatæ, carere diutius tuo suavissimo atque amantissimo consilio ac sermone possunt. Atque harum rerum commemorationem verecundia sæpe impedivit utriusque nostrum. nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommoditate r alienati illius animi & offensi illud inest tamen commodi, quod & mihi & ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando s testificata tua voluntas omittendæ provinciæ; ut, quod una non estis, non dissensione, ac t dissidio vestro, sed voluntate ac judicio tuo factum esse videatur. quare & illa, quæ violata, expiabuntur; & hæc nostra, quæ sunt sanctissime conservata, suam religionem obtinebunt. Nos hic in republica infirma, misera, commutabilique versamur. credo enim te audisse, nostros equites pæne a senatu esse disjunctos; qui primum illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex senatus consulto fuisse, ut de iis, qui ob judicandum v pecuniam accepissent, quæreretur. qua in re decernenda cum ego casu non affuissem, sensissemque id equestrem ordinem ferre moleste, neque aperte dicere; objurgavi senatum, ut mihi x visus sum, summa cum auctoritate; & in causa non verecunda admodum gravis & copiosus fui. Ecce aliæ deliciæ equitum, vix ferendæ, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. Asiani, qui de censoribus y conduxerant, questi sunt in senatu, se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt. ego princeps in adjutoribus, atque adeo secundus. nam, ut illi auderent z hoc postulare, Crassus eos impulit. invidiosa res, turpis po-

P. XV.

p *alii* publicane
q negligentem *id. vet.*

r alieni *MS.*

s ante test. *alii.*

t *alii* discidio.

v pecuniam *abest ab omnib. MSS.*

P. B.

x visum summa *MSS.*

y *alii* conduxerunt.

z hoc postul. *alii delent.*

 stulatio,

ſtulatio & confeſſio temeritatis. ſummum erat periculum, ne, ſi nihil impetraſſent, plane alienarentur a ſenatu. huic quoque rei ſubventum eſt maxime a nobis: perfectumque, ut frequentiſſimo ſenatu, & libentiſſimo uterentur, multaque a me de ordinum dignitate & concordia dicta ſunt Kal. Decemb. & poſtridie. neque adhuc res confecta eſt, ſed voluntas ſenatus perſpecta. unus enim contradixerat Metellus conſul deſignatus. [a] [65] quin erat dicturus (ad quem propter diei brevitatem perventum non eſt) heros ille noſter Cato. ſic ego conſervans rationem inſtitutionemque noſtram tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam. ſed tamen, quoniam iſta ſunt [b] infirma, munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta, ut ſpero, via, quam tibi litteris [c] ſatis explicare non poſſum; ſignificatione parva oſtendam tamen. utor Pompejo familiariſſime. video, quid dicas. cavebo, quæ ſunt cavenda: ac ſcribam alias ad te de meis conſiliis capeſſendæ reipublicæ [d] plura. Lucceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. duo enim ſoli dicuntur petituri. Cæſar cum eo [66] coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum
P. XVI. hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe conjungi. Rides? non ſunt hæc ridicula, mihi crede. Quid aliud ſcribam ad te? quid? multa ſunt: ſed in aliud tempus. [67] Te ſi exſpectari velis, cures, ut ſciam. jam illud modeſte rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum venias. Nonis Decemb.

a qui *alii*.

b tam firma *MS*.

c ſatis *deeſt in MS*.

d cura *MS*.

EPI-

65. *Qui erat dicturus.*) Ego pro, *Qui*, non dubito, quin legendum ſit, *Diu*. nam quia Catonis conſuetudinem notat, diutius eum pro ærario contra equites dicturum non ignorabat. Ita locutus eſt & M. Cælius in epiſtola quadam: *Renunciatum nobis erat, Hirrum diutius dicturum. prendimus eum: non modo non fecit: ſed, cum de hoſtibus ageretur, & poſſet rem impedire, ſi, ut numeraretur, poſtularet, tacuit*. Solebat autem M. Cato, cum quid in ſenatu perfici nollet, diem dicendo eximere. Valerius libro II. cap. 5. *P. Manut.*

66. *Coire*) Coitionem facere, ut ep. 17. lib. IV. *Corrad.* Paciſci ut alter pro altero ſimul laboret, & ſuas ei ſuffragationes paret, proxeneta Arrio, qui utriuſque eſt amicus. Cic. poſt red. in Senatu c. 7. *Cum hoc coire auſus es, ut conſularem dignitatem, ut reipublicæ ſtatum, ut ſenatus auctoritatem, ut civis optime meriti fortunas provinciarum fœdere addiceres?* J. F. Gronovius.

67. *Te ſi exſpectari velis.*) *Te quoad exſpectari velis*, eſt in Manuſcripto. *Urſin.*

68. *Abeſt*

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

Nihil mihi nunc scito tam deesse, quam hominem eum, [e] quocum omnia quæ me cura aliqua affi- *e alii quicum.* ciunt, una communicem: qui me amet qui sapiat, *f quicum iid.* [f] quocum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. [68] abest enim frater ἀφελέστατος, [69] & amantissimus: [70] Metellus non homo, sed littus atque aer, & solitudo [g] mera: tu autem, qui sæpissime *g mea MS.* curam & angorem animi mei sermone & consilio levasti tuo; qui mihi & in publica re socius, & in privatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum, & consiliorum particeps esse soles, ubinam es? ita sum [h] ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, *h alii non habent ab omnib.* quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone consumitur. nam illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi; fructum domesticum non habent. itaque, cum bene completa domus est, tempore matutino, [71] cum ad forum stipati

88. *Abest enim frater.*) Q. Fr. in Asiam profectus. ep. 12. h. l. sed quoniam jampridem fuerat profectus, & quidem Attico iratus, ep. sup. vereor ne putidum sit nunc ad Attic. scribere eum abesse, & eum illi tantopere commendare. Quare jungi fortasse possit, *frater Metellus*, sive Metellus ille loco fratris sive frater patruelis fuerit. Quia si consobrinus frater, ut patruelis frater dicatur, hoc loco legi commode possit, *Visellius*, non Metellus. C. enim Visellius Varro Ciceronis consobrinus fuit. in Brut. & orat. de provinc. consul. *Corrad.*

69. *Et amantissimus: Metellus.*) Ita etiam distinguit Manutius. vulgo *& amantissimus Metellus &c.* sed neque hanc, neque illam distinctionem admittit Junius: Lambini tamen interpretationem probat. ipse vero ex depravatione mss. hanc lectionem elicere conatur, *amantissimus mei, bellus non homo*; Malaspinæ, qui ita emendabat, *amantissimus mei, non homo, sed littus atque aer*, assentitur Lambinus. *Cleric.*

70. *Metellus non homo.*) *Meus* pro *Metellus* legit Ant. Augustinus: quam lectionem video aliis quoque in mentem venisse, licet pro *meus* emendarint *mei.* Ursinus.

71. *Cum ad forum stipati.*) Admonebo lectorem hoc quiddam leve, sed quod memoriæ mandatum erit fortassis usui ad alia librorum veterum menda similia tollenda. In libro igitur Turnæsiano sic scriptum est, *cum ad eorum stip. e*, pro *f.* qui lapsus erat fa-

ti gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum, aut jocare libere, aut suspirare familiariter possimus. quare te exspectamus, te desideramus, te jam etiam arcessimus. multa enim [i] sunt, quæ me sollicitant anguntque, [k] quæ mihi videor, aures nactus tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse. Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo: [72] neque ego huic epistolæ, atque ignoto tabellario committam. atque hi (nolo enim te permoveri) non sunt permolesti, sed tamen insident, & urgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt. In republica vero, quamquam animus est præsens, tamen voluntas etiam [73] atque etiam ipsa [l] medicinam effugit. nam, ut

i sunt *delet Vict.*
k quæ *delet Id.*
P. B.
l medicina *Jun.* & *MSS.*

ea

facilior in majoribus litteris *E. F.* infra non longe, sic habet codex Turnæsianus: ut edidimus. *multa enim sunt, quæ me sollicitant anguntque: quæ mihi videor, &c.* quod eo adscripsi, quod P. Victorius sic edidit, *multa enim quæ me sollicitant anguntque, mihi videor, &c.* quam scripturam quamvis non damnem, tamen huic nostræ non antepono, cum præsertim in codice Turnæsiano reperiatur: qui P. Victorii codice longe & antiquior & melior est, *Lambin.*

72. *Neque ego huic epistolæ.*) Videtur legendum *Neque eos huic, &c.* Ursinus.

73. *Atque etiam ipsa me deficit.*) Antiqui codices fere omnes habent *Ipsa medicinam efficit*. Unde ausim præstare hanc veram esse lectionem: *Ipsa medicina deficit*. In hoc morbo Reip. inquit, quamquam animo valemus, tamen nec volumus emendare, nec quo medeamur habemus. *Popma*. Ego mallem: *tamen voluntas socium me, atque etiam ipsa medicinam effugit.* hoc est, ad rempublicam curandam satis est mihi animi, tamen & destituunt me adjutores, & ipsa se non præbet curationi. Plato dicebat populum Atheniensem prope jam desipientem senectute. Liv. præfat. *Ad hæc tempora pervenimus, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus*. J. F. Gronovius. Recte senserunt eruditi viri, *voluntas* hic perabsurdum esse, quacumque notione accipiatur *animus*. Fortitudo enim & constantia non potest esse sine voluntate, imo ab ea proficiscitur. Nam animus quicquid sibi imperat potest; Nemo autem sibi nolenti potest imperare. Mihi verosimillimum videtur, librariorum culpa τὸ *Voluntas* irrepsisse ex interpretatione quadam magistri, qui τὸ *animus* notiore voce hac explanavit. Hanc si expunxeris omnia liquida erunt, *In republica vero, quanquam animus est præsens, tamen etiam atque etiam ipsa medicinam effugit*, scilicet respublica. quod cum aut descriptor aut sciolus ignoraret, quo nimirum vox *ipsa* referendum esset, inseruit ex margine *voluntas*, sensus enim hic est: Mihi est voluntas animusque reipublicæ malis medendi: sed ipsa respuit medicinam, ac salutares manus, non

ad-

ea breviter, quæ poſt tuum diſceſſum acta ſunt, colligam, jam exclames neceſſe eſt, res Romanas diutius ſtare non poſſe. Etenim poſt profectionem tuam primus, ut opinor, introitus fuit in cauſam [m] fabulæ Clodianæ: in qua ego nactus, ut mihi videbar, locum reſecandæ libidinis & coercendæ juventutis, vehemens fui, & omnes profudi vires animi atque ingenii mei, non odio adductus alicujus, [74] ſed [75] ſpe reipublicæ corrigendæ, & ſanandæ civitatis. afflicta reſpublica eſt [76] empto [n] ſtupratoque judicio. vide, quæ ſint poſtea conſecuta. Conſul eſt impoſitus is nobis: quem nemo præter nos philoſophos aſpicere [77] ſine [o] ſuſpiratu poſſet. quan-

[m] fabulæ Clodianæ *J.F.Gron.*

[n] conſtupratoque alii.

[o] ſuſpirio alii.

admittit ſana conſilia, nec perſuadendo, nec cogendo regi poteſt amplius, quod Plato ſua ætate de Athenienſi republica dixit. Quæ ſtatim ſequuntur clamant Ciceronem ſic ſcripſiſſe: *Nam ut ea breviter, quæ poſt tuum diſceſſum acta ſunt, colligam, jam exclames neceſſe eſt, res Romanas diutius ſtare non poſſe.* Quia ſcilicet erant corruptiſſimæ, & ſanari nollent. Si paterentur ſibi medicinam adhiberi, poſſent ſervari. vide & ſequentia. Conqueritur alibi quoque de hac perditiſſimorum ſuorum temporum perverſitate. Translatione vero hac ſæpe Tullius utitur. Inf. lib. II. ep. I. *Si mihi nemo invideret, ſi omnes, ut erat æquum, faverent; tamen non minus eſſet probanda medicina, quæ ſanaret vitioſas partes reipublicæ, quam quæ exſecaret.* Sic ep. ad Q. Fr. dicit *ſe acceſſiſſe ad medicinam reipublicæ.* Grævius.

74. *Sed ſpe reip. corrigendæ.*) Ita Boſ. ex Decurt. qui habet, *ſpe recorrigendæ.* Lamb. legit *ſed ſpe & animo corrigendæ & ſanandæ civitatis*, ex Memm. codd. & Torn. qui, ut ait, habent, *ſed ſpero non corrigendæ ſed ſanandæ*; ſed id falſum eſſe aſſerit Boſius, quod dicit Lambinus de Tornæſ. neque ita legi; *ſed ſpere corrigendæ*, ibi exaratum eſſe contendit. Victor. ediderat, *ſed animo corrigendæ & ſervandæ civitatis.* Cleric.

75. *Spe reip. corrigendæ & ſanandæ civitatis.*) Sic concinnavit Boſius cum applauſu multorum. Et certe ita occurrit II, 5. *ſine ulla correctione reipublicæ.* Etiam rempublicam & civitatem ſic interdum junctas venire, cum ſua tamen differentia, oſtendimus ad finem præfationis Livianæ. Sed cur id hoc loco credam de Cicerone, cauſa nulla eſt, & cur non recte ſe habent illa, quæ in MSS. eſſe fatetur Boſius *ſed ſpe recorrigendæ & ſanandæ civitatis*? ut pro Sulla 27. *ut convaleſcere aliquando & ſanari civitas poſſet.* Utique quum ſtatim rurſus ſequatur de republica, mihi nunc ejus mentio ingrata occurrit. *Gronov.*

76. *Empto conſtupratoque judicio.*) Empto, quia judices, accepta pecunia, Clodium nocentem abſolverunt; conſtuprato, quia noctes certarum mulierum atque adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt. *P. Manut.*

quantum hoc vulnus? facto senatus consulto de ambitu; de judiciis, nulla lex perlata, exagitatus senatus, alienati equites Romani. sic ille annus duo firmamenta reipublicæ per me unum constituta, evertit: nam & senatus auctoritatem abjecit; & ordinum concordiam disjunxit. [78] Instat hic nunc ille annus egregius. ejus initium ejusmodi fuit, [79] ut anniversaria sacra p Juventatis non committerentur. nam M. Luculli uxorem [80] Memmius suis sacris q initiavit. Menelaus, ægre id passus, divortium

p *ita Lãb. alii* juvẽtuti.
q vitiavit *alii*.

77. *Sine suspiratu posset.*) *Possit* Faernus multo, ut videtur, melius quam *posset*. Ursin.

78. *Instat hic nunc ille annus.*) Adest annus Q. Metello Celere & Afranio Coss. cujus initium ejusmodi fuit ut sacra Juventutis sive Juventatis Deæ, quæ pro salute juvenum quotannis fiebant, non celebrarentur; propterea quod C. Memmius, qui sacris istis præerat, uxorem M. Luculli vitiavit, atque ita sacris suis initiavit: quod ægre passus Lucullus, cum uxore divortium fecit. Hac re Lucullus appellatur Menelaus, quia vitiatæ mulieris vir, ut Helenæ Menelaus: Memmius Paris, & Pastor Idæus, quia stuprator uxoris Luculli, ut Paris Helenæ: sed Paris ille Trojanus solum Menelaum in uxoris stupro despectui habuit, fratrem ejus Agamemnonem nulla injuria affecit: alter vero Paris Memmius, tam Menelaum, id est, M. Lucullum, contempsit, quam ante despexerat Agamemnonem, id est, L. Lucullum, quem ex bello Mithridatico reversum, ipse Trib. pleb. die ad populum dicta triumphare aliquamdiu prohibuerat, ut refert Plutarchus in Lucullo, & Catone Uticense. Est autem hic Memmius ille de quo lib. IV. qui ex petitione Consulatus cum Messalla & Scauro, de ambitu damnatus in exilium abiit: infamis stupris & adulteriis, & Catulli carminibus proscissus, laudatus a Lucretio. *Popma*.

79. *Ut anniversaria sacra Juventatis non committerentur*.) Meliores codices rectam lectionem retinent, *Juventutis*. non enim dicit, sacra anniversaria non esse commissa juventuti, ut juventus illis exclusa intelligatur: sed sacra juventutis, quæ scilicet pro juvenibus sunt instituta, auctore Festo (singulis autem annis redibant) non esse commissa dicit: eodem significatu, quo *committere ludos*, & *commissionem ludorum* dicit. *Victorius*. *Juventutis* edidit Lambinus, & ita est in argenteo numismate. *Ursinus*.

80. *Memmius suis sacris vitiavit.*) Nos in cunctis manuscriptis, *initiavit* legimus: Germani quoque in margine sui codicis sic scribunt: Credimus omnino intelligere Ciceronem, Luculli uxorem a Memmio vitiatam & stupratam esse: sed cum suis sacris id flagitium commiserit, eum joco *Initiavit* dixisse. mos est enim in sacris mulieres initiare, & non stuprare. Ut rem igitur turpem honesto nomine proferret, simulque sinistrum morem ini-

tium fecit. quamquam ille pastor Idæus Menelaum solum r contempserat: hic noster Paris tam Menelaum, quam Agamemnonem liberum non putavit. Est autem C. Herennius quidam tribunus plebis, quem tu fortasse ne nosti quidem: tametsi f potes nosse: tribulis enim tuus est; & Sextus, pater ejus nummos vobis dividere solebat. is ad plebem P. Clodium traducit: idemque fert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. hunc ego accepi in senatu, ut soleo: sed nihil est illo homine lentius. Metellus est consul egregius. & nos amat; sed imminuit auctoritatem suam, quod [81] habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio. t [82] Auli autem filius, o dii immortales! quam igna-

P. XVII. r alii contempserit

f alii poteris.

t Afranius *Lips.* *alii aliter.*

initiandi, quo Memmius usus erat, taxaret, pro vitiavit, initiavit dixisse. Quæ autem sacra Memmii intelligat, considerandum. Multa argentea numismata visuntur, quæ in aversa fronte Cereris imaginem habeant, cum hac inscriptione, MEMMIUS ÆD. CUR. CERIALIA PREIMUS FECIT. Quam rem etiam Politianus animadverterat, & tradit Miscellaneorum capite 85. Fortasse igitur Cerialibus intelligit. cum enim ea primus fecerit, recte ejus sacra appellari possunt. vel quibusdam suæ genti & familiæ propriis sacris. *Victorius. Suis sacris.*) Sacris Cerialibus ab ipso factis. Politian. Miscel. cap. 85. *Initiavit* autem est *vitiavit*, ut etiam scriptum est, sed in verbo ad sacra præsertim Cereris pertinente jocari voluit Cicero. *Corrad. Suis sacris vitiavit.*) Id est corrupit. Initiare sacris proprie est initia vel mysteria aliquem docere, & participem arcanorum sacrorum facere. Cic. 3. lib. XIV. Sed ita transtulit quoque Liv. XXII. 34. *plebejis nobiles initiatos esse sacris.* J. F. Gronov.

81. *Habet dicis caussa.*) Metellus Consul non utitur auctoritate: quia cum patricium magistratum gerat, ad quem pertinet comitiis curiatis ferre de adoptione in alienam familiam, prohibere potest Trib. plebis ne comitiis tributis ferat de adoptione Clodii, nec tamen prohibet, sed habet illud plebiscitum dicis causa promulgatum, quasi nihil referat comitiis tributis an curiatis, Consule an tribuno ferente, adoptio fiat. modo dici possit populum de adoptione suffragium tulisse, *Dicis causa* est perfunctorie, & ad speciem: non vere. Varro lib. V. De lingua Lat. *Dicis caussa fiebant quædam, neque item dicta neque facta semper.* Utitur Cicero in Verrem VI. Plinius lib. XXVIII. cap. II. Ulpianus in lib. I. ff. de SCto Silaniano, Cajus in lib. IV. ff. Commod. *Popma. Quod habet dicis causa promulgatum illud.*) Multos viros doctos ex Tornæs. & aliis mss. emendasse ita hunc locum, testantur Bosius & Junius. Antea legebatur, *quod habet, ut dicit, causam promulgatum illud idem &c.* Manutius putabat aliquando sic posse corrigi; *ab re dicit censum promulgatum*, vel, *avet, ut dicit causam promulgatam*. Cleric.

82. *Aur*

ignavus ac sine animo v miles ? quam dignus, qui Pa- licano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat ? Agrària autem promulgata est a Flavio, sane levis, eadem fere, quæ fuit Plotia. sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ quisquam inveniri potest. qui poterat, familiaris noster (sic est enim; volo te hoc scire) Pompejus [83] togulam illam pictam silentio tuetur suam. Crassus verbum nullum contra gratiam; ceteros jam nosti: qui ita sunt stulti, ut amissa republica [84] piscinas suas fore salvas sperare videantur. unus est, qui curet, constantia magis & integritate, quam, ut mihi videtur, consilio, aut ingenio, Cato; qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium jam mensem vexat, neque iis a senatu responsum dari patitur. ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere ante, quam publicanis responsum sit. quare etiam legationes rejectum iri puto. Nunc vides, quibus fluctibus jactemur: & si ex iis, quæ scripsimus, x tanta etiam a me non

v *alii* milliesque dign.

x tamen alii.

82. *Aut filius.*) Nos in manuscriptis *Auli autem filius* legimus ut L. Afranium intelligat, Metelli collegam in consulatu. cum enim supra de Metello quid ei videatur exposuerit, nunc judicium suum de altero consule profert. sic enim supra etiam Afranium appellat: *Omnibus invitis trudit noster Magnus Auli filium*, Victorius.

83. *Togulam illam pictam silentium tuetur.*) Vestem triumphalem Liv. lib. xxx. nam T. Ampius, & T. Laberius Trib. pl. legem tulerant, ut Pompejus ludis Circensibus corona aurea & omni cultu triumphantium uteretur. Patercul. lib. II. & Dion. lib. xxxvII. atque ita nos amicis olim Venetiis exposuimus. *Corrad.* Pompejo victori ex Asia concessum erat ut ludis Circensibus toga picta, corona aurea, & omni cultu triumphantium uteretur. ut referunt Dio lib. xxxvII. & Vellejus lib. II. Hac ergo inani gloriola Pompejus tacitus fruebatur; neque verbum contra quemquam pro rep. faciebat. *Popma.*

84. *Piscinas suas.*) L. Lucullum, Q. Hortensium designat, homines consulares, magnaque præditos auctoritate; itemque L. Philippum; qui non consularis, erat tamen eloquentia, gravitate, honore florentissimus civitatis. hi piscinis ita delectabantur, ut omnem de rep. curam viderentur abjecisse: qui non intelligerent, amissa rep. nec suas piscinas salvas esse posse. hos appellat Piscinarios ep. 17. & 18. & lib. II. ep. 1. *Nostri*, inquit, *principes digito se calum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant.* Et eodem libro, ep. 9. *Si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se jactare.* Plura Plinius, Plutarchus, Macrobius, Varro. *P. Manut.*

85. *Sub*

non scripta perspicis; revise nos aliquando, & quanquam sunt hæc fugienda, quo te voco, tamen fac, ut amorem nostrum tanti æstimes, ut eo vel cum his molestiis y perfrui velis. nam, ne absens censeare, curabo edicendum, & proponendum locis omnibus. 85 sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. quare cura, ut te quamprimum videamus. z Kal. Febr. Q. Metello, & L. Afranio coss.

P. B.

y perveni- re *edd. vett.*

z *alii* XI. Kal.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

NON modo, si mihi tantum esset otii, quantum est tibi, verum etiam, si tam breves epistolas velim mittere, (quod tu soles facere) te superarem, & in a scripto multo essem crebrior, quam tu: sed ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me epistolam ad te sino absque argumento ac sententia b pervenire. Et primum tibi, ut æquum est, civi amanti patriam, quæ sunt in republica, exponam: deinde, quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quæ scire te c non nolle arbitramur. Atque in republica nunc quidem maxime Gallici belli versatur d metus. nam Ędui, fratres nostri, pugnant: Sequani e permale pugnarunt: & Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionesque in provinciam faciunt. Senatus decrevit, ut consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, vacationes ne valerent, 86 legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliæ civitates, darentque operam, ne eæ cum Helvetiis se f jungerent. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, & , τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ

a scribendo *alii.*

b venire *alii.*

c non *alii delent.*

d motus *MS.*

e *ita Bosi- us e MS. alii aliter.*

f *alii* conjungerent

85. *Sub lustrum.*) Paullo ante lustrum: quod fiebat omnibus jam censis. Livius lib. 1. *Servius Tullius, censu perfecto, instructum exercitum omnem sue, ove, taurisque tribus lustravit: idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Sub lucem* Virgilius dixit: *sub horam pugna*, Svetonius; pro paullo ante. *P. Manut.*

86. *Legati cum auctoritate.*) Græcis αὐτοκράτορες, *plenipotentarii.* ut nunc vocantur. cum liberis mandatis, quod agerent quod e rep. videretur. *J. F. Gronov.*

φακὶ μύρον. Lentulus [g] [87] Clodiani filius. Atque hoc loco illud non queo præterire, quod, cum de consularibus mea prima sors exiſtet, una voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit. hoc idem post me Pompejo accidit: ut nos duo, quasi pignora reipublicæ retineri videremur. quid enim ego [h] aliorum in me ἐπιφωνήματα exspectem, cum hæc domi nascantur? Urbanæ autem res sic se habent. Agraria lex a Flavio tribuno plebis vehementer agitabatur [88] auctore Pompejo: quæ nihil populare habebat, præter auctorem. ex hac ego lege, secunda concionis voluntate, omnia [i] tollebam quæ ad privatorum incommodum pertinebant: liberabam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio

g *ita MSS. alii* Clodię.

P. XVIII.

h alienorum *Malas.*

i illa toll. *alii.*

87. *Clodiani filius.*) Cn. Lentulus Coſ. fuit cum P. Licinio Craſso anno urbis DCLVII. & cognomen habuit Clodiani, vel quod e Clodia in Corneliam familiam fuiſset adoptatus, vel ob impotentiam & defectum mentis, quod indicat Salluſt. libro IV. Hiſtoriar. *At Cn. Lentulus patriciæ gentis, collega ejus, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum ſtolidior an vanior.* Et Varro in epiſtola ad Fusium de poeta inepto, *Quintiporis Clodiani forias ac proremata gargaridians.* Hujus filius Lentulus, homo vilis, cum tertius Legatus additus eſset Metello consulari & Flacco prætorio, pro quo eſt oratio, erat in illo legatio quasi in lente unguentum: quo proverbio utitur Ariſtoteles in libro de senſu & senſili, Varro in Satyris. *Popma.* Sed errorem hunc, de Cn. Lentulo, Coſ. anni IↃC LVII. quasi ſit is Clodianus, cujus Gellius & hic Cicero meminit, dudum refutavit Carolus Sigonius in Faſtis Romanis, oſtendens hunc Clodianum fuiſse Cn. Cornelium Lentulum, qui Conſul fuit anno V. C. 681. cum L. Gellio Poplicola; cui ſubſcribit Stephanus Pighius in Annal. Rom. lib. XVI. vide & Turneb. Adverſ. lib. XXXIII. cap. 8. *Grævius.*

88. *Auctore Pompejo.*) Solebant legem laturi virum magnę dignationis & auctoritatis producere in roſtra, nonnumquam plures, qui populo suaderet, ut legem hanc, quam erat lator rogaturus, velit jubere. Is dicebatur *auctor.* Sveton. Jul. *Cæcilio Metello Trib. pl. turbulentiſſimas leges adverſus collegarum interceſſionem ferenti, auctorem propugnatoremque ſe pertinaciſſime præſtitit.* Cic. III. de Leg. *Itaque iſti rationi neque lator quiſquam eſt inventus, nec auctor umquam bonus.* Idem inferius lib. VIII. harum epiſtolarum 3. *Ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis auctor.* Statim in hac epiſtola: *qua nihil populare habebat præter auctorem.* Nimirum Pompejum, qui popularis erat maxime. Magnum eſt diſcrimen inter *latorem* & *auctorem legis*, quamvis interdum etiam lator ipſe dicatur auctor. Vell. Paterc. II, 23. *In hujus locum ſuffectus Valerius Flaccus turpiſſima legis auctor, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſerat.* Grævius.

89. *Pu-*

purnio consulibus [89] publicus fuisset: Sullanorum hominum possessiones confirmabam: [90] Volaterranos & [91] Artemitanos, quorum agrum Sulla publicarat, neque diviserat, in sua possessione retinebam: unam rationem non rejiciebam, ut ager hac adventicia pecunia emeretur, quæ ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agrariæ senatus adversabatur, suspicans Pompejo novam quandam potentiam quæri. Pompejus vero ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium privatorum possessiones: (is enim k est noster exercitus, hominum, ut tute scis, locupletium) populo autem, & Pompejo (nam id quoque volebam) satisfaciebam emptione: qua constituta diligenter, & sentinam urbis exhauriri, & Italiæ solitudinem

k est non est in aliis.

89. *Publicus fuisset.*) Publicatus, nisi fallor, a Ti.Graccho, qui illis Coss. occisus est. Verr. 6. *Corrad.* In fragmento legis Thoriæ, quod ex museo Cardinalis Bembi translatum apud me servatur, agri hujus qui L.Mucio, L.Calpurnio Coss. publicus fuit, mentio extat his verbis in tabella ænea incisis, *Quei. ager. poplicus. populei. Romanei. in. terram. Italiam. P.Mucio. L.Calpurnio. Cos. &c.* Ursin.

90. *Volaterranos & Arretinos.*) Insipida agendi ratio, quum primæ editiones, etiam Victorianæ, habeant *Artemitanos*, pro eo nec quid nec quare edere *Arretinos*, quorum historia hic prorsus ignota & cæca, maxime quum in quibusdam MSS. legi dicatur *Arteminos* aut *Aterninos*, & his non optimis. Quam vana interim observatio Malaspinæ ex Stephano loquentis de Artemita Babyloniæ, & in Romano imperio Artemitanos nullos fuisse concludentis, quum is palam testetur Αρτέμιτα νῆσος Τυῤῥηνικὴ, παρὰ τὴν Θαλείαν νῆσον, ubi non omittunt Cluverius & Holstenius rapere palmam diu ab Ortelio occupatam scribendo Αἰθάλειαν. Itaque quum pateat hoc vocabulo insulam esse vicinam Etruriæ, & Sulla æque hanc insulam aggredi potuerit, ac partem aliquam in continente; & illos qui primæ editiones curaverunt; ita in *MSS.* libris invenisse cogar supponere; putavi securius esse recipere quod ob eas quas dixi rationes erat probabilius, ut feci. *Gronov.*

91. *Artemitanos.*) Ant.Augustinus primus *Arretinos* emendavit pro *Artemitanos*, ex oratione pro A. Cæcina, in qua ita scriptum est: *Cottam decemviris* (quos, ut opinor, veteres litibus judicandis appellabant, & centumviralibus judiciis præerant) *Religionem injecisse, non posse sacramentum justum judicari quod Arretinis adempta civitas esset.* Confirmat hanc emendationem antiquus etiam liber, qui *Arteminos* habet propiore ad emendatam lectionem scriptura. *Ursin.* Vide & Cluver. Ital. Antiqu. lib. 11. cap. 3. Arretium hodie *Arezzo*.

92. *Ut*

nem frequentari posse arbitrabar. sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est consul sane bonus; & nos admodum diligit. ille alter l nihil ita est, 92 ut plane, quid emerit, nesciat. Hæc sunt in republica, nisi etiam illud ad rempublicam m putes pertinere, Herennium quendam, tribunum plebis, tribulem tuum, sane hominem nequam atque egentem, sæpe jam de P. Clodio ad plebem traducendo agere cœpisse. huic 93 frequenter interceditur. Hæc sunt, ut opinor, in republica. Ego autem, ut semel nonarum illarum Decembrium, junctam n invidia, ac multorum inimicitiis, eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum; non destiti eadem animi magnitudine in republica versari, & illam institutam ac susceptam dignitatem tueri. sed postea quam primum Clodii absolutione levitatem infirmitatemque judiciorum perspexi; deinde vidi nostros publicanos facile a senatu o disjungi, quamquam a me ipso non divellerentur; tum autem beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) non obscure nobis invidere: putavi, mihi majores quasdam opes & firmiora præsidia esse quærenda. itaque primum eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat, Pompejum adduxi in eam voluntatem, ut in senatu non semel, sed sæpe, multisque verbis p hujus mihi salutem imperii atque orbis terrarum adjudica-

l ita nihili est *Grut.*

m putas *MSS.* P. B.

n invidia *alii.*

o dijungi *Lamb.*

p *alii* suis.

92. *Ut plane, quid emerit, nesciat.*) *Erit*, est in antiquo pro *emerit*, ut fortasse *velit* legendum sit. *Ursin.*

93. *Frequenter interceditur.*) Hoc est, a multis tribunis, non sæpe, ut vulgo. Liv. lib. 1. *Romam inde frequenter migratum est a parentibus maxime ac propinquis raptarum*. Sic & Cyprian. ep. 55. *Concilio frequenter acto*, hoc est, magno consessu celebratum, ut pulchre notavit Gronovius in Observat. in Script. Eccles. cap. 14. Sed cum & hunc locum Justini: *Semel tantum eam Alexandro visam esse; cum matrem filiasque ejus parvulas frequenter consolaretur*; huc trahit, quasi *frequenter* esset præsentibus multis, probare non possum: nec sensus hujus loci fert; *frequenter* enim hic opponitur τῷ *semel*, & accipitur in vulgata significatione, nimirum Alexandrum sæpe matrem & filias parvulas Darii invisisse & consolatum esse; quas videre nullum periculum erat & sine ulla suspicione poterat facere; cum mater jam esset provectioris ætatis, & floris extincti, filiæ vero immaturæ: uxorem autem Darii semel tantum eum vidisse, cujus ætas & forma facile potuisset Alexandri frequentiores congressus suspectos reddere. Dissentit quidem Curtius a Justino, sed & alibi sæpe dissentiunt hi scriptores. *Græv.*

94. *At-*

dicarit. quod non tam interfuit mea, (neque enim illæ res aut ita sunt obscuræ, ut testimonium, aut ita dubiæ, ut laudationem desiderent) quam reipublicæ: quod erant quidem improbi; qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompejo, ex rerum illarum dissensione, arbitrarentur. cum hoc q ego me tanta familiaritate conjunxi, ut uterque nostrum in sua ratione munitior, r & in republica firmior hac conjunctione esse possit. odia autem illa libidinosæ & delicatæ juventutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt comitate quadam mea, me unum ut omnes illi colant. nihil jam denique a me asperum in quemquam s sit, nec tamen quicquam populare ac dissolutum; sed ita temperata tota ratio est, ut reipublicæ constantiam t præstem, privatis rebus meis, propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malivolorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam; 94 atque ita amem, v si iis novis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam:

95. Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Ac nostræ quidem rationis ac vitæ quasi quandam for-

q egomet *MS.*
r & resp. *J. F. Gron.*
s fit *MS.*
P. XIX.
t putem *alii.*
v si iis *aliis non adest.*

94. *Atque ita amem.*) Sic Decurt. Bosii. vulg. *atque ita tamen*. Cleric. Adstrictus nimium est Bosius in significanda scriptura optimorum codicum: qui si habent vel *atque ita amem si eis novis*, vel *atque ita tamen si eis nov.* ut indicat sane Lambinus, & colligitur ex editione Bosii, certe causam nullam video, cur ab Bosio ut edidit, discedamus, quum τὸ *si* aliquoties in Tullio occurrat, ita ut notet idem quod etsi, ut pro Quinto 78. *Et mehercule si nihil diceret tacite ipso efficere me moneret*. Sed quum attendam audiamque in MS. exstare *atque ita tamen etsi iis novis*, id longe puto verissimum, ut sensus sit, *atque ita* nempe & erga Pompejum, & erga juventutem, & denique erga quemcunque, cui nihil asperum ab se fieri dixit, nos gerere constituimus, *tamen etsi iis novis amicitiis implicati sumus, ut crebro &c.* Nihil video, cur verbo *amare* in hoc consilio usus credatur. *Gronov.*

95. Νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν.) Hæc verba Græca corrupte antea legebantur nam & pro ἄρθρα, ἀνέρα scriptum erat, & aliis mendis fœda erant. Nos ex nostro codice illa restituimus. Suidas etiam in dictione πρόχειρος, locum Polybii adducit, ubi dictum hoc Epicharmi celebratur, ἀλλ' ἐστὶν αἴτιον τῶν μὴ πρόχειρον ὑπάρχειν, τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ καλῶς εἰρημένον, νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα φρενῶν. quam rectam esse lectionem confirmat

formam, ut opinor, vides. De tuo autem negotio sæpe ad me scribis; cui mederi nunc non possumus. est enim illud senatus consultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. 96 nam, quod me x esse ad scribendum vides, ex ipso senatus consulto intelligere potes, aliam rem tum relatam; hoc autem de populis liberis, sine causa additum, & ita factum est a P. Servilio filio, qui in postremis sententiam dixit; sed immutari hoc tempore non potest. itaque conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt. y tu si tuis 97 blanditiis tamen 98 a Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, velim, me facias certiorem. Commentarium consulatus mei Græce compositum misi ad te: in quo si quid erit, quod homini Attico minus Græcum eruditumque videatur; non dicam quod tibi, ut opinor, Panormi 99 Lucullus de suis historiis dixerat: se quo facilius illas probaret Romani hominis esse,

x alii non esse ad- scriptum.

y tu tuis MS.

mat Q. Cicero, qui in libello de Petitione consulatus sic ea interpretatur: *Quamobrem Ἐπιχάρμειον illud teneto, Nervos atque artus esse sapientiæ, non temere credere*. Victorius.

96. *Nam quod me affuisse scribendo vides*.) Sic hunc locum restitui scripturæ veteris vestigia secutus, atque sine dubio ita legendum. *Lambin.* Placet, *Quod me adesse scribendo vides*: est enim usitata formula, qua utebantur in Senatusconsultis. libr. VII. epist. 1. *Cato autem & scribendo affuit.* & in antiquo apud me Senatusconsulto, quod Græce scriptum est, γραφομένῳ παρῆσαν, incisum reperitur. *Ursinus.*

97. *Blanditiis*.) Nunc igitur quoniam propter illud SCtum Sicyonios, debitores tuos, jurisdictione proconsulari propellere non potes, ut tibi solvant, si quid blandiendo & amicis verbis compellando ab iis abstulisti. Manutius intellexit, at Bosius & Popma errant, quasi Atticus fuerit publicanus, cum tamen clare Nepos: *Numquam ad hastam accessit.* ep. 13. sup. *J.F.Gronov.*

98. *A Sicyoniis*.) Nunquam quidem Atticus aut manceps, aut præs fuit, ut refert Cornelius Nepos in ejus vita. vectigal tamen exercebat, coita, ut opinor, societate cum Publicanis. idcirco Cicero Publicanum eum vocat epistola xv. libri sequentis: *sed tamen*, inquit, *tu aliquid publicanus pendis*. in ea ergo societate illi obtigerant ea vectigalia, quæ Sicyonii pendere solebant. ea autem exigere non poterat, quia illi Senatusconsulto facti fuerant liberi. nam populi liberi immunes erant a tributorum & vectigalium pensitatione. qua de caussa eos Græci ἀτελεῖς appellant. *Bosius.*

99. *Lucullus de suis historiis dixerat*.) Vide num melius sit *de collega sui historiis*, ut in intelligat A. Albinum, de quo scribit Gellius lib. 11. cap. 8. *Ursin.*

1. Bar-

esse, idcirco [1] barbara quædam & [z] σόλοικα a dispersisse. apud me si quid erit ejusmodi, me imprudente erit, & invito. Latinum si perfecero, ad te mittam. tertium [a] poema exspectato, ne quod genus a me ipso laudis meæ prætermittatur. hic tu, cave dicas, τίς [b] πατέρ᾽ αἰνήσει si est enim apud homines quidquam, quod potius [c] sit, laudetur; nos vituperemur, qui non potius alia laudemus. quamquam non ἐγκωμιαστικὰ sunt hæc, sed ἱστορικὰ, quæ scribimus. Quintus frater purgat se [d] multum per litteras, & affirmat, nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. verum hæc nobis coram summa cura & diligentia sunt agenda; tu modo nos revise aliquando. Cossinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui visus est, & talis, qualem esse eum tuæ mihi litteræ [e] nuntiarant. Idibus Mart.

[z] *alii* obsoleta.
[a] adspersisse *alii*.
[b] πολέσ' *Lamb.* P. B.
[c] *novem seqq. voces non sunt in MS.*
[d] mihi *alii & MS.*
[e] enuntiarant *alii.*

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

CUM e [f] Pompejano me Romam recepissem a. d. III. idus [g] Maji, Cincius noster eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu idib. Feb. dederas. ei nunc epistolæ litteris his respondebo. Ac primum, tibi perspectum esse judicium de te meum, lætor; deinde, te in iis rebus, quæ mihi asperius, a nobis atque nostris, & injucundius [h] actæ videbantur, moderatissimum fuisse, vehementissime gaudeo; idque neque amoris mediocris [i] & ingenii summi ac sapientiæ judico. qua de re cum ad me ita suaviter, diligenter, officiose, & humaniter [k] scripseris, ut non modo te hortari amplius non debeam, sed ne exspectare quidem abs te, aut ab ullo homine tantum facilitatis ac mansuetudinis potuerim; nihil [l] duco esse commodius, quam de his rebus nihil jam amplius scribere. cum erimus congressi; tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de republica scribis, disputas tu quidem & amanter

[f] Pompejana domo *alii.*
[g] Majas *alii.*
[h] a te *MS.*
[i] sed *MS.*
[k] scripseras *MS.*
[l] dico *MS.*

1. *Barbara quadam & absoleta.*) Meliores codices, quos nos secuti sumus, σόλοικα habent, tam certe & huic loco accommodate, ut nullo opus sit argumento ad hanc lectionem confirmandam. *Victorius*. Faernus legebat σόλοικα pro *obsoleta*. Ursin.

ter & prudenter ; & m a meis consiliis ratio tua non
m ex *MS.* abhorret : (nam neque de statu nobis nostræ dignitatis
p. XX. est recedendum , neque sine nostris copiis intra alterius
n præsidium *MS.* n præsidia veniendum : & is, de quo scribis, nihil habet
amplum , nihil excelsum , nihil non summissum atque
populare) verumtamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem
meorum temporum non inutilis ; sed mehercule
o cum imp. *MS.* reipublicæ multo etiam utilior , quam mihi , o civium
improborum impetus in me reprimi , cum hominis
amplissima fortuna , auctoritate , gratia fluctuantem
sententiam confirmassem , & a spe malorum ad mearum
p aliqua *non est in MS.* rerum laudem convertissem. quod si cum p aliqua levitate
mihi faciendum fuisset , nullam rem tanti æstimassem ;
2 sed tamen a me ita acta sunt omnia , non ut
ego illi assentiens levior, sed ut ille me probans gravior
videretur . Reliqua sic a me aguntur , & agentur , ut
non committamus , ut ea , quæ gessimus , fortuito gessisse
q eos *MSS.* videamur. q 3 meos bonos viros , illos quos significas
, & eam , quam mihi dicis obtigisse , σπάρτην, non
modo numquam deseram ; sed etiam , si ego ab illa deserar
, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud
r *alii* optimarum. *MS.* optimam. tamen , velim , existimes , me hanc viam r optimatium
post Catuli mortem nec præsidio ullo, nec comitatu tenere.
4. nam, ut ait Rhinton, ut opinor,

Οἱ μὲν παρ᾽ οὐδέν εἰσιν, οἷς δ᾽ οὐδὲν μέλει.

mihi vero ut invideant piscinarii nostri , aut scribam ad
te alias , aut in congressum nostrum reservabo . A curia
autem nulla me res divellet : vel quod ita rectum
est : vel quod rebus meis maxime consentaneum : vel
quod

2. *Sed tamen a me ita acta sunt omnia.*) Faernus delebat verbum *tamen* : & paullo post *scida* legebat, pro *scheda*. Ursinus.

3. *Meos bonos viros, illos quos significavi.*) Manuscriptus habet *in bonos viros*, ut videatur legendum *dein eos, &c.* Idem.

4. *Nam ut ait Rhinton.*) Poeta hic comicus fuit, patria Tarentinus. Athenæus lib. III. Δειπνοσοφιστῶν ipsum citat in comœdia Amphitryone : ad hunc Rhintonis senariolum vice proverbii jactatum, puto M. Varronem lib. III. de re Rustica alludere, cum inquit : *Quis contra nunc Rhinton non dicit sua nihil interesse, utrum his piscibus stagnum habeat plenum, an ranis.* Nostri librarii secundam, vocem hujus versus depravarunt. pro μὲν enim μετὰ scripserunt : turpi, sed manifesto errato. *Victorius.* Vide & Polluc. lib. VII. & X. Fabulas etiam Rhintonicas appellatas scribit Donatus. *Corrad.*

5. *Ser.*

quod, a senatu quanti fiam, minime me pœnitet. De Sicyonis, ut ad te scripsi antea, non multum spei est in senatu. nemo est enim jam, qui queratur. quare, si id exspectas, longum est. alia via, si qua potes, pugna. cum est actum, neque animadversum est, ad quos pertineret, & raptim in eam sententiam pedarii [s] cucurrerunt. inducendi senatus consulti maturitas nondum est: quod neque sunt, qui querantur; & multi partim malivolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus est egregius consul. unum reprehendo, quod otium e Gallia nuntiari non magnopere gaudet. cupit, credo, triumphare. hoc vellem mediocrius: cetera egregia. [t] Auli filius vero ita se gerit, ut ejus consulatus [v] non consulatus sit, sed Magni nostri ὑπώπιον. De meis scriptis, misi ad te Græce [x] perfectum consulatum meum. eum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari; huic autem Græco Græcum invidere. alii si scripserint, mittemus ad te; sed, mihi crede, simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Papirius Pætus, vir bonus amatorque [y] noster, mihi libros eos, quos [5] Ser. Claudius reliquit, donavit. cum mihi, [6] per legem Ciniam licere capere, Cincius amicus tuus diceret: libenter, dixi, me accepturum, si attulisset. nunc, si me amas,

P. B. [s] concurrerunt alii.

[t] A. F. Lips.

[v] non cons. deest in MS.

[x] perscriptum Lamb.

[y] nostri alii.

5. *Ser. Claudius.*) Libri vulgati nonnulli *Clodius*, mutatione non necessaria, idem enim nomen Grammatici celebris: & Ser. Claudium ut Cicero hic, nominat Gellius lib. XIII. cap. 21. Ser. Clodium Plinius lib. XXIII. cap. 4. & Svetonius in libro De claris Grammaticis. Fuit autem frater Papyrii Pæti, aut consobrinus, aut ex eadem matre, diverso patre: de quo in epist. ad Pætum. *Popma.*

6. *Per legem Cinciam licere capere.*) Jocatur in legem Cinciam, quæ erat de donis, & muneribus. in II. de Oratore, *Sæpe*, inquit, *sententiose ridicula dicuntur, ut M. Cincius, quo die legem de donis & muneribus tulit, cum C. Centho prodiisset, & satis contumeliose, Quid fers, Cinciole, quæsisset; ut emas*, inquit, *Cai, si uti velis*. Et in de Senectute: *Quadriennio post factus sum prætor: quem magistratum gessi Tuditano, & Cethego coss. cum quidem ille admodum senex suasor legis Cinciæ de donis & muneribus fuit*. Et Livius lib. IV. *Quid legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi? quid legem Cinciam de donis & muneribus, nisi quia vectigalis jam, & stipendiaria plebs esse senatui cœperat?* P. Manut.

amas, si te a me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique, ac servos tuos, ut scida ne qua depereat. nam & Græcis his libris, quos suspicor, & Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis conquiesco. per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quam soles in his rebus, quas me valde velle arbitraris: ipsiusque Pæti tibi nego-
z aget alii & MSS. tia commendo, de quibus tibi ille z agit maximas gra-
tias: & ut jam invisas nos, non solum rogo, sed etiam
a persuadeo MS. a suadeo.

P. XXI.

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM

AD

ATTICUM.

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

DUæ primæ libri hujus epistolæ scriptæ sunt, item ut ultima superioris, Q. Metello Celere, L. Afranio: reliquæ omnes: C. Julio Cæsare, M. Bibulo Coss. mensibus fere XVII. *Continent vere contentionem Clodii, ut Tribunus pl. fieret: quod demum obtinuit, Cæsare adnitente, cujus item opera, quo magistratum illum capere posset, plebejus factus est. Nam Ciceroni iratus, quod quodam in judicio statum temporum deplorasset, ejus inimicum Clodium, frustra jam pridem a patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaque, nova lege de adoptione ejus lata, traduxit. Auctor est Suetonius. Idem hoc ipso anno, agrariam legem pertulit, contradicente Catone: quem ea de caussa e Senatu abreptum, in carcerem duci jussit; invitis optimatibus, & collega: quem obnuntiantem, armis foro depulit; seque domesticis parietibus, reliquo anni tempore, continere coegit; ut nisi per edicta, prorsus nihil ageret: quæ tamen ille acerbissima in collegam proponebat: hisque comitia in mensem Octobrem distu-*

distulit. perlata igitur lege, XX millia hominum, qui tris plurisve liberos haberent, in campum Stellatem majoribus consecratum, ut Tranquillus ait, in agrumque Campanum, ad subsidia Reip. vectigalem relictum, induxit. Publicanos a Catone vexatos, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. Et ut in quosdam diversæ factionis cives sævire posset, Vettium quemdam præmiis adduxit, qui se ab illis, de inferenda Cn. Pompejo nece, sollicitatum diceret: quamvis irrito conatu, propterea quod unam atque alteram, frustra, nec sine suspicione fraudis, nominaverit. Quare tam præcipitis consilii eventum desperans intercepisse veneno indicem creditus est. Hæc fere in hoc secundo libro continentur, ad Remp. spectantia. Alia, privata sunt. Malaspina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.



KAL. Jun. eunti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer. is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Græce scriptum reddidit: in quo lætatus [a] sum, aliquanto ante de [b] iisdem rebus Græce item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. nam, si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant; &, [1] ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. meus autem liber totum [c] Isocrati μυροθήκιον, atque omnes ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam [d] Aristotelia pigmenta consumpsit: [e] quem tu Corcyræ, ut mihi aliis litteris significas, strictim attigisti; [2] post autem, ut, arbitror, a Cossinio accepisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem. quamquam

a sum me *alii*.
b his e-jusd. *MS*.
c *alii* Isocratis.
d *alii* Aristotelica.
e quæ *alii*.

1. *Ut mulieres ideo olere.*) Dictum vetus, *Mulier bene olet ubi nihil olet*: quod usurpat Plaut. in Mostellaria, & alludit Martialis lib. 12. Epigram. 12.

Hoc mihi suspectum est quod oles bene, Postume semper,
Postume non bene olet, qui bene semper olet.

Et lib. VI. Epigr. 55. *Malo quam bene olere, nil olere.* Popma.

2. *Post autem ut arbitror.*) *Postquam ut arbitror*, est in manuscripto. *Ursinus.*

 3. Non

quam ad me [f] rescripsit jam Rhodo Posidonius. se, nostrum illud ὑπόμνημα cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, [3] non modo [g] excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane perterritum. quid quæris? conturbavi Græcam nationem. ita, vulgo qui instabant. ut darem sibi quod ornarent. jam exhibere mihi molestiam destiterunt. tu, si tibi placuerit liber, curabis, [h] ut & Athenis sit, & in ceteris oppidis Grætiæ. videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, & plures etiam mittam: quoniam quidem ea, quæ nos scribimus adolescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, [i] enituerat civis ille tuus Demosthenes, & quod se [4] ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere [k] abjunxerat, [5] ut σεμνότερός τις, καὶ πολιτικώτερος videretur, curare, ut meæ

f alii scripsit.

g non excit. alii. P. B.

h alii. ut Ath.

i enituerit alii.

k abjunxerit alii.

3. *Non modo excitatum.*) Pro, *non modo non excitatum*. Sic sæpe *non modo*, pro *non modo non*. Cic. II. de Off. *Non modo ille invidetur ætati verum etiam favetur.* vide Muret. Var. Lect. X. cap. 7. & Manut. ad I ad Fam. ep. 9. *Grav.*

4. *Ab hoc refractariolo judiciali dicendi, &c.*) Memmiani codd. habent, *refractoriolo*. Turnæsianus, ut ceteri, *refractariolo*, nisi quod habet, *enituerat*, & *abjunxerat*, non, ut vulgo, *enituerit*, *abjunxerit*. Idem paullo post, habet plane, *ut σεμνότερός τις* &c. quo modo & vulgati, non, ut testatur esse in suo, P. Victor. *ne σεμνότερός τις* &c. quod ferri non potest: & frustra Victorius ea de re lectoris otio abutitur. *Lambin.*

5. *Ut σεμνότερος τις καὶ πολιτικώτερος videretur.*) Quamvis hic receptam lectionem conservaverim, & antiquam contempserim, fortasse non sine culpa: volo nunc ipsam mea opera in lucem prodire. nec enim eam ita pravam judico, ut penitus repudiari debeat: *ne σεμνότερός τις*, &c. habent prisca exemplaria, quod prima specie valde absonum videtur, cum *Ne* pro *ut* non poni soleat: perspicuum autem sit, Philippicas orationes scripsisse Demosthenem, & se a judiciali genere abjunxisse, ut ea res sibi honorem dignitatemque adferret, & ut gravior grandiorque orator haberetur. id enim est σεμνότερος quod ex Cicerone colligitur, qui in Oratore sic verba hæc Aristotelis in tertio Rhetorices interpretatur. ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος, ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνοτέραν γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. *quod longe Aristoteli videtur secus, qui judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio: iambum autem nimis e vulgari esse sermone. itaque neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: plenam*

meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur. quarum una est in senatu kal. Jan. altera ad populum de lege agraria; tertia de Othone; quarta pro Rabirio; quinta de proscriptorum filiis; sexta, cum provinciam in concione deposui; septima, qua Catilinam emisi; octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit; nona in concione, quo die Allobroges [l] involgarunt; decima in senatu, nonis Decemb. Sunt præterea duæ breves, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariæ. hoc totum σῶμα, curabo ut habeas. & quoniam te cum scripta, tum res meæ delectant, iisdem [m] ex libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim: [6] aut ne poposcisses. ego enim tibi me non offerebam. Quod quæris, quid sit, [n] quod te arcessam ac

l *Manut.* indicarūt *alii* invocarunt.

m ex *aliis* delent.

n quo *alii*.

nam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient, ad majorem admirationem possit traducere. Alibi σεμνὸς divinus a Cicerone dicitur, ut opinor: nam cum dixit in prooemio secundi libri de Oratore, *Sed hæc tragica atque divina:* puto illum hoc verbum exprimere voluisse. nam Aristot. lib. II. Meteororum, cum fere eandem sententiam proferre vellet, ita locutus est: τραγικώτερον γὰρ οὖν τοι καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ἴσως εἶναι τὸ λεγόμενον. Quamvis autem hujus verbi significatus notissimus esset, non malum tamen fuisse puto hæc e tam claris auctoribus disseruisse. Si igitur *Ne* semper *ut non* significet, videtur omnino sententiæ repugnare, & nullo modo antiqua lectio probari posse. Sed alibi mihi legisse videor (nisi fallor) *Ne* pro *ut* affirmative positum esse, ut in Oratore: *Tantumque abest, ne, (quod ii qui hoc aut magistrorum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt assecuti, solent dicere,) enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit.* Sunt autem omnes qui illo volumine continentur Ciceronis libri (meo judicio) minus quam cæteri contaminati. nam hæc cum in ea incidunt, consueverunt juniores quidam sine ulla dubitatione pervertere: quod fortasse etiam fecerunt hoc loco, quem in manibus habemus. quo fit, ut hujus locutionis pauciora exempla adferre possimus. Nihil autem nunc aliud mihi occurrit, quo possim antiquam lectionem magis confirmare. eruditores hoc diligentius considerabunt. Et si videbitur, ipsi priscam hic vocem quamvis rariorem restituent. Contra autem *Ut* pro *ne*, ab optimis auctoribus frequenter usurpatum est, & a doctis viris accurate animadversum. Nos etiam id pluribus locis temeritate quorundam sinistrorum correctorum sublatum in suam sedem restituimus. *Victorius*. Vide notam præcedentem Lambini.

6. *Aut ne poposcisses.*) Sic legendum censet Lambinus. quin sic habet plane codex Tornæs. *aut ne poposcisses autem.* vulg. *at ni pop. &c.* Cleric. Audacior & ineptior Marcilius, qui in notis ad Juris Institutiones tentat *at tu nei poposcisses*. Gronov.

 7. Com-

ac simul, impeditum te negotiis esse, significas; neque
recusas, quin, non modo si opus sit, sed etiam si ve-
lim, accurras: nihil sane est necesse; veruntamen vi-
debare mihi tempora peregrinationis 7 commodius posse
P. XXII. describere. nimis abes diu, præsertim cum sis in pro-
pinquis locis: neque nos te fruimur; & tu nobis cares.
o longius ac nunc quidem otium est: sed, si paulo o plus furor
quidam Pulchelli progredi posset, valde ego te p istinc excita-
e conj. rem. verum præclare Metellus impedit & impediet.
p istic *MS.* quid quæris? est consul φιλόπατρις, &, ut semper
judicavi, natura bonus. ille autem non simulat, sed
q quare plane tribunus plebis fieri cupit. q qua de re cum in se-
cum *alii.* natu ageretur, fregi hominem; & inconstantiam r ejus
r ejus *non* reprehendi, quæ Romæ tribunatum plebis peteret, cum
est in aliis. 8 in Sicilia hæreditatem sæpe hæreditasset. sed neque
ma-

7. *Commodius posse distribuere.*) *Describere* legebat Faernus ex antiquo codice, pro *distribuere*, & paullo supra *Posidonius* unico *s.* Ποσειδώνιος enim Græci scribunt. *Ursinus*. *Describere tempora peregrinationis* est ordinare iter, sive rationem inire de profectione instituenda quo tempore hic sis futurus, quo ibi. sic *describere fabulas* apud Terent. in prolog. Eunuchi est disponere partes ac personas ordinare:

Qui bene vertendo, & easdem describendo male
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Sic recte meliores libri, male recentiores editiones, exque nitidissimæ, si nitorem chartæ & typorum respicias, *easdem scribendo male*. *Male describendo*, est male ordinando personas. Cic. III. Catil. *Ut cum Urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incendisset*. Tacitus de Moribus Germanorum: *Ceteris servis, non in nostrum morem descriptis servitiis, utuntur*. Sed de hac hujus vocis venusta significatione plura dixi in notis ad epistolas, quæ ad familiares dicuntur vulgo. *describere* vero præ se ferunt codices antiquissimi. *Grævius*.

8. *Cum in Sicilia ædilitatem sæpe dictitasset.*) Quia hic locus obscurus est, non verebor antiquam lectionem (etsi corruptam, & ineptam) proponere. nam quum tam varie in melioribus legatur, auget mihi suspicionem, locum non carere mendo. Elegantiores homines, sinceræque M. Tullii locutionis amatores, diligentius hunc locum considerabunt. mihi enim difficilis admodum videtur. Quod si commentitiis fabulis contenti esse volumus, omnia erunt plana, & aperta. sed illas nec aures eruditorum delectare arbitror, nec animum alere. Sic scripta est in antiquioribus: *Cum in Sicilia hæreditatem sæpe hæreditasset, neque magnopere, &c.* Hæc videant studiosi: quid enim nocere possunt hic notata? Saltem ut considerent, quantum etiam antiqua exemplaria aliquibus locis depravata sint. *Victorius*. *In Sicilia Hera ædilitatem*

magnopere dixi esse nobis laborandum : quod nihilo magis ei liciturum esset plebejo rempublicam perdere, quam [f] similibus ejus me consule patriciis esset licitum. f sublimibus *MS.*
jam, cum se ille septimo die venisse a [9] freto, neque sibi obviam quemquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione jactasset : nihil ei novi dixi accidisse : ex Sicilia septimo die Romam : [10] tribus horis Roma Interamnam : [11] noctu introisse

troisse

tem se petere dictitasset.) Est Bosii, ex Decurt. a qua lectione non valde discrepat depravata hęc Tornęs. *heredilitatem sape heraditasset.* Junius vero dicit, *heri adilitatem se petere dictitasset*; germanam esse lectionem, quam proxime Bosius assequutus sit. Victorius ait scriptum in antiquiori suo, *hareditatem sape hareditasset, neque &c.* antea erat, *adilitatem sape dictitasset.* quam lectionem Manutius esse in Bessar. & Cavalc. mss. fatetur, cui abundare tamen videtur dictio, *sape*, etiamsi ferri posse confiteatur. *Cleric.* Fatigavit hic locus quoque Gerard. Joan. Vossium, ut patet ex libro de Vitiis sermonis pag. 98. ubi proponit sibi, quę Bosius, Alciatus, Manutius, Lambinus adduxerunt, ex se ipso nihil, ut solet. Me quod attinet; si Clodius tale quid dixisset, non opinor tanti esset, quod Cicero vel inconstantię crimine notaret, vel in senatu argueret. Inconstantia hęc sine dubio constitit in facto; inde risum captavit Cicero. Unice enim placet & pro vero habeo, quod Victorius in antiquioribus legi notat. *Cum in Sicilia hareditatem sape hareditasset*, quo alludit & Tornęsianus. Apparet enim ridicule sicilissitare (loquor cum Popma, sed sententiam hanc ejus ad verbum *hareditare* transfero) Ciceronem & Clodio, qui quęstoris nomine ac jure in Sicilia fuerat, objicere eum injuste invasisse alienas hęreditates; & ideo eum inconstantem esse, quod qui solitus esset in Sicilia petere hęreditates, in ea ratione non obduraret, sed jam Romę tribunatum peteret. Qui certe lusus est elegantissimus: & hinc novo commento Bosii ejecto, quod temere mihi videntur omnes nuperę editiones invadere, quum sit ineptissimę sententię, vetus reposui. *Hereditare* autem dixit, non *heredare*, ut quam sępe id fecerit, ostenderet. *Gronov.* Grevius edidit, *cum in Sicilia Hera adilitatem se petere dictitasset*, & conjicit pro *Hera* forte legendum *Himera*, aut *Hirro* prius perplacet.

9. *Frete.*) Siculo, quasi proprie fretum appelletur illud, quod est inter Siciliam, & Italiam ep. 4. lib. XVI. *Corrad.* Sic sępe *fretum* per excellentiam fretum Siculum scriptoribus Romanis notat. Flor. II, I. *Igitur victor Italia populus, cum a terra fretum usque venisset.* paulo post: *Appio Claudio Consule primum fretum ingressus est.* Grevius.

10. *Tribus horis Rema Interamnam.*) Designat illud tempus, cum Clodius, de sacris pollutis accusatus, quod noctu intrasset eo, ubi Vestales pro populo faciebant, apud judices testimonio Cassinii Scholę probavit, se, qua hora diceretur inter sacra deprehensus, Interamnę fuisse : quod tamen perspicue falsum intelligebatur:

troisse item ante: non esse itum obviam; ne tum quidem, t cum iri maxime debuit. quid quæris? hominem petulantem modestum reddo, non solum perpetua gravitate orationis, sed etiam hoc genere dictorum, itaque jam familiariter cum ipso v etiam cavillor, ac jocor. quin etiam cum candidatum x deduceremus, quærit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare? negavi. at ego, inquit, y novus patronus instituam. sed soror, 12 quæ tantum habeat consularis loci,

t quo *MS.*

v etiam *non est in MS.*

x *ita MSS. alii* deducerem.

y novos patronos *alii.*

tur: quia & Cicero eum, & multi eo die Romæ viderant, tribus horis ante horam deprehensionis, ut tum quidem Interamnæ esse Clodius non potuerit, nisi si tribus horis Roma Interamnam posset accurrere. quod cum minime posset, propter locorum majora intervalla; cavillans tamen Cicero, factum id a Clodio dicit, quia judicibus probare visus est, quoniam est absolutus. *P. Manut.*

11. *Noctu introisse item ante.*) Vulg. ita distinguitur, *noctu introisse. Item ante. Non esse &c.* Lamb. ait libros veteres non habere, *ante*: itaque putabat sic esse hunc locum legendum, *at tribus horis Roma Interamnam noctu introiisse. Item non esse.* Cleric.

12. *Quæ tantum habebat Consularis loci.*) Munera gladiatorum in foro dabantur: Consules autem, & alii magistratus gerentes, pro magistratus dignitate spatium habebant, ubi spectare possent sive amicis familiaribusque ad spectandum dare. Virgines item Vestales suum locum gladiatorium habebant, & consulum uxores qui magistratus petebant, soliti erant a propinquis & necessariis vel precario vel mercede magnam vim horum locorum impetrare, & hac liberalitate candidati multorum animos sibi conciliabant: cum nonnulli etiam nobiles viri in circo totas tabernas tribulium causa compararent. Decreto autem Marcii Tullii, liberi posterique Servii Sulpicii circum eam statuam, quæ illi quod ob rempublicam mortem obiisset, in Rostris erecta est, locum gladiatoribus, ludisque habebant quaqua versus pedes quinque. Cum igitur Clodius candidatus esset, petierat a sorore Clodia, Metello Celeti nupta, quæ multum haberet loci consularis, ut sibi aliquantum concederet. illa autem parum liberaliter ei visa est respondere, cum unum tantum pedem promisisset. de quo cum Cicerone questus responsum tulit, injuria illum de sororis uno pede queri. posse enim, cum ei commodum esset, etiam alterum pedem tollere. acerbo, sed lascivo nimis dicto, & parum gravitate dignitateque Ciceronis digno. Putabatur enim Clodius tres sorores stuprasse. Tollere autem pedem, figuram quandam Veneris designat. de qua Martialis intellexit, cum dixit: *Sustulit ille pedes, sustulit hic tunicam.* Sed & lib. 11. *Tolluntur que pedes, o medicina gravis.* Jocus igitur Ciceronis jam planus est. Sed cur primam vocem posterioris epigrammatis Martialis, quod adduxi, meo judicio depravatam, non corrigam? præsertim cum si recte cogites, omnem vim illius & elegantiam perturbet. nec enim *Hetericam*

loci, [13] unum mihi solum pedem dat. noli, inquam; de uno pede sororis queri: licet etiam alterum tollas. non consulare, inquies, dictum; fateor: sed ego illam odi male consularem. [14] ea est enim seditiosa: ea cum viro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio, quod eos [z] in hoc esse moleste fert. Quod de agraria lege quæris, sane [a] jam videtur refrixisse, Quod me quodam modo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas: nolim ita existimes, me mei præsidii causa cum illo conjunctum esse: sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte dessensio, maximas in republica discordias versari esset necesse. quod a me ita præcautum atque ita provisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem: sed ut ille

P. B. z mihi esse amicos mol. alii. a quam J. F. Gronov.

cam legi debet. Quis enim unquam audivit, Hictericos eo modo curari? falsum hoc profecto est, & a nullo unquam traditum: sed *Hystericam*. Sic enim appellantur mulieres, quæ vulvæ suffocationibus laborant, qua Venere curari notissimum est. Galenus libro sexto de Locis affectis, ἐγὼ δὲ θεασάμενος πολλὰς γυναῖκας ὑστερικὰς, ὡς αὗται τε σφᾶς αὐτὰς ὀνομάζουσι, καὶ τ' ἰατρίναι πρότεραι παρ' ὧν εἰκός ἐστιν ἐκείνας τοὔνομα, & cætera. Narrat autem in hoc epigramate maliriam Lædæ, quæ finxit se hystericam esse, ut non modo lubente, sed etiam jubente marito posset libidinem suam explere: exclamatque in tam facilem & suavem medicinam. Si autem *hictericam* legas, cum regius morbus nullo modo ea curatione indigeat, falsa & inepta totius epigrammatis sententia erit. nec enim ea ratione potuisset Læda vetulo marito imponere, & quod volebat, hoc artificio astute ab illo extorquere. *Victorius.*

13. *Unum mihi solum pedem dat.*) Scilicet quadratum. Colum. II. 10. lib. v. cap. 1. ubi homo duobus pedibus insistere possit. Lucian. Νεκυομαντ. ἐπειδὰν γὰρ ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον ποδὸς ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι πρὸς τὸ μέτρον συνεσταλμένον. *J. F. Gronovius.*

14. *Ea est enim seditiosa.*) Hoc est, rixosa, quæ semper tumultuatur domi, & cum viro & necessariis litigat. Sic seditio est tumultus domesticus, discordia inter conjuges & amicos. Terent. And. lib. v. cap. 1, 11. *Perpulisti me, ut homini adolescentulo in alio occupato amore, abhorrenti a re uxoria, Filiam darem in seditionem atque incertas nuptias.* Plaut. Amphit. lib. 11, cap. 16.

Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
Atque insimulabit eam probri. meus pater
Eam seditionem illi in tranquillum conferet.

Sic etiam ea vox accipitur apud Actuum Apostolicorum veterem interpretem, qui male reprehenditur hanc ob caussam a recentioribus. *Gravius.*

15. *In*

ille esset melior, & aliquid de populari levitate deponeret: quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo scito gloriosius, quam de suis prædicare, sibi enim bene gestæ, mihi conservatæ reipublicæ dat testimonium. b hoc facere illum, mihi quam c prosit, nescio: reipublicæ certe prodest. Quid, si etiam Cæsarem, cujus nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem? d num tantum obsum reipublicæ? quin etiam, si mihi nemo inideret; si omnes, ut erat æquum, faverent: tamen non minus esset probanda medicina, quæ sanaret vitiosas partes reipublicæ, quam quæ exsecaret. nunc vero, cum equitatus ille, quem ego [15] in clivo Capitolino, te signifero ac principe, collocaram, senatum deseruerit: nostri autem principes digito se cœlum putent attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, e alia autem negligant, nonne tibi satis prodesse videor, si perficio, ut nolint obesse, qui possunt? nam Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego: sed tamen ille, optimo animo utens & summa fide, nocet interdum reipublicæ. dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli fæce, sententiam. quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit? censuit hoc Cato. assensit senatus. f Equites curiæ bellum, non mihi. nam ego dissensi. quid impudentius publicanis renuntiantibus? fuit tamen, retinendi ordinis causa, facienda jactura. restitit & pervicit Cato. itaque nunc, consule g in carcere incluso, sæpe item seditione commota, aspiravit nemo eorum, quorum ego concursu, itemque consules, qui post me fuerunt, rempublicam defendere solebant. Quid ergo? istos, inquies, mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis, atque etiam servis h serviamus? sed, ut tu ais, ἄλλῃ σπουδῆς. Favonius meam tribum tulit honestius, quam suam Luc-

b hęc *MS.* c profuit *Vict.* d non tamen *alii.*

e *alii* alii.

P. XXIII. f Equiti *Vict.*

g in *deest in MS.*

h *alii* serviemus.

15. *In clivo Capitolino.*) In æde Concordiæ, ad radices assurgentis Capitolii. qua in æde consul Cicero senatum consuluit, quid de conjuratis deprehensis statuendum videretur; cum etiam equites Romanos adhibuisset. quod initium fuit ejus concordiæ, quæ inter equites, & senatum est consecuta; ut supra docuimus ep. 16. lib. 1. *P. Manut.*

16. *In-*

Lucceji perdidit. accusavit Nasicam [16] inhoneste, ac ([17] modeste tamen dicit) ita [i] ut Rhodi videretur molis potius, quam Moloni, operam dedisse. mihi, quod defendissem, leviter succensuit. nunc tamen petit iterum reipublicæ causa: Lucceius quid agat, scribam ad te, cum Cæsarem videro, qui aderit biduo. Quod Sicyonii te lædunt; Catoni, & ejus æmulatori attribuas Servilio. quid? ea plaga nonne ad multos bonos viros pertinet? sed [k] si ita placuit, laudemus; [l] deinde in [m] discessionibus soli relinquamur. Amalthea mea te expectat, & indiget tui. Tusculanum & Pompejanum valde me delectant; nisi quod me, illum ipsum vindicem æris alieni, ære non [n] Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. In Gallia speramus esse otium. Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta. & tamen, quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pomponia nuntiari jussit, te mense Quintili Romæ fore. id a tuis litteris, quas ad me de [o] accessu tuo miseras, discrepabat. Pætus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos frater suus reliquisset, mihi donavit. hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, [p] ut conserventur, [q] & ad me perferantur. hoc mihi nihil potest esse gratius: &, cum Græcos, tum vero di-

i aut *MS.*
k si *non est in MS.*
l *alii.* ne.
m dissensionibus *MSS.*
n Corintheo *Grav.*
o *alii.* cessu, *aut* censu. *Grav.* decessu. P. B.
p ut & *MSS.*
q *quatuor seqq. voces delet Iun.*

16. *Inhoneste.*) Cum non haberet, quod in Nasicam dicere posset. turpiter igitur, & inhoneste accusavit. est autem hic, ut opinor, Scipio ille, quem Q. Metellus Pius adoptavit cui Nasicæ cognomen fuisse, ob eam caussam crediderim, quia & pater ejus, ut scripsit Dio, & avus, & proavus & atauus Nasicæ dicti sunt. consul fuit cum genero suo Pompejo Magno. *P. Manut.*

17. *Modeste tamen dicit.*) Commode Bosium legere agnoscit Junius; vulg. *dixit*, quam scripturam dextre explicat Turnebus lib. xxx. cap. 13. Malasp. legendum censebat, *ac tam modeste dixit*, cujus conjecturam ut non damnare, ita nec probare audet Lambinus. *Cleric. At modeste tamen dicit.*) Pugnare hæc prope videntur: tamen eo ipso lepida sunt & inexspectata. modeste enim dicere laudem nullam habet in oratore: minus in accusatore, quem vehementem, acrem, exertum & pugnacem esse oportet. nasus igitur modestiæ verbo subest, cum quadam tamen laudis simulatione, quod modestia in hominum vita laudi ducatur. significat igitur eum frigidum & malum accusatorem fuisse. Turneb. Advers. lib. xxx. cap. 13. leg. (*inhoneste, ac modeste tamen dixit*) *ita ut Rhodi*, hoc est, accusavit Scipionem, qui postea socer factus est Cnei Pompeji Magni, temere, nulla cum laude & gloria, specie tamen laudandi hominem vituperavit. *J. F. Gronov.*

18. *Ad*

diligenter Latinos ut conserves velim. tuum esse hoc munusculum putabo. [18] Ad Octavium dedi litteras: cum ipso nihil eram locutus. neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam: [19] neque te in tocullionibus habebam. sed scripsi, ut debui, diligenter.

EPI-

18. *Ad Octavium.*) Videamus, Octavius hic qui sit, & qua de re agatur: quod arbitror non omnibus patere. Hoc tempore Asiam regebat Q. Cicero, Macedoniam C. Octavius. de quo his verbis in ep. 2. lib. 1. ad Q. fratrem: *Et mediocri me dolore putas affici, cum audiam, qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus C. Octavius?* sic enim legimus, non *Cn.* ut patet ex infrascripto lapide, & Svetonius in Augusti vita: *Octavius pater, ex pratura Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci, & Catilina manum, Thurinum agrum tenentes, in itinere delevit, negotio sibi in senatu extra ordinem dato. provincia prafuit non minore justitia, quam fortitudine. namque, Bessis, ac Thracibus magno prælio fusis, ita socios tractavit, ut epistola M. Ciceronis exstent. quibus Quinctum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asia administrantem, hortatur & monet imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium.* Macedoniam igitur administranti commendari Atticus cupiebat; cum in ea provincia negotiorum quiddam haberet: ideoque & C. Antonio, eandem provinciam ante Octavium regenti, Cicero eum litteris commendaverat, Fam. lib. v. ep. 5. *P. Manut.*

19. *Neque te in Decurionibus habebam.*) Sic vulgati habebant. manuscripti *Toculionibus*, quemadmodum & nos etiam scripsimus, depravate omnino (ut puto) sed tamen tali rectæ & sinceræ lectionis vestigio, ut nunc possit vel intelligi obscura & inaudita vox, vel industria studiosorum restitui. Nos sane nihil de illa compertum habemus. quiddam de usuris præ se ferre videtur, quas Græci τόκους appellant. putamus tamen quæ nobis ignota sunt, ea doctioribus hominibus, & qui plura legerint, percepta esse. quare nolumus committere, ut nostra hujus rei ignoratio aliis noceret. miramur tamen non esse contra ipsam adpositum asteriscum. Statueramus enim, donec alicujus eruditioris opera & ingenio magis declararetur, notam illi hanc appositam esse, ut suspectæ & inquinatæ. vulgatam lectionem existimamus nos falsam esse, & ab aliquo suppletam eorum, qui omnes obscuriores voces tanquam scopulum fugiunt: dumque omnia Ciceronis vulnera occulere student, faciunt ut nequant ea remedia adhiberi, quibus acri judicio viri possent has quandoque Ciceronis plagas sanare. nobis certum est, hos nullo pacto imitari. Decuriones tenuissimus in Italiæ municipiis magistratus erat. Quid igitur hoc ad Atticum? Videtur potius, ut suspiciones omnes nostras ingenue proferamus, tale ejus negotium innuere, quod parum honestum & ingenuum esset. Sed de tota hac re aliis doctioribus statuendum relinquimus. *Victorius. In tocullionibus.*) Sic restituit Adrian. Turnebus lib. xxx. cap. 13. tocullio autem pusillum fœnera-

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

CURA, amabo te, Ciceronem nostrum. 20 ei nos θεῖοι videmur. 21 Πελληνικίων in manibus tenebam. & hercule 22 magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. O magnum hominem! & a quo multo plura didiceris, quam de r Procilio. 23 Κορινθίων, & r Procillio alii.

ratorem significat. τόκος fœnus est. τοκύλλιον fœnusculum. τοκυλλίων pusillus, seu minutus fœnerator. Sic autem habent nostri libri veteres: in his Turnæsianus. *Lambin.*

20. *Ei nos θεῖοι videmur.*) Patrui, & ob id nimis severi, quales ferme sunt patrui omnes. Proverb *patruus ne sis.* tu vero avunculus facilis, & indulgens. *Corrad. Ei nos θεῖοι videmur.*) Hic aliquid mendi latet, siquidem scripti libri ab impressis dissentiunt. In eo qui Bessarionis fuit perspicue legitur, *cura amabo te Ciceronem nostrum, ἐπολέσαι videmur;* in alio, *cinos θεῖοι videmur.* Ex depravatæ hujus veteris scripturæ vestigiis, *cura amabo te, ciceronem nostrum* CINOS CUNOCTIN *videmur*, conjicit legendum Muretus; *C. a. te C. n. cui nos συνοσεῖν videmur.* consulatur lib. I. Variar. lectionum cap. 20. *Cleric.*

21. *Πελινικίων in manibus tenebam.*) Πελινικίων πολιτείαν, Pelinæorum Remp. scriptam a Dicæarcho, qui τριπολιτικὸν scripsit ep. 32. lib. XIII. sicut Aristoteles πολιτείας τῶν πόλεων centum quinquaginta octo libris est complexus. Diogen. Pelinæi vero appellati videntur a monte, quem πελίνναιον vocat Strab. lib. XIV. & Pellenæum Plin. lib. V. cap. 31. al. πελλινικίων, recte nisi decipimur Strab. lib. VIII. Plin. lib. IV. cap. 5. & Aristoph. interpres in Avib. *Corrad.* Πελινικίων.) Lege Πελληνικίων geminato Λ. & per H. a Pellana Achæorum urbe, quæ Isthmum ingressis, post agrum Sicyonium, prima occurrebat: de qua Strabo, Thucydides: Pausanias, Ptolemæus. Fuit & ibidem vicus ejusdem nominis, a quo Pellanicæ chlenæ: quarum præstantia fecit, ut victorius, ut ait Esychius, darentur: de quibus Strabo, ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ αἱ Πελληνικαὶ χλαῖναι. ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι. *Malasp.*

22. *Magnum acervum Dicæarchi.*) Magnum scilicet acervum librorum Dicæarchi, de quo Cic. lib. VI. ep. 2. Suid. & Varr. I. cap. 2. de Re Rust. *Corrad. Magnum acervum Dicæarchi extruxeram*, est magnam partem legendo evolveram. ex ratione legendi volumina, de quibus quod legissent in contrariam partem convolutum ante se demittebant. Vide me ad Senec. ep. 46. *J. F. Gronovius.* Vide de Dicæarcho Gerh. Voss. de Hist. Græc. lib. I. cap. 9. & Joh. Jons. de script. Hist. Philosoph. lib. I. cap. 16. *Grævius.*

23. *Κορινθίων & Ἀθηναίων.*) Πολιτείας. Corinthiorum, & Athenien-

& Ἀθηναίων puto me Romæ habere. 24 mihi credes; leges; hæc doceo; mirabilis vir est. Ἡρώδης, 25 si homo esset, eum potius legeret, quam unam litteram scriberet, s qui me epistola petivit; ad te, ut video, cominus accessit. conjurasse mallem, quam restitisse conjurationi, si illum mihi audiendum putassem. 26 De Lollio sanus non es. de t Vinio laudo. Sed heus tu, ecquid vides kal. venire; 27 Antonium non venire? judices

s quin *MS.*

t vino *MSS.*

niensium Respub. ab eodem Dicæarcho scriptas. nam præter τριπολιτικὸν, & reliqua id genus, scripsit etiam περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου. Athen. lib. XIII. & sermonem Corinthiorum tribus libris exposuit. Tuscul. I. *Corrad.*

24. *Mihi credas, leges.*) Pantagathus legebat, *mihi Herodes: lege hos duos.* paulo post, pro, *lollio & vinio*, in manuscriptis libris est, *oleo* & *vino*. Ursinus. *Mihi credes, leges? hac doceo.*) Bosii sunt ex Decurr. Antea legebatur, *mihi Herodes, lege;* vel, *mihi heredes &c.* Pantagathus legebat: *mihi Herodes; lege hos duos.* Justus Lipsius lib. IV. epist. quæst. cap. II. propius ab scriptura discedens, emendat: *mihi credesis. lego hoc otio. mirabilis &c.* Lamb. Malasp. fidem sequutus, qui partim *mihi credas*, partim *mihi credes*, scriptum esse in suis libris testatur (quomodo & nonnulli Memm. & Tornæs. ipsi legunt) edendum curavit, *mihi credas legendus est.* Manutius etiam confitetur, Ducis Urbinatis librum habere, *mihi credes.* quidam doctus sic legendum arbitratur: *mihi Herodes cum hoc legendus est.* Mavult quidam alius sic: *mihi hic, non Herodes legendus est.* Licet etiam legere, *mihi crede, legendus est*, ut olim ediderat Lambinus. *Cleric.* In nonnullis libris veteribus est. *Mihi credis; lege te hoc doceo:* quæ scriptura forte an retinet vestigia sinceræ lectionis. *Mihi credas* (λέγω δὲ ὡς δοκέω) *mirabilis vir est.* *Mihi credas* ellipticῶς & desideratur *velim*, ut ep. 13. *credas mihi velim*, Popma. Emendo: *mihi credesis, lege hoc otio. mirabilis vir est.* Ait, *hoc otio*, quia Atticus hoc tempore in Epiro. J. Lips. IV. Epist. Quæst. II. Forte legendum: *Mihi credes, leges hac de eo*, hoc est, de ejus operibus. *J. F. Gronov.*

25. *Si homo esset.*) Si saperet, si humanum sensum haberet. Inferius lib. IV. cap. 15. *Si vis homo esse recipe te ad nos.* Terent. Adelph. lib. V. cap. 8, 11. *Si tu sis homo, hic faciat.* Idem.

26. *De Lollio sanus non es: de Vinio laudo.*) Hæc emendatio placet Manutio: cum antea legeretur *vino*. Alii legunt *de oleo sanus non es; de vino laudo*, quæ restitutio secundum Fulvianos debetur libris Palatinis. *Cleric.* Quum & Helmæstadianus & Balliolensis accedant earum membranarum cohorti, quæ præfert *vino*, ut habent fere omnes, inde corrigendum videtur *Virio*. Hoc etiam erat hic notandum, præter id, quod protuli ad lib. I. cap. 17. *Gronov.*

27. *Antonio non venire.*) Apparet Antonium ex hoc loco, triennio provinciam tenuisse, cum in eam ex Consulatu profectus fuerit, redierit autem Q. Metello Celere, L. Afranio Coss. quo anno

dices v cogi ? nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se judicem, qui non affuerit, 28 compellaturum. velim tamen, si quid est de Antonii adventu, quod audieris, scribas ad me: & quoniam huc non venis, cœnes apud nos utique pridie kal. 29 cave aliter facias. Cura, ut valeas.

v coegi *MS.*

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

P.XXIV.

30 PRIMUM, ut opinor, εὐαγγέλια. 31 Valerius absolutus est Hortensio defendente. id judicium x K. Atilio

x Calatino *Lamb.* *alii aliter.*

no hæc epistola scripta est, circiter Kalendas Quinctiles. Quod ei obtigisse arbitror, adjuvante Cicerone. Nam ut scribitur libro primo, *prodromi Pompejani nuntiabant, Pompejum aperte acturum, Antonio succedi oportere*. Successum tamen non est, defendente ut diximus M. Tullio. Ita enim ad Sextium, Antonii tum quæstorem: *Antonium, etsi omnes ejus in me officia desiderant, tamen in Senatu gravissime ac diligentissime defendi: senatumque vehementer oratione mea atque auctoritate commovi*. Malasp.

28. *Compellaturum.*) Male Manutius exponit, evocaturum, coacturum. Est enim accusaturum, ejus nomen delaturum. Svet. Jul. 17. *Eodem Novium Quæstorem, quod compellari apud se majorem potestatem passus esset*. Cælius in lib. VIII. ad Fam. ep. 12. *Compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant*. Cic. pro domo sua: *Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur*. Grævius.

29. *Cave aliter facias.*) Sic Aristoph. in Avib. Μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃ. & Plat. lib. I. de Rep. ἀλλὰ μένετε, καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖτε. & videtur ex ambiguo dictum hoc modo, cave aliter facias, cœnes omnino: vel cave aliter facias, ne venias, nam dixerat, non venis. *utique* vero eleganter ponitur, ut ep. 4. lib. IV. *Corrad.*

30. *Primum, ut opinor, evangelia.*) Isocrates in Areopagitico, ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν. *Ursinus*.

31. *Valerius absolutus est.*) L. Val. Flaccus, pro quo extat orat. Hortensii ep. 10. lib. I. *Corrad. Valerius.*) M. Valerius Messala Niger, qui superiore anno Consul cum Pisone fuerat, & P. Clodio strenue restiterat, ut libro I. sæpius demonstratum. *Junius. Valerius absolutus.*) An est ille Valerius Flaccus, qui non multo post Bibulo & Cæsare Coss. est accusatus, & ab Hortensio & Cicerone defensus? an M. Valerius Messalla, qui superiore anno Cos. fuerat cum M. Pisone. Neutrum puto: quia uterque solo cognomine appellatur, Messalla lib. I. Flaccus ep. ult. hujus libri. Forte est L. Valerius Jurisconsultus, cujus cognomen nullum exstat. meminit ejus Fam. lib. I. ep. ult. lib. III. ep. I. & lib. VII. ep. 12. ut unius ex suis domesticis atque intimis familiaribus. Ideo me

Atilio condonatum putabatur: & 32 Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. etenim y mihi 33 caligæ ejus, ut 34 fasciæ cretatæ, non placebant. quid sit, sciemus, cum

y mihi *deest in MS.*

hic ait, quia illum absolutum significat, sibi deberi ab Attico præmium, quod dari solet lætum adferenti nuntium. *Popma.*

32. *Epicratem suspicor.*) Pompejum vocat Epicratem quasi potentem, omnia tenentem in rep. eundem lascivum; quod in vestitu se inaniter efferret, cum caligis in urbe tamquam imperator in bello pedes indueret fasciis creta dealbatis instar diadematis crura obvolveret. Quam lasciviam in eo notavit Favonius illo dicto, *Non refert qua in parte corporis diadema geras*, ut scribit Valerius lib. VI. cap. II. de fasciis cruralibus plura dixi ad Varronis Logistoricum Catonem. *Popma.* Imo *lascivum* est protervum, vel petulantem fuisse in judicibus urgendis ut absolverent. *J. F. Gronov.*

33. *Caligæ.*) Militares, quibus domi, in urbe, in pace utebatur, aut populari serviens, ut lib. I. ep. 16. De *fasciis cretatis* exstat Favonii dictum apud Valerium Max. lib. VI. cap. 2. *Junius.* Verius videtur *mihi caligæ ejus non placebant*, mihi non placebat, quod milites multos circa se haberet. *J. F. Gronov.* Hæc magni doctoris mei sententia mihi summopere probatur. Juven. Sat. ult. *offendere tot caligas tot Millia clavorum.* hoc est, tot milites. Sic Seneca ait: *Marium a caliga ad consulatum perductum*. Grævius.

34. *Ut fasciæ cretatæ.*) Ita mihi non placebant ejus caligæ, ut ante cretatæ fasciæ non placuerant. Romani veteres, qui valetudine infirma erant, fasciis crura tegebant: alioqui notabantur ut lascivi quod Quinctiliani verbis intelligitur. ait enim lib. XI. *Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiuntur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo.* Et Svetonius nuda crura fuisse ostendit, cum ait in Julio: *Ut animadvertit, undique se strictis pugionibus peti; toga caput obvolvit; simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit; quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.* Suffragatur illud Plinii apud Quinctilianum, demissa ad talos toga Ciceronem usum esse, ut varices tegeret. Propterea Clodio, quod fasciolis purpureis ob lasciviam uteretur, in oratione de haruspicum resp. Cicero objicit. Quamquam non hic Pompeji lasciviam in fascis carpit Cicero, sed in colore: cum addit, *Cretatæ*: quod est, candidæ. qui color, ut ait Isidorus, *quodam creta genere dabatur: unde Cretata fascia*, & apud Martialem *Cretata mappa*. Nam, quod ad fascias attinet, valetudine Pompejus excusabatur: nec id ignotum Ciceroni fuisse credibile est. habebat enim ulcus in crure: itaque fascia necessario utebatur. ulcere sanato, fasciam deposuit. At Cicero fascias nominat. Id quidem amplificandi gratia, ut sæpe: cum re vera unam fasciam significet. Hæc autem simul omnia, de ulcere, de fascia, eaque non semper, sed aliquandiu gestata, probabo historia teste. Ammianus Marcellinus lib. XVII. *Duo*, inquit, *hæc observarunt in Pompejo Magno, ludibriosa, & irrita, quod genuino quodam more caput digito uno scalpebat, quodque aliquandiu, tegendi ulceris caussa deformis, fasciola candida crus colligarat: quorum alterum factitare ut*

cum veneris. Feneſtrarum anguſtias quod reprehendis; ſcito te Κύρου παιδείαν reprehendere. nam, cum ego idem iſtuc dicerem; Cyrus ajebat, 35 viridariorum διαφάσεις

ut diſſolutum, alterum ut novarum rerum cupidum aſſerebant, nihil intereſſe oblatrantes, argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimiret regiæ majeſtatis inſigni. Nec vero Valerius Max. de faſciis crura veſtientibus, ſed de faſcia crus ægrum alligante, lib. VI. cap. 2. locutus eſt. *Pompejo*, inquit, *candida faſcia crus alligatum habenti. Favonius, Non refert, ait, qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* Regnum enim inſigne, diadema erat, id eſt, faſcia, qua frontem alligabant. Laſciviam igitur Pompeji Cicero notavit in colore potius, quam in faſcia: rerum novarum cupiditatem Favonius in faſcia potius, quam in colore: vel in utroque pariter: quando & regium diadema candidum erat. *P. Manut.*

35. *Viridariorum διαφάσεις latis lum.)* Sic locus hic antea corruptiſſime legebatur. Nos auxilio noſtri antiqui codicis illum emendaſſe nobis videmur: *Cyrus ajebat radiorum διαφάσεις.* hoc ſenſu: cum idem mihi quoque quod tibi videretur, rem cum Cyro contuli. ille autem affirmabat, radiorum διαφάσεις latis luminibus non tam eſſe ſuaves. qua de cauſa non poſſunt reprehendi feneſtrarum anguſtiæ. Erat autem Cyrus architectus, quod etiam ex epiſtola ad Trebatium manifeſto colligitur: ait enim: *Chryſippus Vettius Cyri architecti libertus, fecit ut te non immemorem putarem mei.* Ratione igitur ductus Cyrus, anguſtas feneſtras fecerat. cum enim videre noſtrum fieri κατὰ ἀκτίνων ἔκχυσιν ϗ προπτῶσιν crederet, judicabat radiorum ipſorum exitus & tranſparentias (ut vulgo appellant) per anguſtas feneſtras magis ſuavis eſſe: in quo non fallebatur. ſiquidem cum ſemper ſe radii magis aperirent, & in laxius ſpacium ex anguſtis meatibus effunderentur, tamquam recreabantur; & ita jucundiorem aſpectum efficiebant. Lumina autem appellat feneſtras; & omnia foramina per quæ lux domum ingreditur. Atticus autem, qui putabat διὰ τῆς τῶν εἰδώλων ἐμπτώσεως viſionem noſtram effici (delectabatur enim ratione & ſententiis Epicuri) recte putabat erratum eſſe in feneſtrarum anguſtiis. videbat enim ſimulacra, quæ a rebus a nobis viſis diſcedunt, ad oculoſque noſtros perveniunt, ſi per anguſta lumina tranſirent, neceſſario laboratura in anguſtiis illis, idque nobis inſuaviorem illarum rerum aſpectum efficere debere: ideoque illas improbabat. Laudandus igitur eſſet an vituperandus Cyrus, ex eo pendebat, utra verior eſſet ratio & opinio de origine ac cauſa noſtræ viſionis. Nam ſi Democriti & Epicuri ſententia recta eſſet, non poterat ille culpam effugere. ſi autem Academicorum opinio, nihil peccaverat. Cicero autem quaſi opinionem Democriti confutaverit; inquit: *Nunc ſit lepide illa ἔκχυσις radiorum.* Sic autem & Ariſtoteles loquitur, poſt quam opinionem aliquam alicujus falſam eſſe docuit. nam quaſi ſenſui illam repugnare oſtendere volens, infert & ipſe *Nunc:* quaſi manifeſtum jam ſit, rem illo modo ſe habere non poſſe, & abſurdam

φάσεις latis luminibus, non tam esse suaves. etenim ἔσω ὄψις μὲν, ἡ α τό δε ὁρώμενον, β, γ. αὐπῖνες δέ, δ, καὶ ε. vides enim cetera. nam κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde z laborarent εἴδωλα in angustiis: nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorum. cetera si reprehenderis, 36 non feres tacitum, nisi quid erit ejusmodi, quod sine sumptu corrigi possit. Venio nunc ad mensem Januarium, & ad a ὑπόστασιν nostram, ac πολιτείαν. 37 in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον. sed tamen ad extremum,

z laborant alii.

a alii καλάσκεψιν.

esse, & convictam opinionem illam, libro tertio de Anima: διὸ οὐδὲ μεμίχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι. ποιός γὰρ ἄν τις γίγνοιτο θερμὸς ἢ ψυχρος, κἂν ὀργανόν τι εἴη, ὥσπερ τῷ αἰσθητικῷ. νῦν δὲ οὐδὲν ἐστιν. & lib. 1. περὶ οὐρανοῦ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπ' ἄλλου φέρεται αὐτῶν τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, οὐ δὲ βίᾳ ὥσπερ τινές φασιν τῇ ἐκθλίψει. βραδύτερον γὰρ ἂν ἐκινεῖτο τὸ πλεῖον πῦρ ἄνω, καὶ ἡ πλείων γῆ κάτω, νῦν δὲ τοὐναντίον. Eodem dicendi modo utitur persæpe Lucretius, ut lib. 1. cum incommoda ostendisset, quæ sequerentur, si res e nihilo orirentur, subjecit: *At nunc seminibus quia certis quaque creantur, &c.* & eodem lib. *At nunc per mare per terras, sublimaque cæli, &c.* Victorius. Omnes libri veteres partim habent, *viridariorum*, partim, *viridiorum*. Ego *viridariorum* seu *viridiorum*, probo: nam vulgata lectio corrupta est. *Lambin. Viridariorum* διαφάσεις.) Ita scribit Bosius fidem sequutus omnium suorum mss. Libros veteres partim habere *viridariorum*, partim *viridiorum*, testatur Lambin. ipse legit *v.* διαφάνσεις. Vulgata lectio, *Cyrus ajebat radiorum* διαφάσεις, est a Victorio, qui ita emendavit, quum prius corruptissime legeretur, *Gyrus agebatur viridiorum* αἰ διαφάσεις. consulatur & Petrus Pithœus. lib. 11. Adverf. subsec. cap. 18. *Clerc.* & Salmasius ad Julii Capitolini Gordianum.

36. *Non feres tacitum.*) Respondebo, & par pari referam ut Stoicus, vel Academicus. *Corrad.* Non reticebimus, tibi repugnabimus. Ferre aliquid tacitum dicitur, qui dicit vel facit aliquid animadvertendum, quod tamen homines silentio transmittunt. Plaut. Asin. lib. iv. cap. 2. *Suspendas potius me, quam tacita hac tu auferas.* Liv. lib. 111. *Ferro hinc tibi summovendus sum Appi, ut tacitum feras, quod celari vis.* Id. lib. 1. cap. 50. *Ne id quidem ab Turno tacitum tulisse ferunt.* Dicitus quis *tacitum ferre* dictum vel factum, cui nemo reclamat & obmurmurat. *J. F. Gronov.*

37. *In qua* Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον.) Cum Græca vox hic desideraretur, post adverbium illud Σωκρατικῶς, excusi omnes nespatium quidem habebant, quo ipsa recipi posset: stulto omnino consilio illorum, qui id commiserant. dum enim se omnes maculas delevisse ambitiose ostendere volunt, omniaque manca loca supplesse, membra illa, quæ vitiata sunt, occulunt, aut resecant: cum melius meo judicio facerent, si quæ ipsi vulnera sanare nequeunt, non tangerent, aut peritiores medicos in consilium adhiberent. Magis prudenter & ingenue se in hoc Germani gesserunt,

mum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν est res sane magni consilii. nam aut fortiter resistendum est legi agrariæ; in quo est quædam dimicatio, sed plena laudis: b aut quiescendum; quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium, aut etiam adjuvandum; quod a me ajunt Cæsarem sic exspectare, ut non dubitet. nam fuit apud me Cornelius; hunc dico Balbum, Cæsaris familiarem. is affirmabat, illum omnibus in rebus meo & Pompeji consilio usurum daturumque operam, ut cum Pompejo Crassum conjungeret. Hic sunt hæc, conjunctio mihi summa cum Pompejo; si placet, etiam cum Cæsare; 38 reditus in gratiam cum inimicis, pax cum

q ad MSS.

P. R.

runt, qui antiquam scripturam majoribus quidem illam conscriptam literis, depinxerunt, ut in priscis exemplaribus invenerant, quibus characteribus nos valde similes, vel potius æquales in nostro antiquiore libro invenimus. iis autem diligenter sæpiusque consideratis, putavimus nihil aliud posse significare, quam εἰς ἑκάτερον. vel aliquis ea accuratius vestigia examinet. Nos eo animo sumus, ut meliori semper judicio acquiescamus. Hanc autem esse existimo hujus loci sententiam, in qua πολιτείᾳ nostra more Socraticorum in utramque partem copiose disserui, deinde ad extremum τὴν ἀρέσκουσαν, id est, sententiam quam magis probabam, confirmavi scilicet, & secutus sum. Sic etiam fecit Cicero, cum sententiæ in Lentulum & reliquos conjuratos dicerentur. post enim sententiam a C. Cæsare dictam, inquit Plutarchus Ciceronem multa verba fecisse, partim sententiam D. Syllani reliquorumque qui eum secuti fuerant confirmans, partim ultimam C. Cæsaris. quo etiam loco sic loquitur Plutarchus, ut nos hic emendavimus. ut idem locus exemplum nobis sit, morem hunc habuisse Ciceronem, etiam in senatu in utramque partem disserendi, & modi illius dicendi, cum etiam illo Græci, cum hoc exprimere volunt, utantur. Est autem hic οὔσης δὲ τῆς γνώμης ἐπιεικοῦς, καὶ τοῦ λέγοντος εἰπεῖν δυνατωτάτου, ῥοπὴν ὁ Κικέρων προσέθηκεν οὐ μικράν. αὐτός τε γὰρ ἀναστὰς ἐνεχείρισεν εἰς ἑκάτερον, τὰ μὲν τῇ προτέρᾳ, τὰ δὲ τῇ γνώμῃ Καίσαρος συνειπών. *Victorius.*

38. *Reditus in gratiam: cum inimicis pax, cum multitudine.)* Aliter distinguitur vulgo, *reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine.* Cleric. *Reditus in gratiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis otium.*) Sic bene Manutius aliique distinguunt. Victorius autem sic interpungit: *Cum Cæsare reditus in gratiam; cum inimicis pax; cum multitudine senectutis otium.* quem sequuntur Bosius fere & Gruterus sed veterum editionum scriptura non est sollicitanda. Hoc enim volebat Cicero se reconciliari posse cum Cæsare, si velit, & hac conjunctione placare, quorum odium in consulatu suo in se concitaverat; plebem quoque hac ratione sibi faventem reddere, quæ Cæsari sit addictissima, si nolit ad-

cum multitudine, senectutis otium. sed me [39] κατάτασις mea illa commovet, quæ est in libro III.

Interea cursus, quos prima a parte juventa,
Quosque ideo consul virtute, animoque petisti,
Hos retine, atque auge famam, laudesque bonorum.

Hæc mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa præscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis videatur

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

sed hæc [40] ambulationibus Compitalitiis reservemus. Tu pridie Compitalia memento. balineum calfieri jubebo: & Pomponiam Terentia rogat; matrem adjungemus. [41] [41] Θεοφράστου περὶ [c] φιλοτιμίας affer mihi de libris Quinti fratris.

c φιλομαχθίας alii. φιλαυτίας Gronov.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

FECISTI mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti; ex quo quidem ego (quod inter nos liceat [d] dicere) millesimam partem vix intelligo. pro eo tibi præsentem pecuniam solvi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres. At quoniam nummorum mentio fa-

d dicere deest in MS.

adversari legi agrariæ, & hic tutam & tranquillam sibi promittere senectutem. *Gravius.*

30. Κατατασις.) Legebatur in omnibus Bosii κάτασις, unde reposuit κατάτασις Lambinus assentitur Turnebo legendum existimanti κατακλεῖς Mureti liber *pecis* habet, unde facit ῥῆσις lib. XIV. Var. Lect. cap. 8. Vulg. κατάκρισις Cleric.

40. *Ambulationibus compitalitiis.)* Quia scripserat Atticus, se pridie Compitalia cum eo futurum, Compitalibus igitur, dum alii ludis operam dabunt, nos hæc ambulantes conferemus. De die compitalitio Macrobius lib. I. Sat. Varro de Lingua Lat. Cicero in Pisonem, & hic lib. VIII. ep. 7. *P. Manut.*

41. Θεοφράστου περὶ φιλομαχθίας *affer mihi de libris Quinti Fratris.)* Titulus libri Theophrasti, in antiquo nostro codice deminutus est. sic enim in eo legitur, ΠΕΡΙ ΦΙΔΟΤΕΙΑΣ, ut alii aliis modis emendaverint. ut cuique enim videre licet, parva permutatione variis modis restitui potest. sed omnino divinare aliquantulum oportet. Nos περὶ φιλοτιμίας scripsimus. scimus enim ex ipsius vita, illum hoc titulo librum edidisse, nec tamen id affirmamus: sed in malis, quod magis verisimile visum est, id secuti sumus. *Victorius.*

42. Qua

facta eſt; amabo te, cura, ut cum Titinio, quoquo modo poteris, tranſigas. ſi in eo, quod oſtenderat, non ſtat; mihi maxime placet, ea, [42] quæ male empta ſunt, reddi, ſi voluntate Pomponiæ fieri poterit: ſi ne id quidem, nummi potius [e] reddantur, quam ullus ſit ſcrupulus. valde hoc velim ante, quam proficiſcare, amanter, ut ſoles, diligenterque conficias. Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem? [43] velim, Syſpiræ conditio-

e addantur *Manut. Grav.*

42. *Quæ male empta ſunt*. Hoc eſt, quæ care empta ſunt. Sic *male empta ædes* apud Plaut. Moſtell. Lib. III. cap. 2. *ſunt care empta*. Ovid. I. Am. Eleg. X. *Pro male conducto gratia nulla thoro*. Contra *bene emere* eſt vili. Cic. lib. XII. ad Atticum lib. XXIV. *Sed quanti quanti, bene emitur quod neceſſe eſt*. Cicero apud Sueton. Jul. 50. *quo melius emptum ſciatis, tertia deducta eſt*. Grævius.

43. *Velim Syrpiæ conditione*. Olim excuſi libri ſic ſcriptum habebant. alii *Scire conditiones* caſtigarunt: neſcio quam bene. Nos, *Syrpia conditione*: quod & in cunctis manuſcriptis invenimus, & Germani etiam adnotarunt. Cum tamen locum corruptum eſſe arbitrer (mihi certe ignotus eſt) ideo contra eum notam, qua depravatos locos indicamus, adponi volebamus, quæ vitio librariorum duobus verſibus antepoſita eſt. doctiores hunc locum accuratius videbunt, quia antiquiorem ſcripturam minus inquinatam eſſe putavimus: faciliuſque ea duce in ſinceram lectionem perveniri poſſe confidimus, ideo eam retinuimus. *Victorius*. In uno MS. eſt, *velim Suriam facile patior*. in altero, *velim ſcire conditiones, facile patior*. Urſin. *Syſpiræ conditione*.) Conjectura eſt Boſii, ex corrupta lectione *Syſpria*. Antiquus vero liber Beſſarionis, *Syrpæ conditiones*, habet, Urſinus ait in uno mſ. eſſe, *velim ſuriam facile patior*; in altero, *velim ſcire conditiones. facile patior*: ſed poſtremam hanc lectionem, caſtigationem eſſe quorundam teſtatur Victorius, qui *Syrpia conditione*, quod & in cunctis mſſ. invenit & Germani adnotarunt, excudi juſſere. quidam etiam legunt *ſirpia*: *ſirpea* proxime veterem ſcripturam legit Junius. Turnebus libro III. cap. 21. vel *ſirpe* vel *Syria* legi poſſe putat. prius probat Lambinus, qui ipſe putavit aliquando legi poſſe, *Cypria conditione*. Corradus volebat, *Cyrnea conditione*. Cleric. Scribendum cenſeo: *Scepſii conditione*, hoc eſt, ut in ea legatione perirem, ut Metrodorus Scepſius a Mithridate ad Tigranem miſſus, de quo Plut. in Lucullo. *J. F. Gronovius*. Quam longe deviant viri inſignes ab ipſa Roma, ubi ſcribebat Cicero, & ubi (ſi modo *Syſpria* habent quædam exemplaria, quod ſolus adfirmat Boſius) erat notiſſima *Siſpita* Juno, in cujus apud Lanuvium ſacris erat conditio, quæ aptiſſime ad Clodium videri poteſt ab Cicerone circumludi, contra Propertio lib. IV. cap. 8.

Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ;
Cum temere anguineo creditur ore manus.
Ille ſibi admotas a virgine corripit eſcas.
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.

XXV. tione: sed facile patior. accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum & Quintus noster jam, ut speramus, in otio [f] consederit, [44] &, iste sacerdos [g] Bonæ deæ [45] cujusmodi futurus, ejus sit. interea quidem cum Musis nos delectabimus animo æquo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. neque mihi umquam veniet in mentem Crasso invidere, neque pœnitere, quod a me ipse non desciverim. De geographia, dabo operam, ut tibi satisfaciam: sed nihil certi polliceor. magnum opus est; sed tamen, ut jubes, curabo, ut hujus peregrinationis aliquod [h] tibi opus exstet. Tu quidquid indagaris de republica, & maxime quos consules futuros putes, facito, ut sciam: tametsi [i] minus sum curiosus. statui enim nihil [k] jam de republica cogitare. Terentiæ saltum perspeximus. quid quæris? [46] præter quercum Dodonæam nihil desideramus, quo

f confiderit Cleric.
g Bonæ deæ deest in MS.
h alii non habent tibi.
i alii nimis.
k jam deest in MS.

Si fuerint casta, redeunt in cella parentum,
Clamantque agricolæ, fertilis annus erit.

Ubi reticet conditionis alteram partem, quæ scilicet continebat omnia contraria, ut non rediret salva. Id quod primo etiam proponit vovens Clodio: mox attentius rem inspiciens, negat sua interesse, quin vel salvus obiret legationem, dummodo proficisceretur, ut auderet Cicero petere liberam legationem, nec haberet ab Clodio metuendum aliquid mali, quod is præsens in absentem Tullium videbatur moliturus. *Gronov.*

44. *Et, iste sacerdos Bonæ deæ cujusmodi futurus sit, sciri possit.*) Longe diversam habet lectionem antiquus noster codex. duæ enim postremæ voces in eo non leguntur. Sed melius omnino est, antiquam scripturam, qualis qualis est, hic describere, ut possint doctiores videre an hic locus recte suppletus sit, vel ipsis vestigiis ducti fidelius illum restituere. est autem hæc: *Et iste sacerdos bene de te cujusmodi futurus scius sit: interea quidem, &c.* Etsi hæc valde mendosa appareat, cum tamen a vulgata tam diversa sit, non peccasse nos arbitror, qui hanc, antequam penitus interea, testatam relinquere voluerimus: receptam tamen in nostro libro nulla varietate scripsimus, quamquam ea nobis non parum suspecta est. *Victorius.*

45. *Cujusmodi futurus, ejus sit.*) Bos. ex Scidis & Tornæs. sic habet *c. f. scius sit*, ut & antiquus Victorii codex. sed Cavalcantis exemplar, *sacerdos bene de te cujusmodi futurus scius sit*, vulg. *futurus scit, sciri possit*, quæ duæ ultimæ voces absunt a Bessar. mss. *Clericus.*

46. *Præter quercum Dodonæam.*) Si quercus essent in Terentiæ saltu, ut in Epiro tua sunt, juxta Dodonam civitatem; ego ipsam mihi viderer in Italia possidere. cetera non minus abunde sunt, quam in tuis Epiroticis possessionibus: quæ hoc uno præstant, quod

quo minus Epirum ipſam poſſidere videamur. Nos circiter Kal. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. tu, ſi in Formiano non erimus, ſi nos amas, in Pompejanum venito. id & nobis erit perjucundum, & tibi non ſane devium. De muro, imperavi Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur. l cenſeo tamen, 47 adhibeas Vettium. his temporibus, tam dubia vita optimi cujuſque, magni æſtimo 48 unius æſtatis fructum palæſtræ Palatinæ, ſed ita tamen, ut nihil minus velim, quam Pomponiam & puerum verſari in timore ruinæ. l ut cenſ. *MSS.*

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

CUPIO equidem, & jam pridem cupio m Alexandriam, reliquamque Ægyptum viſere, & ſimul ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum aliquo deſiderio reverti: ſed hoc tempore, & his mittentibus, m Alexdream *Grav.* P. B.

Αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.

quid enim noſtri optimates, ſiqui reliqui ſunt, loquentur? an me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum?

49. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

Cato

quod proximas habent nobiles illas quercus Dodonæas, quæ vocales olim fuiſſe dicuntur. præterea nihil eſt in tota Epiro, quod ego in hoc ſaltu non habeam. Herodotus lib. II. *P. Manut.*

47. *Adhibeas Vettium.*) Utaris conſilio Chryſippi Vettii Cyri Architecti liberti. ep. 29. lib. XIII. *Adhibere* venuſte, pro uti alicujus conſilio. vide quæ notavi ad Luciani Solœciſtam num. 40. *Grævius.*

48. *Unius æſtatis fructum palæſtræ Palatinæ.*) Domi meæ in Palatio poſitæ. orat. pro dom. Patercul. lib. II. de Druſo, & Plut. in vita. de palæſtra ep. 8. lib. I. *Corrad.* Cicero habebat domum in Palatio magnificentiſſimam, cum qua juncta erat palæſtra eaque muro cincta, de quo palæſtricæ exercitationes ſpectabantur: ſed quia murus erat infirmus, minitans ruinam, volebant illum reficere conſilio Attici & Vettii architecti: ne forte ipſo abſente per liberam legationem Q. fratris uxor Pomponia, & Q. filius verſarentur in timore ruinæ. Erant enim domus utriuſque Ciceronis contiguæ, nec ullo interjecto ſpatio disjungebantur, ut ipſi quaſi contubernales eſſent: id quod colligitur ex ep. 4. lib. II. ad Fratrem. *Popma.*

49. Πουλυδάμας μοι πρῶτος.) Hunc verſum Homeri reſtituimus, quem

Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus;
n deprædic. MS. quid vero historiæ de nobis ad annos DC n prædicarint? quas quidem ego multo magis vereor, quam eorum hominum, qui hodie vivunt; rumusculos. sed opinor,
o deferetur MS. excipiamus, & exspectemus. si enim o deferetur, erit
p tamen MS. quædam nostra potestas, & p tum deliberabimus. etiam
q alii hercule est. q est in non accipiendo nonnulla gloria. quare si quid 50 Θεοφάνης tecum forte contulerit; ne omnino repudiaris. de istis rebus exspecto tuas litteras; quid Arrius narret; quo animo se destitutum ferat; ecqui consules
r pareant Jun. e MS. r parentur; s utrum, ut populi sermo, Pompejus & Crassus; an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Servius Sulpicius: &, num quæ novæ leges: &, num quid
s utrumne MS. novi omnino: &; 51 quoniam Nepos proficiscitur, cuinam

quem invenimus in antiquis exemplaribus. est autem Iliad. x. pronunciatus ab Hectore, cum secum cogitaret ignominiam, quam subiret, si pugnam cum Achille detrectasset. maxime enim veretur ille Polydamentem hunc fratrem suum, sapientissimum & optimum virum, qui ut rediret cum exercitu intra urbem, consilium ei dederat: cui cum non paruisset, reprehensionem illius se sustinere non posse judicat, nisi forti animo cum Achille pugnarit. Hunc etiam versum adducit Aristoteles in libris de moribus, cum de hac fortitudine loquitur, quæ oritur ex infamiæ metu: δοκοῦσι γὰρ ὑπομένειν κινδύνους οἱ πολῖται διὰ τὰ ἐν τῶν νόμων ἐπιτίμια καὶ τὰ ὀνείδη καὶ διὰ τὰς τιμάς, καὶ διὰ τοῦτο ἀνδρειότεροι δοκοῦσιν εἶναι, παρ' οἷς οἱ δειλοὶ ἄτιμοι, οἱ δὲ ἀνδρεῖοι ἔντιμοι· τοιούτους δὲ καὶ Ὅμηρος ποιεῖ, οἷον Διομήδη, καὶ τὸν Ἕκτορα, Πυλιδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, &c. Esse autem sibi dicit Catonem, quod Hectori Polydamantem. *Victorius*.

50. Θεοφάνης.) Theophanes Mitylenæus rerum Pompeji scriptor orat. pro Archia, ep. II. lib. V. ep. 7. lib. VII. ep. 16. lib. VIII., & ep. 1. lib. IX. *Corrad.* Erat Theophanes Mitylenæus ex Pompeji domesticis atque intimis familiaribus, particeps consiliorum, & scriptor rerum ipsius, de quo ep. 17. lib. V. pro Archia, Plutarchus, Tacitus. Si quid ergo, inquit, Theophanes tecum forte contulerit de consilio Pompeji & Cæsaris, quod velint me legatum mittere in Ægyptum ad firmandam cum Ptolomæo rege societatem, ne omnino repudiaris. Cupiebat enim eam legationem sibi deferri: sed verebatur ne illis deferentibus & mittentibus reprehensionem optimatium & maxime Catonis incurreret, quasi præmio inductus rempublicam deseruisset, & ipsorum libidini reliquisset. *Popma.*

51. *Quoniam Nepos proficiscitur.*) In provinciam, ex prætura: quam vero provinciam, ignoratur. nam de Hispania, non est, ut intelligi possit; quam rexit Metellus post consulatum: ut ex Plutarcho in Cæsare, & Dione lib. XXXIX. si diligenter inspiciatur, fa-

nam auguratus deferatur: quo quidem uno ego ab iftis capi poffum. [32] vide [t] cæcitatem meam. fed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo, atque omni cura φιλοσοφεῖν? [53] fic, inquam, in animo eft: [v] velle ab initio. nunc vero, quoniam, quæ putavi effe præclara, expertus fum, quam effent inania; cum omnibus Mufis rationem habere cogito. Tu tamen de [x] Curtio ad me refcribe certius; &, num quis in ejus locum paretur: &, quid de P. Clodio fiat: &, omnia, quemadmodum polliceris, ἐπὶ χολῆς fcribe: & quo die Roma te exiturum putes, velim ad me fcribas; ut certiorem te faciam, quibus in locis futurus fum; [y] epiftolamque ftatim des de iis rebus, de quibus ad te fcripfi. valde enim exfpecto tuas litteras.

[t] levitatē *Grav.*

[v] fit vellem *aliī male.*

[x] Tutio *MSS.*

[y] epiftolam quam *MS.*

P. XXVI.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

QUOD tibi fuperioribus litteris promiferam, fore, ut opus extaret hujus peregrinationis; nihil jam ma-

facile eft cognofcere. at hæc epiftola Cæfare, & Bibulo coff. fcripta eft, biennio ante Metelli confulatum; anno poft ejus præturam proximo. *P. Manut.*

52. *Vide fecuritatem.*) Bof. ex Decurt. Muretus, *vide levitatem meam*; quod probat Lambinus, qui in codice Tornæf. *videte vitam meam*, legi ait: vulg. *videte civitatem meam*. Cleric. Non tam levitatem hic agnofco, utpote quum nihil etiam certi ftatuerit, quam incertam & miferabilem Tullii hæfitationem, & hanc aperit Attico. Itaque quum codices dubitent inter *videte civitatem meam*, & *videte vitam meam*, quorum in uno fyllaba abundat, in altero truncata eft; media vox deperdita & optime conveniens videtur reftituenda, *vide cæcitatem meam*. Quæ quidem emendatio tam vera mihi videtur, ut eam huic editioni impofuerim. Etenim & ipfe non diu poft ep. 19. agnofcit rurfum fe fortaffe τυφλώττειν & nimium τῷ κακῷ προσπεπονθέναι, & fæpe alibi cæcitatem mentis vocat. *Gronov.*

53. *Sic inquam in animo eft. vellem ab initio.*) Sic edidit S. Bofius & eum fecutus Gruterus, nec non Victorius in editione poftrema, ex codicibus antiquis, laudo. Sed vetuftior P. Vict. ed. aliæque: *Sic inquam in animo, fic vellem ab initio.* Balliol. & Helmftad. MSS. *Sic inquam in animo, fi vellem ab initio.* forte legendum, *fit, inquam, in animo, & fi vellem ab initio.* *fi* interdum accipi pro *etfi* non ignoro; fed hic admitti non poffe facile concedent ii, qui in Latinæ linguæ fcriptoribus legendis funt cum cura verfati. *Grævius.*

magnopere confirmo. ſic enim ſum complexus otium, ut ab eo divelli non queam. itaque aut libris me delecto, quorum habeo [z] Antii feſtivam copiam: aut fluctus numero. nam ad [54] lacertas captandas tempeſtates non ſunt idoneæ. a ſcribendo prorſus abhorret animus. etenim γεωγραφικὰ, quæ conſtitueram, magnum opus eſt: ita valde Eratoſthenes, quem mihi propoſueram, a [55] Serapione & ab Hipparcho reprehenditur. quid cenſes, ſi [56] Tyrannio acceſſerit? & hercule ſunt res difficiles ad explicandum, & ὁμοειδεῖς nec tam poſſunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quam [a] videbatur: &, quod caput eſt, mihi quævis ſatis juſta cauſa ceſſandi eſt. [b] quin etiam dubitem, an hic, an Antii conſidam, & hoc tempus omne conſumam: ubi quidem [57] ego mallem Duumvirum, quam Romæ me fuiſſe. tu vero ſapientior Buthroti domum paraſti. ſed, mihi crede, proxima eſt illi municipio hæc Antiatium civitas. [58] eſſe locum tam prope Romam, ubi multi ſint, qui Vatinium num-

z *alii* Anti. *& ſic deinde*.

a *alii* videbantur

b qui *Manut.*

54. *Ad lacertas captandas.*) Scribe *lacertos* Vid. Plin. lib. xxxii cap. ult. *J. F. Gronov.* Horum ſæpe meminit Martialis lib. xi. ep. 13. & lib. x. 48. Jv. Sat. xiv. *Gravius.*

55. *Tyrannio.*) Homo reprehendendi & exagitandi ſtudioſus, Tyrannio Grammaticus, cum antea Theophraſtus diceretur, hoc nomen accepit, quod puer condiſcipulos exagitaret. Præceptor in patria fuit Strabonis Geographi civis ſui, ut ille teſtatur lib. xii. Amaſum deſcribens. inde Romam captivus ductus a Lucullo poſt devictum Mithridatem, ibi clarus atque dives evaſit, & librorum ultra tres myriades paravit: inter quo erant Ariſtotelis opera quæ Apellico Tejus poſſederat. Floruit amicitia Pompeji, Luculli, Ciceronum quorum filios etiam erudivit ep. 4. lib. ii. ad Fratr. lib. ii. ep. 6. ad Atticum, Plut. in Sulla, Svidas. *Popma.*

57. *Ego mallem Duumvirum, quam Roma me fuiſſe.*) Totus hic locus ita legitur in Scidis; & ita etiam legit Pithœus, ſed detracto *me* lib. ii. Adverſ. cap. 18. vulgo, *ego mallem diu nimirum quam Roma fuiſſe.* Cleric. An alii perceperint veram conſtructionis rationem, ignoro; ipſe non aliter τὸ *Duumvirum* intelligo, quam ut ab Gellio i, 12. dictum eſt, *aut qui ſeptemvirum Epulonum aut Salius eſt*, ubi illuſtravit Pater. *Gronov.*

58. *Eſſe locum tam prope Romam.*) Iſte infinitivus nihil habet a quo pendeat. Sed ſic ſolent in admirationibus, & indignationibus, ſubintelligentes, mirandum eſt, incredibile eſt, aut tale quid. Ep. 13. h. l. *Facinus indignum: epiſtolam αὐθωρεὶ tibi a Tribus tabernis reſcriptam ad tuas ſuaviſſimas epiſtolas neminem reddidiſſe?* Juſt. lib. ii. cap. 9. *Tantam in eo virtutem fuiſſe, ut, non tot cadibus fatigatus.* ibid. cap. 14. *Tantam fama velocitatem fuiſſe, ut,* cum

nunquam viderint ? ubi nemo sit , præter me , 59 qui quemquam ex vigintiviris vivum , est sæclum , velit ? ubi me interpellet nemo , diligant omnes ? hic nimirum πολιτευτέον. nam istic non solum non licet , sed etiam tædet. itaque 60 ἀνέκδοτα , c quæ tibi uni legamus , 61 Theopompino genere , aut etiam asperiore multo , pan- c a nobis quæ *alii*.

eum matutino tempore , prælium. Et lib. VIII. cap. 2. *Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta*. lib. XIV. cap. 5. *Tantum eos degeneravisse a majoribus*. Grævius.

59. *Qui quenquam ex vigintiviris unum esse salvum velit*.) Et hoc etiam loco noster antiquus valde deformatus est : eodem tamen consilio, quo paulo ante usi sumus, nos hic etiam antiquam scripturam studiosis omnibus proponemus, ut diligentius animadvertant, an possit ex ea aliquid boni erui : ut ille faciebat , qui se ex stercore Ennii aurum colligere dicebat. sic enim est in illo: *Qui quenquam ex vigintiviris vivum est Sagium velit.* ut fortasse, *Vivum & salvum velit* , legere oporteat. sed opus est rem totam diligentius considerare. *Victorius*. *Qui quemquam ex XX viris vivum, est saclum, velit* ?) Hunc locum ita ex Decurt. restituit Bosius , quem laudat Junius: sed ex duobus mss. Pal. pro *vivum* , reponit *vivere*. Cavalc. Victor. & Tornæs. habent *sagium* , pro *saclum*. Bessar. vero *sagium* : vulgata editio , *ex XXVviris unum esse salvum velit* ? Lamb. *ex XXviris vivum esse audiverit* ?. Turnebus lib. XXX. cap. 13. tentat, *vivum esse jam velit* . Cleric. Quum causa nulla sit, cur credamus τὸ *salvum* , quæ est vox bene nota , corrumpi nunc potuisse ab librariis, qui lib. 1. ep. 2. potuerunt retinere *Salva Terentia* : sub hac tanta veterum codicum tenacitate *vivum est saegium.* vide an non commode se occultaverit *vivum & integrum*. Gronov. Lectio , quam dedit Bosius , & expressit Gruterus , nullius est sensus & momenti. Helmst. *unum esse velit* Balliol. *unus vivum est segium velit* . Mihi maxime probatur conjectura Corradi & Gronovii , *qui quenquam ex XXviris vivum & salvum velit* . Quæ & Gronovio arridet , quamque sic exponit : nemo est in hoc mancipio qui non sic oderit legem agrariam Cæsaris , ut non optet exsecutores ejus XXviros κακὸς κακῶς ἀπολέσαι. Istam scripturam secuti sumus in editione nostra , quippe quæ proxime accedit ad illam , quam expresserunt Victorius & Manutius . Sic enim hi aliique ediderunt : *qui quenquam ex XXviris unum esse salvum velint* . *Unum* in *vivum* jam antea ex Decurtato refinxerat Bosius. & idipsum præ se fert Balliol. *est* mutatum tantum in *&*. Grævius.

60 Ἀνέκδοτα .) Intelligit librum quem contra nobilitatem scripserat : nec tamen edidit ; sed Ciceroni filio tradidit, mandavitque ut se vivo premeret , teste Dione lib. XXXIX. Verebatur nimirum , ne Pompeji , Cæsaris , Crassi , quorum consensum contra remp. præcipue notabat , odium incurreret . *Popma*.

61. *Theopompino genere*.) Aspertimo dicendi genere & mordaci, cujusmodi usus est Theopompus in suis Historiis, & in Philippicis libris

pangentur. neque aliud jam quicquam πολιτεύομαι, nisi odisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate. Sed ut ad rem, scripsi ad quæstores [d] urbanos de Quinti fratris negotio. vide, quid narrent, [e] ecqua spes sit denarii; an [62] cistophoro Pompejano jaceamus. Præterea de muro, [f] statue, quid faciendum sit. Aliud quid? etiam. quando te proficisci istinc putes, fac, ut sciam.

P. B. [d] urbis *MS.* [e] & quæ *alii.* [f] statuo *alii.*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

De geographia etiam atque etiam deliberabimus; Orationes autem [g] me duas postulas: [63] quarum alteram non [h] libebat mihi scribere, quia abscideram; alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. sed id quoque videbimus. denique aliquid extabit; ne tibi plane cessasse [i] videamur. De Publio quæ ad me scribis, sane mihi jucunda sunt: eaque etiam velim, omnibus vestigiis indagata, ad me afferas, cum venies; & interea scribas, si quid inteliges, aut suspicabere: & ma-

[g] a me *alii.* [h] *alii* licebat. [i] videar *MS.*

libris LVIII. plenis contumeliis in Philippum regem & ejus duces: Alterum testatur Dionysius Halicarnasseus in proœmio lib. I. Alterum Plutarchus, & Athenæus, qui verba ejus recitat, quibus acerbissime Philippus notatur. *Popma.* Nepos in Alcibiade. XI. maledicentiam Theopompi notat hoc modo: *Hunc* (Alcibiadem) *infamatum a plerisque tres gravissimi historici summis laudibus extulerunt: Thucydides, qui ejusdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit post aliquanto natus; & Timæus; qui quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo in illo uno laudando consenserunt.* Verburg.

62. *Cistophoro.*) Nummo Asiatico ep. I. lib. II. Liv. lib. XXXVII. & Sex. Pompejus, ubi de Euboico talento scribit. *Corrad.* Vide Turneb. Advers. lib. III. cap. 5. & 23. Hos nummos non tam cistoferos dictos existimo, quod cistiferi in illis fuerint signati, quam quod ipsi cistas ferrent, seu quod in iis cistæ essent signatæ. Tales enim in Asia & Macedonia cum cistis Orgia ferentibus complures reperiuntur; ut apud Goltzium aliosque videre licet. de quibus cistis multa docte notavit Albertus Rubenius in elegantissima explicatione nummi Augusti, cujus epigraphe, *Asia recepta.* Grævius.

63. *Quarum alteram.*) Totum hunc locum ita legendum puto, *Quarum alteram non licebat mihi scribere, quia abscideram: alteram non libebat, ne laudarem, &c.* Ursinus.

64. *I.*

maxime de legatione quid sit acturus. equidem ante quam tuas legi litteras, k 64 in hominem ire cupiebam non mehercule, ut differrem cum eo vadimonium; (nam mira sum alacritate ad litigandum) sed videbatur mihi, si quid esset in eo populare, quod plebejus factus esset, id amissurus. 65 quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? narra mihi, reges Armenii 66 patricios l salutare non solent? quid quæris? acueram m me ad exagitandam hanc ejus legationem. quam si ille contemnit, &, si, ut scribis, bilem id commovet & latcribus, & auspicibus legis curiatæ, n spectaculum egregium. Hercule, verum ut loquamur: subcontumeliose tractatur noster Publius: primum, qui cum o in domo Cæsaris quondam unus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit: deinde, alia legatio dicta erat, alia data est; 67 illa opima ad exigendas pecunias

k in *Manut.* & *alii delent.*

l resalutare *alii.*

m me *deest in MSS.*

n o spect. *Gronev.*

P. XXVII.

o domi *alii.*

64. *In hominem ire cupiebam.*) Sublata *in* præpositione quæ in excusis ante vocem *hominem* hæserat, edidimus Manutio assensi. *Michael Brutus.* Et sic ante Brutum edidit Lambinus. & recte sane si ullus liber antiquus suffragaretur. Nam sic quidem Manutius & Corradus censuere scribendum, non ausi tamen sunt τὸ *in* contra librorum omnium fidem expungere. Helmstad. quoque & Balliol. illud agnoscunt. Forte scripsit Tullius: *equidem antequam tuas legi litteras, istim hominem ire cupiebam. Istim* pro *istinc* Ciceronem usurpasse pluribus docuit Victorius in animadversionibus ad Familiares. Facile vero potuit ab indocto & oscitante librario prior syllaba hujus voculæ omitti propter præcedentis vocis ultimam litteram. inde hæc labes. sed nihil affirmo. *Grævius.*

65. *Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem &c.*) Ita multo elegantius distinctum quam vulgo, *quid enim? ad plebem transisti, ut &c.* Clericus.

66. *Patricios salutare.*) Armeni reges Romam venire solent, ut patricios salutent. tu autem patricius cum esses, transire ad plebem voluisti, quam ob caussam? ut ipse regem Armenium ires salutatum. minus igitur significat, esse dignitatis in plebejis, quam in patriciis; cum hi salutari soleant, tu autem salutatum ire velis. *P. Manut.*

67. *Illa opima ad exigendas pecunias Druse, ut opiner, Pisaurensi, an epuloni Vatinio.*) Hæc est scriptura Decurtati, Tornæs. & Crusell. & ita olim corrigendum esse putavit Manutius. Faernus vero ita legebat & interpungebat, *illa opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor: Isauriensis nebuloni Vatinio reservatur. Isaurensis* etiam legebat Malasp. Nonnullos e Memm. codd. habere testatur Lamb. *Pisaurensi. an eptiloni.* Besarionis, Cavalcantis, & Victorii libri, *Pisaurensis neptiloni.* alii pro, *an epuloni*, reponunt, *an nebuloni.* vulg. *Pisaurensis nebuloni.* Turnebus lib. XXX. cap. 13. emendat,

cunias [68] Druso, ut, opinor, Pisaurensi, an epuloni Vatinio reservatur: hæc jejuna ac [69] bella relegatio datur ei, cujus tribunatus ad istorum tempora reservatur. incende hominem, amabo te, quod p pot' est. una spes est salutis, istorum inter istos dissensio; cujus ego quædam initia sensi ex Curione. Jam vero Arrius consulatum sibi ereptum fremit. q [70] Megabocchus, & hæc [71] sanguinaria juventus inimicissima est. accedat vero, accedat etiam ista rixa auguratus. spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurum. Sed, illud quid sit, scire cupio, quod jacis obscure, jam etiam ex ipsis r quinque viris loqui quosdam. s quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quam putaram. atque hæc, sic velim existimes, non me abs te κατὰ τὸ πρακτι-

p *alii* potest. *male.*

q *Jun.* Megabochus. Megabrotus *MS.*

r xxviris *Manut.*

s quodnam *MS.*

dat, *Druso ut opinor, Pisaurensi a Nebulone Vatinio reservatur.* Clericus.

68. *Druso, ut opinor, Pisaurensis nebuloni Vatinio reservatur.*) Antiquus noster codex: *Pisaurensi a Neptiloni Vatinio reservatur.* Nonnulli etiam excusi sic pæne habebant. Nos hunc locum non uno hoc tantum nomine perversum arbitramur, sed aliis etiam, neque eum nostro labore & industria illustrare potuimus: quare quod supererat, illum ut corruptum signavimus. Qui meliorem codicem nactus erit, is poterit has facile maculas delere: aliter vix posse puto tam depravatum locum restitui. *Victorius. Isaurensis* legebat Faernus, & ita interpungebat: *Illa opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor: Isaurensis nebuloni Vatinio reservatur.* Ursinus. Epulo forte vocatur propter epulum, in quo in toga pulla accubuerat. Cic. in Vat. lib. XII. cap. 13. *J. F. Gronov.*

69. *Bella relegatio.*) In libro Bessarionis antiquo tribus verbis distincte scriptum est, *jejuna tabella relegatio.* Cleric.

70. *Megabocchus.*) Magnus Bocchus, hoc est, Pompejus, qui quum Domitium in Africa interfecisset, Bogudi Maurorum Regi tanquam Bocchus pater imperavit, ut Hiarbam Numidiæ Regem copiis spoliaret: Liv. lib. LXXXIX. Oros. lib. V. cap. 15. & 21. & Eutrop. lib. V. vel, qui perfidus sit inter me, & Clodium, quemadmodum Bocchus olim inter Syllam, & Jugurtham. Sallust. al. *Megabrotus*, magnus mortalis, nam Pompejus, magnus dicebatur: epist. 13. lib. 1. *Corrad.* Malo *Megabacchus*, de quo Plut. in Crasso. qui mihi videtur unus ex suspectis Catilinæ sociis. Nam Megabacchus erat nobilis juvenis, qui occubuit cum Crasso. vide Plutarch. in Crasso. *J. F. Gronovius.*

71. *Sanguinaria.*) Cædis cupida; vel facilis ad cædem commitendam, ex Catilinæ, sanguinarii hominis, disciplina. ep. 12. *Concursabant*, inquit, *barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis.* & ep. 14. *Nostri isti comissatores conjurationis, barbatuli juvenes.* P. Manut.

72. Κα

πρακτικὸν quærere ; quod gestiat animus aliquid agere in republica. jam pridem gubernare me tædebat, etiam cum licebat. nunc vero cum cogar exire de navi, non abjectis, sed t receptis gubernaculis ; cupio istorum naufragia ex terra intueri ; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, v 72 καὶ ὑπὸ στέγῃ

Πυκνῆς κ' ἀκούειν ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί.

t ita Vict. ereptis Jun.

v alii κακ. κ ἀκοῦσαι Vict. & alii.

De

72. Κἂν ὑπὸ στέγῃ.) Locus hic ante depravatissime legebatur, in nostro antiquo pæne integer est: ita tamen scriptum, ut vix intelligi queat. parvæ enim etiam perversiones adeo lectorem turbant, antequam verum invenerit, ut vix posse videatur ex tam contaminatis vestigiis vera lectio indagari. Laboravit valde Erasmus, ut hunc locum restitueret, nec tamen consequi potuit, quod omni conatu tentavit. Quod autem quosdam codices ψάκαλος habere dicit, seque tamen quid id sit ignorare fatetur : noster antiquus liber minus depravatam eam vocem habet. est enim in illo ΣΑΚΑΔΟΣ, ut si secundam literam ex A in E commutes, ψεκάδος facias, quod tunc recte se habebit, secundo casu a recto ψεκὰς, quæ gutta & imber est, nec est versus trochaicus catalecticus, ut credidit ille, sed pæne dimidius, & integer senarius. Deest tamen in vulgatis & excusis libris tota dictio πυκνῆς, quæ ex illa ψεκάδος pendet : nec eum acris judicii virum sivit numeros investigare. ut sic totus locus legi debeat, καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί. invenimus primum integrum, cujus hic extrema pars adducta est : & qui illum etiam ordine præcedebat, apud Johannem Stobæum, περὶ ναυτιλίας καὶ κυνηγίων, λόγῳ ν ζ, nomine etiam Sophoclis, ut sententia tota plana sit, & pulcherrimus sensus elegantissimi poetæ totus intelligatur : dicique non possit, quam egregie hic quadret. miram enim securitatem declarat, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα, καὶ ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὑδούσῃ φρενί. Cumque supra se aliorum naufragia e terra Cicero intueri cupere dixisset, his nunc Sophoclis verbis majorem animi tranquillitatem exprimit, cum affirmet se maxime desiderare domi suæ quietum securos & profundos somnos capere : ut ostendat se penitus a gerendis rebus abhorrere, quærereque omnia quæ in vita otiosa grata esse solent. Imber autem & densæ guttæ somnos suaviores conciliant, quod etiam Tibullus candidiss. poeta tangit :

Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit auster,
Securum somnos imbre juvante sequi.

Receptis autem *gubernaculis* scripsimus, auctoribus melioribus libris : non *Ereptis*, ut vulgati habebant. nam etsi coactus erat exire de navi, non tamen abjecerat gubernacula, sed receperat, ut posset, postquam aliorum naufragia vidisset, ipse accurrere & navem conservare : artem enim bene regendæ navis secum exportaverat. Numeros quoque qui infra sunt, antea corruptos, ex antiquo nostro codice restituimus. *Victorius.*

De muro, quid opus sit, videbis. Castricianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Quintus 73 CIↃ CCIↃↃ IↃↃↃ scripserat, y nunc ad sororem tuam H-S xxx. z Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo, sororis a tuæ filio, respondisti. De Amalthea quod me admones, non negligemus. b Cura, ut valeas.

y *alii* non. z At Terent. *MS.* a tuæ *deest in MS.* b vale

EPISTOLA VIII.

P. B.

CICERO ATTICO S.

74 EPISTOLAM cum a te avide exspectarem ad vesperum, ut soleo; ecce tibi nuntius, pueros venisse Roma: voco, quæro, c ecquid litterarum? negant. quid ais, inquam, nihilne a Pomponio? perterriti voce & vultu, confessi sunt se accepisse, sed excidisse in via. Quid quæris? permoleste tuli. nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili & suavi d venerat. nunc, si quid in ea epistola, quam ante diem XVI. Kal. Maj. dedisti, fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus: sin nihil præter jocationem, redde id ipsum. & scito Curionem adolescentem venisse ad me salutatum. valde ejus sermo de Publio cum tuis litteris congruebat. ipse vero mirandum in modum *reges odisse superbos.* peræque narrabat incensam esse juventutem, neque ferre hæc posse. bene habemus; nos, si in his spes est, opinor, e aliud agamus. Ego me do historiæ. quamquam, 75 licet me Saufejum putes esse, nihil me est inertius. Sed cognosce itinera nostra; ut statuas, ubi nos visurus sis. In Formianum volumus venire Parilibus: inde, (quoniam putas

c si quid *MS.* d *in quibusd. edd. deest* venerat. e illud *MS.*

73. CIↃ CCIↃↃ IↃↃↃ.) Corruptus est locus, ut opinatur Manutius, qui mallet, si per antiquos libros liceret CIↃ CIↃ CIↃ ultimi autem membri prior numerus abest a vulg. Priores numeros ex mss. suis restituisse ait Victorius, ut & infra H-S xxx pro Lss. xxx. CIↃ, ut habetur in vulg. *Cleric.*

74. *Epistolam.*) Epistola hæc in Lamb. editione nona est; Octava vero illa cujus principium, *Negent illi &c.* Idem.

75. *Licet me Saufejum esse putes.*) Ep. 1. lib. 1. & ep. 1. lib. VII. ubi Saufejum Philosophum pigrum describit. *Corrad.* Saufejum est Saufejo similem, hominem in studiis laboriosum. *J. F. Gronov.*

76. *Illa*

tas prætermittendum nobis esse hoc tempore Cratera illum [f] delicatum) kal. Maj. de Formiano proficiscemur, ut Antii simus a. d. v. non. Maj. ludi enim Antii futuri sunt a [g] IV. ad prid. non. Maj. eos Tullia spectare vult. inde cogito in Tusculanum, deinde Arpinum, Romam ad kal. Jun. Te [h] aut in Formiano, aut Antii, aut in Tusculano, cura, ut videamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid novi.

f filicatum *e conj. Lamb.*
g *alii* III. ad.
h autem *MS.*

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

Pag. XXVIII.

[i] SV. B. E. Cum mihi dixisset Cæcilius quæstor puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim, ut tuos [k] elicerem mirificos cum Publio dialogos, cum eos de quibus scribis; tum illum, quem [l] abdis, & ais, longum esse, quæ ad ea responderis, [m] perscribere; illum vero, qui nondum habitus est, quem 76 illa βοῶπις, 77 cum e Solonio redierit, ad te est relatura, sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse jucundius. si vero, quæ de me pacta sunt, ea non servantur; in cælo sum: ut sciat hic noster [n] Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis [o] 78 putissimis orationibus gratiam retulerit: quarum exspecta divinam 79 παλινῳδίαν. etenim, quantum conjectura auguramur, si erit nebulo iste [p] cum his

i *alii* Subito, -cum.
k elicerem *deest in MSS.*
l *alii* addis.
m præscribere *alii*,
n Hierosolymanus *MS.*
o purissimis *alii.*
p ut cum *MS.*

76. *Illa* Βοῶπις.) Clodia, quam Clodius jure eandem sororem appellare poterat, & uxorem: orat. pro dom. de Resp. & pro M. Cælio, sicut Juno, quæ βοῶπις ab Homero sæpe dicitur, Jovis erat & soror, & conjux. sic olim nos in epistola ad Petrum Bembum, quem honoris causa nominamus, interpretati sumus. *Victor.*

77. *Cum e Solonio redierit.*) Solonius ager via Ostiensi ad XII. lapidem ab Roma aberat, ut tradit Festus. Liv. lib. VIII. *Antiates in agrum Ostiensem, Ardeatem, Solonium incursiones fecerunt.* Popma.

78. *Putissimis.*) Luculentis, & splendide scriptis: quibus illum ornavi. unde *Aurum purum putum.* Potest intelligere cum alias, in quibus Pompejum laudavit, orationes, tum eam maxime, qua Maniliam rogationem suasit. *P. Manut.*

79. Παλινῳδίαν.) Παλινῳδίαν *expurgationem* Plautus vocat Amphit. III, 3, 10. Cum quæ diximus in utramvis partem revocamus, improbamus, reprehendimus, & eorum nos pœnitere ostendimus. Plato in Phædro: Πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν πα-

his dynastis in gratia, non modò [80] de cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se jactare. non enim poterimus ulla esse [q] in invidia, spoliati opibus, & illa senatoria potentia. sin autem ab his dissentiet; erit absurdum in nos invehi. verumtamen invehatur. [r] festive, mihi crede, & minore sonitu, quam putaram, orbis hic in republica est conversus: [81] citius omnino, quam [s] potuit, id culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Æliam legem, qui [t] Juniam, & Liciniam, qui [v] Cæciliam, & Didiam neglexerunt; qui omnia remedia reipublicæ effuderunt; qui regna, qui [x] prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. video jam, quo invidia transeat, & ubi sit habitatura. nihil me existimaris, neque usu, neque a Theophrasto didicisse, [y] nisi brevi tempore desiderari nostra illa tempora videris. etenim si fuit invidiosa senatus potentia; cum ea non ad populum, sed ad tris homines immoderatos [z] redacta sit, quidnam censes fore? proinde isti licet faciant, quos volent, consules, tribunos plebis, [a] [82] denique etiam Vatinii strumam sacerdotii δι-

q *alii non habent in.*
r festine *alii.*
s oportuit *Ursin.*
t Nuniam *MS.*
v Cæliam *alii.*
x præsidia *alii.*
y sed *MS.*
R. B.
z relata *alii.*
a deinde *alii.*

παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. *Recantatis amica opprobriis.* Horat. lib. 1. cap. 16. *recinendo placare.* Appul. de Deo Socr. *J. F. Gronovius.*

80. *De Cynico consulari.*) Nullam, inquit, non modo in me, sed ne in Lucullum quidem, aut Hortensium, poterit Clodius invidiam concitare. nam Pompejus, Cæsar, & Crassus cum omnia teneant; qui fieri potest, ut ulla nos in invidia simus, spoliati opibus, & illa senatoria potentia? itaque, quod contra nos agat, Clodius non habebit. Cynicum autem se vocat, quasi Diogenem quendam, severum hominem, minime delicatum; illos autem, piscinarum Tritones, quod ita piscinis delectarentur, ut quasi Tritones in aquis vivere viderentur. Et placet, ut illud, *Cynico*, cum laude dicatur, hac sententia, non modo me, cujus omnes curæ ad virtutem referuntur, sed ne istos quidem, qui præter suas piscinas nihil curant, poterit Clodius in ullam invidiam adducere. *P. Manut.*

81. *Citius omnino quam potuit.*) Usque adeo incitata & violenta fuit ista conversio, ut citius etiam, quam potuit sit facta, vel *potuit*, debuit, ut ep. 15. lib. III. & orat. pro dom. *Corrad. Oportuit* placeret, pro *potuit*, & ita postea vidi scriptum in libro Longolii. In fine epistolæ legendum puto, *Sed cum e Tusculano in Formianum rediero (ubi esse volo usque ad prid. Calen. Jun.). faciam &c.* atque ita in fine etiam sequentis epistolæ, pro *Majas*, erit corrigendum *Jun.* Ursinus.

82. *De-*

διβάφῳ vestiant; videbis brevi tempore magnos non modo eos, qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum qui

82. *Denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant.*) Credo his verbis significari rem, quam copiose explicat in oratione contra Vatinium. in augurum enim collegium se speravit Vatinius posse cooptari, Cæsare consule, nonnullisque aliis enixe adjuvantibus: quod quidem cogitasse illum, prodigii simile Ciceroni videbatur, qui non cessavit de hoc etiam ipsum in ea oratione acerbissimis verbis interrogare, totamque hanc ejus cupiditatem irridere & exagitare. quam autem id indignum ei videatur, his etiam verbis breviter innuit. Dibaphon autem purpuram esse bis tinctam, nemini jam ignotum est, ex Plinio, Tibullo, & aliis auctoribus. ut putem idem etiam intelligi loco illo ex epistola quadam ad Cœlium, cum inquit: *Sed tamen tegam prætextam texi Appio, puto te audisse. nam Curtius noster dibaphum cogitat* quod ipse etiam Curtius voluerit fieri augur: atque id ab insigni hoc ejus sacerdotii Cicero indicet, quod qui eo honore fungerentur, purpura hac uterentur. Sed cur locum Plinii, postquam in purpuræ sermonem incidi, non corrigam, qui turpiter depravatus est? præsertim cum omnes omni studio & industria egregium illum scriptorem conentur purgare, & meliorem facere: qui tam valde olim mendosus erat, ut non minore auxilio ei opus fuerit in suis vulneribus curandis, quam quod præbitum est omnium studiosorum conspiratione in eo fovendo & sanando. Is est lib. IX. cap. 38. cum de purpuris agens, inquit: *Capi eas post Canis ortum, aut ante vernum tempus, utilissimum, quoniam cum fœtificavere, fluxos habent succos, &c.* Quomodo enim *Fœtificavere*, recte scriptum esse potest, cum constet purpuras e purpuris non gigni? sed auctore etiam Aristotele, cum ipsas, tum reliqua testis inclusa, e limo, & e materia putrescente oriri? Legendum igitur quemadmodum est in veteribus libris, *Cerificavere*, pro *fœtificavere*. Finxit enim (ut arbitror) hoc nomen Plinius. ut Græcum verbum, quo Aristoteles pluribus locis, dum historiam earum tradit, utitur, exprimeret: id est, κηριάζειν. nam & sententiam etiam ipsam ab Aristot. accepit, qui inquit, ὅταν δὲ κηριάζωσιν αἱ πορφύραι, τότε χείριστον ἔχουσιν ἄνθος. Et non multo antea, ἁλίσκονται δὲ τοῦ ἔαρος, ὅταν κηριάζωσιν, ὑπὸ κυνὰ δὲ οὐχ ἁλίσκονται. Nec fortasse necesse erat Theodoro aliud verbum formare, si integros Plinianos codices nactus esset. cur enim auctoritatem Plinii in nominib. fingendis non sequeretur? ille autem *favificare* dixit. Nisi fortasse cum vitium in verbo *fœtificavere* esse animadvertisset, putavit erratum hoc fuisse librarii, & pro *fœtificavere favificavere* a Plinio scriptum fuisse. in quo judicium hominis non valde reprehendendum esset, qui labem illam & maculam perspexisset, & conjectura duce non incommode locum restituisset: quamvis dum variare orationem vult, ut copiam & elegantiam ostendat, idem nomen quandoque etiam duobus verbis interpretetur: ut *ordini favos*, & *extruere favos* Plinius autem cap. 36. eandem rem his verbis videtur exposuisse: *Congregantur verno tem-*

b publicanum *MS.*

qui peccavit, Catonem. nam nos quidem, si per istum tuum sodalem b Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus: 83 si ille cogit ἄντα, tum duntaxat nos defendere; &, quod est proprium artis hujus, ἐπαγγέλλομαι

c πρότερον *Dausq.* *male.*

d habeat *alii.*

Ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, ὅτε τις c πρότερος χαλεπήνῃ.

Patria propitia sit: d habet a nobis, etiam si non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulatum est. male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus bene gubernare. Sed hæc coram commodius.

pore, mutuoque attritu lentorem cujusdam cera salivant. Sic enim videtur verba hæc Aristotelis reddere voluisse, ἀφιᾶσι δὲ ἀρχόμεναι κηριάζειν γλισχρότητα μυξώδη, ἐξ ὧν τὰ λεπυριώδη συνίστανται. Quid autem κηριάζειν esset, ipse Aristoteles lib. quinto de historia animalium, unde etiam superiora exempla accepimus, diligenter narrat his verbis: Αἱ μὲν οὖν πορφύραι τοῦ ἔαρος συναθροιζόμεναι εἰς ταὐτὸ ποιοῦσι τὴν καλουμένην μελίκηραν. τοῦτο δ' ἐστὶν, οἷον κηρίων, πλὴν οὐχ οὕτω γλαφυρὸν, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ λεπυρίων τῶν ἐρεβίνθων λευκῶν πολλὰ συμπλακείεν, οὐκ ἔχει δὲ ἀνεῳγμένον πόρον οὐδὲν τούτων, οὐδὲ γίνονται ἐκ τούτων αἱ πορφύραι, ἀλλὰ φύονται καὶ αὗται καὶ ἄλλα ἐκ τῆς σήψεως καὶ τῆς ἰλύος ὀστρακόδερμα. τοῦτο δὲ συμβαίνει ὥσπερ ἀποκάθαρμα καὶ ταύταις, καὶ τοῖς κήρυξι. κηριάζουσι γὰρ καὶ οἱ κήρυκες. Quæ qui Latina habere vult, is laudatam illam Teodori interpretationem adeat. ibi enim omnia accurate & eleganter expressa leget. quamvis autem κηρίον, unde κηριάζειν deductum est, favum potius quam ceram significet (κηρὸς enim cera dicitur, non κηρίον) nemo tamen miretur Plinium cerificare dixisse. nam & Latini favos ipsos ceras appellarunt. ut Virgilius & Columella multis locis: & Græcum nomen, quo favos illi nominant, a cera derivatum est. & hos præcipue purpurarum favos, ceras appellare non alienum fuit, qui figuram tantum favorum habent, melle vacui sunt. quare omnino hanc esse duco genuinam Plinii lectionem, nec quenquam elegantius puto, aptiusque potuisse Græcum verbum exprimere, quam Plinius fecerit. *Victorius.* Hanc emendationem Plinii elegantissimam firmat vetustissimus codex Chiffletianus, in quo clare scriptum est *cerificavere.* uti ostendunt excerpta Dalecampii. *Gravius.*

83. *Si ille cogit ἄντα, tum duntaxat.*) Conjectura hæc est Bosii ex corrupta Decurt. lectione, in qua legitur, *cogit tanta tum.* vulg. *si ille cogitat, tantum.* Manutius etiamsi vulgatam probet, posse tamen ita corrigi existimat, *si ille cogit, at tantum duntaxat.* Cleric. Malim: *Si ille cogitet; ad duntaxat nos defendere.* hoc est, utique nos defendere: *J. F. Gronov.* Bosii conjecturam, quam receperunt in contextum, expunxi, & malui verba corrupta legi, uti reperiuntur in veteribus libris, quam hominum nostrorum commenta, quamvis sint ingeniosa. Valde tamen Gronovii emendatio mihi arridet. Nullus dubito *tantum* esse interpretationem τοῦ *duntaxat*, quæ in contextum irrepsit. *Gravius.*

84. *In*

dius. nunc [e] audi, quod quæris. Antium me ex Formiano recipere cogito a. d. v. non. Maj. Antio volo non. Maj. proficisci [84] in Tusculanum. sed cum e Formiano rediero, ([f] ibi esse usque ad prid. Kalend. Maj. volo) faciam statim te certiorem. Terentia tibi salutem. Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον.

e ad id *MS. Faerni.*
f ubi *alii.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

VOLO ames meam constantiam. ludos Antii spectare non placet. est enim ὑποσόλοικον, cum velim vitare omnium deliciarum suspicionem, repente ἀναφαίνεσθαι non solum delicate, sed etiam inepte peregrinantem. quare usque ad non. Maj. te in Formiano exspectabo. nunc fac, ut sciam, quo die te visuri simus. Ab [85] Appii Foro, hora quarta. dederam aliam paulo [g] ante [86] Tribus Tabernis.

P. XXIX.
g ante a *alii.*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

NARRO tibi, plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum. dies enim nullus erat, Antii cum essem, quo die non melius scirem, Romæ quid ageretur, quam ii, qui erant Romæ. etenim litteræ tuæ, non solum quid Romæ, sed etiam quid in republica, neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant. nunc, nisi si quid ex [h] prætereunte

h *ita MSS.* præcedente *alii.*

84. *In Tusculanum.*) Hodie *Grotta Ferrata*, de qua quædam scitu non injucunda reperies in Commentariis Cardinalis Retzii, Tom. V.

85. *Appii foro.*) Quod recentiores Fossam novam vocant, de quo sic scribit Antoninus Augustus: ad urbe, Appia, recto itinere, Aritia M. P. XVI. Tribus tabernis M. P. XVII. Appii foro M. P. XVIII. Horat. Satyr. 5. lib. 1. *Corrad.* Vide Cluv. Ital. antiq. lib. III. cap. 8.

86. *Tribus tabernis.*) Ep. 10. lib. 1. & ep. 12. h. l. & Lucas in Act. Apost. cap. 28. *Idem.* Vide Cluv. Ital. antiq. lib. III. cap. 8. MSS. nostri: *paulo antea Tribus Tabernis.* & recte, ut in ep. 10. lib. 1. docuimus. *Junius.*

tereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus. quare quamquam jam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim jussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum: ac diem, quo Roma sis exiturus, cura ut sciam[i]. Nos in Formiano esse volumus usque ad prid. nonas Maj. eo si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo. nam Arpinum quid ego te invitem.

87 Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. οὔτι ἔγωγε
Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Hæc igitur. [i] Cura ut valeas.

i Et cura MS.

E P I S T O L A XII.

C I C E R O A T T I C O S.

88 NEGENT illi Publium [k] plebejum factum esse. hoc vero regnum [l] est, & ferri nullo [m] pacto potest. emittat ad me Publius, qui obsignent; 89 jurabo, Cneum nostrum, 90 collegam Balbi, Antii mihi narrasse, [n] se in auspicio fuisse. o suaves epistolas tuas, uno tempore mihi datas, duas: quibus εὐαγγέλια quæ red-

k trib. plebis *Vict.*
l esse ferri *alii.*
m modo *MSS.*
n *Jun. delet* se.

87. Τρηχεῖα.) Homeri verba de Ithaca, Ulyssis patria, Odyss. 1. Quid ego, inquit, Arpinum te invitem, quod amœnitate delectare non magis potest, quam Ithaca illa, in asperrimis saxulis, tamquam nidulus, affixa; fortes tamen viros, non minus quam Ithaca, gignit. Erat autem Cicero Arpinum Formiano, Arpino Romam iturus. ideo dicit, Romæ te fortasse videbo. ep. 8. *P. Manut.*

88. *Negent illi.*) Epistola hæc est octava in Lambin. editione. *Clericus.*

89. *Jurabo Cneum nostrum, collegam Balbi.*) Pompejum, Collegam in Vviratu, vel xxviratu, epist. 7. h. l. hinc Capuæ esse dicitur ep. 19. h. l. & Magistratum gerere. orat. post reditum in Senat. & est μυκτηρισμός, quod collega esset hominis Aricini, cujus ignobilitatem postea M. Antonius Octavio objecit. Philip. 3. *Corrad.*

90. *Collegam Balbi.*) In xxviratu. ep. 7. Atium enim Balbum, qui maternus avus Augusti fuit, cum ex Julia, Cæsaris sorore, Atiam genuerit, in xxviris fuisse, Svetonius narrat in Augusto. nec abest ironia: quod, collegam habere Balbum, hominem Aricinum, honoribus non insignem, Pompejo Magno turpe videri posset. *P. Manut.*

91. Ip-

reddam, nescio: deberi quidem plane fateor. sed vide συγκύρημα. Emerseram commode ex o Antiati in Appiam ad Tris Tabernas, 91 ipsis p Cerialibus, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus. ibidem ilico puer abs te cum epistolis. ille ex me, nihilne audissem novi: ego negare. Publius, inquit, tribunatum plebis petit. quid ais? & inimicissimus quidem Cæsaris, & ut omnia, inquit, ista rescindat. quid Cæsar? inquam. negat, se quicquam de illius adoptione tulisse. deinde suum, Memmii, Metelli Nepotis expromsit odium. Complexus juvenem dimisi, properans ad epistolas. 92 Ubi sunt, qui ajunt ζώσης φωνῆς? quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone; quid ageretur? de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, 93 de signifero Athenione, de litteris missis ad Cneum, de Theophanis, Memmiique sermone. quantam porro mihi exspectationem dedisti 94 convivii istius q ἀσελγοῦς: sum in curiositate ὀξύ-

P. R.
o Antio alii.
p alii Cerealibus.
q Ἀστυάγυς alii.

91. *Ipsis Cerialibus.*) V. Id. Apr. Ovid. lib. IV. Fast. Quare, si dies conferantur, hęc epistola superioribus pręponenda videri possit. *Corrad.* *Ipsis Cerialibus.*) V. Id. Apr. ex IIII. Fastorum Ovidii, ut non male colligat Corradus, hanc epistolam superioribus aliquot anteponendam esse. *Malasp.*

92. *Ubi sunt qui ajunt ζώσης φωνῆς.*) Sic mss. Pall. ut & Lambin. placuit. vulg. versum ita supplent μεῖζω ἐνάργειαν εἶναι. Cleric.

93. *De signifero Athenione.*) Sex. Clodio. Nam sicut Athenio Siculus fuit, & fugitivorum Dux, Verr. 5. Ascon. in Verr. 5. & Flor. lib. III. c. 19. sic Sex. Clodius Siculus fuit, Svet. de claris Rhet. & servitia ad cędem, & inflammandam urbem incitavit, orat. pro M. Cęlio, fuitque minister seditionis non aliter, atque Athenio defectionis, cujus signum volunt fuisse, Athenionem vocare. dicitur quoque Clodius ludos Athenionis, aut Spartaci exemplo fecisse orat. de resp. & quamvis hęc multo post sint facta, jam tum tamen videbantur. vel M. Crasso, ep. 22. h. l. a quo pulsi fugatique sunt servi. Florus lib. III. cap. 20. & si Spartacum, non Athenionem ille superavit. in veterum quoque monumentis P. Clodium Athenionem legimus. *Corrad.*

94. *Conviviis tuis ἀστυάγυς.*) Nos scripsimus, *Convivii istius*, ἀσελγῦς, ex nostro codice: quemadmodum etiam Germani in margine adnotarant. quę profecto vera est hujus loci lectio. Quid enim hic Astyages rex? nam si fabulas audire volumus, nihil tam absurdum est, quod non possit aliquo figmento continuari. Eandem hanc rem in principio secundę ab hac epistolę indicat: *Quantam etiam* (scilicet exspectationem) *moves de illo delicato convivio.* ut nihil de sinceritate horum verborum dubitari amplius possit. *Victorius.*

95. Κατ'

ὀξύπεινος, sed tamen facile patior te id ad me συμπόσιον non scribere; præsentem audire malo. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris: crescit mihi quidem materies, ut dicis: sed tota res etiam nunc fluctuat: 95 κατ' ὀπώρην τρύξ. 96 quæ si r decesserit; magis erunt judicata, quæ scribam. quæ si statim a me ferre non potueris, primus f habebis tamen, t & aliquandiu solus. Dicæarchum recte amas. luculentus homo est, & civis haud paullo melior, quam isti nostri ἀδικαίαρχοι. Litteras scripsi hora decima v Cerialibus, statim, ut tuas legeram: sed eas eram daturus, ut putaram, postridie ei, qui mihi primus x obviam venisset. 97 Terentia y delectata est tuis litteris. impertit tibi z multam salutem: ϗ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται.

r desederit *MSS. Corr.*
f habebit *MSS. duo.*
t id *MSS. iid.*
v *alii* Cerealibus.
x obvenisset *MSS. Gul. & ita Grav.*
y affecta *aut* affectata *alii.*
z multum salutis *alii.*

EPI-

95. Κατ' ὀπώρην τρύξ.) Bosii est, cui vulgata lectio κατ' ὀπώρην τραχὺς, semper suspecta fuit. ita conjecit legendum ex hac Crusell. scriptura κατ' ὀπώρην τρύχ. Cleric.

96. *Quæ si decesserit.*) Monet Sebastianus Corradus in quibusdam libris legi, *desederit*. quod verbum aptissime dicitur de fæce in imo subsidente. quia tamen vulgatam lectionem, *decesserit* in omnibus meis reperi, nolui eam mutare. & tum fæx e vino decessit cum desedit. *Idem*. Sed Helmstad. MS. edit. Manutii, M. Bruti, & nonnullæ aliæ, longe rectius, *desederit* quam quod legitur in Victorii, S. Bosii, Gruteri, Lambini editionibus: *decesserit*. Manet in translatione. Dixit omnia adhuc esse turbulenta, instar musti recentis quod in autumno fervet. Fæx dicitur desidere, cum vinum fit liquidum. illæ igitur turbæ, inquit Cicero, quæ tum rempublicam vexabant, ut nesciretur an in triumvirorum potestate sit imposterum futura, ut tum erat, an optimatium partes sint superiores futuræ, si resederint, ac reip. status, qui nunc fluctuat, firmior fuerit, promittit se scripturum Desidere autem est fundum petere. Justin. lib. IV. cap. I. *Undarum porro in se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes in imum desidere, alias quasi victrices in sublime ferri videas: nunc hic fremitum ferventis æstus, nunc illic gemitum in voraginem desidentis audias*. Cic. I. divin. *Labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset*. Pro hoc frequentius dicitur *subsidere*. In hac notione *decedere* Latinos apud scriptores idoneos, nisi fallor, nunquam legitur. *Gravius*.

97. *Terentia delectata est tuis litteris & impertit tibi multum salutem.*) Sic olim omnes excusi habebant. Germani ea dictione (ut puto) offensi, *Affecta est* emendarunt: quos nonnulli postea secuti sunt. ita enim locum legunt, citantque: nos *delectata* scripsimus: quam ingenuam esse lectionem existimamus. ea enim sunt ejus vestigia in nostro codice, ut si ex *F* facias *E*, nihilque amplius addas, omnes maculas, quæ hanc vocem fœdaverant, ablueris,

EPISTOLA XIII.

P.XXX.

CICERO ATTICO S.

FACINUS indignum! epistolam, αὐθωρεὶ tibi a Tribus Tabernis rescriptam [a] ad tuas suavissimas epistolas, neminem reddidisse? at scito, eum fasciculum, quo illam conjeceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in [b] Formianum relatum esse. itaque tibi tuam epistolam jussi referri; ex qua intelligeres, quam mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ quod scribis sileri, ita putabam. at hercule in agris non siletur: nec jam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. si vero in hanc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην, (98 Formias dico) [c] qui fremitus hominum? quam irati animi? quanto in odio noster amicus Magnus? 99 cujus cogno-

a quat. seqq. voces desunt in MS.

b Formiæ no MS.

c in MS.

ablueris, eamque purgatam & nitandam reddideris. Est autem, ut ante etiam testari sumus, frequens in eo libro harum litterarum inter se permutatio. Sed hac tantum indicata lectione, sine aliis argumentis, speravimus nos, omnes ejus integritatem cogituros. *Victorius*. Recte hic locus emendarus est a Victorio, quamvis corrupta lectio in Helmestadiensi & Balliolensi quoque reperiatur. in quibus tamen copula desideratur, meo quidem sensu venustius: *Terentia delectata est tuis litteris, impertit tibi multam salutem*. Grævius.

98. *Formias.*) Antiquam Læstrygonum sedem. Plin. lib. III. cap. 5. *Corrad.* Hæc duo verba *Formias dico* absunt ab uno manuscripto, & fortasse addita sunt σχολιαστικῶς, ad declaranda Græca verba, quæ præcedunt. *Ursinus.*

99. *Cujus cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit.*) Pompeji cognomen illud, Magnus, suam celebritatem honoremque amittit; quemadmodum & Crassi, qui Dives ex opibus appellatus est, opibus imminutis cognomen paullatim exstinguitur. Sic enim interpretor, non, ut alii, quia Cæsari remp. vexanti uterque assentiretur. nostram sententiam confirmat Valerius Max. lib. VI. cap. II. *Quid*, inquit, *Crasso? nonne pecuniæ magnitudo locupletis cognomen dedit? sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem injunxit*. Nominatur & infra, ep. 24. est autem diversus ab eo, qui periit in Parthis: qui licet Romanorum omnium ditissimus fuerit, cognomen tamen Divitis numquam est adeptus. quare miror visum esse nonnullis, eundem esse Crassum, & qui hic, & qui epist. 3. lib. 1. nominatur: cum fuerit quidem uterque dives, Diviti tamen ei tantum cognomen fuerit, qui ad inopiam postea redactus: quod Valerio teste jam probavi. Præterea prætor hic ep. 24. at ille alter consul multo ante cum Pompejo. *P. Manut.*

I. *Ille*

cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. credas mihi velim; neminem adhuc offendi, qui hæc tam lente, quam ego fero, ferret. quare, mihi crede, φιλοσοφῶμεν. juratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Tu si litteras ad Sicyonios habes, advola in Formianum; unde nos pr. non. Maj. cogitamus.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

QUANTAM tu mihi moves exspectationem de sermone Bibuli? quantam de colloquio βοώπιδος? quantam etiam de illo delicato convivio? proinde ita fac, venias d ad sitientis aures. quamquam nihil est jam quod magis timendum nobis putem, quam ne [1] ille noster Sampsiceramus, e cum se omnium sermonibus sentiet vapulare, & cum has actiones εὐανατρέπτους videbit, [2] ruere incipiat. ego autem usque eo sum enervatus,

d ac ad *Bos.* ut ad *Manut.* e quem si *MS.* P. B.

1. *Ille noster Sampsiceramus.*) Pompejus, qui Syriam vicerat, in qua erat regio Samsicerami, & Jamblichi ejus filii, qui Phylarchæ genti Emesinę præerant. Strab. lib. XVI. *Corrad.* Meminit etiam Joseph. lib. XVIII. Antiq. cap. 7. in genealogia Herodis Magni cujusdam Σαμψιγεράμου Emesinorum Regis, cujus filia Jotape nupta fuit Aristobulo, Agrippę majoris fratri, Aristobuli filio, Herodis M. Nepoti. Thomas Reinesius censet hoc vocabulum sic scribendum esse: *Sjamiceranum*, vel *Schamiceramum*. hoc est, Syrię dominum. Hujus compositi prius Ebręum sive Syrum esse שאם *Scham*, posterius Gręcum κοίρανος. *Scham Scemi*, & Latinorum typo *Siamaa* ab Ebręis, Syris & Arabibus appellari Syriam. Vocem autem hybridam in illo tractu non esse mirandam, quia per omnem Syriam Græcę civitates multę fuerint, & Gręca lingua ibidem popularis, ut & in Arabia. Vid. Var. lect. lib. 1. cap. 25. Sed aliam postea hujus nominis rationem excogitavit in epist. 23. ad Rupertum, ostendens σαμψήρας fuisse species gladii, insignia regum magnatumque. Svid. Σαμψῆραι, σπάθαι βαρβαρικαὶ, enses barbarici, videlicet Persarum, Chaldęorum, Syrorum, Arabum proprii. formasse autem Gręcos hoc vocabulum e Syriaco ספסרא *Saphsira*. Quo Paraphrastes Chaldęus utatur, cum nominare vellet gladium, quo Mordechaium in gratiam receptum accinxerat Ahasuerus Persa. Illos gladios sceptrorum loco fuisse & appellatos hastas, quas gesserint summę potestates. Vide laudatam epistolam. *Grav.*

2. *Ruere incipiat.*) Aliquid conari, quo magis rempublicam pertur-

tus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim ἐντυραννεῖσθαι, quam [f] cum optima spe dimicare. De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. 3 at [g] quam [h] parem basilicæ tribum Æmiliam? [i] sed, omitto vulgus, 4 post horam IV molesti ceteri non sunt. C. Arrius proximus est vicinus. immo ille quidem jam contubernalis; qui etiam se idcirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. ecce ex altera parte 5 Sebosus, ille Catuli familiaris. quo me vertam? statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissime exspectari viderem, duntaxat ad prid. non. Mai. vide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ. occasionem mirificam, [k] si qui nunc, dum hi apud me sunt, emere de me fundum Formianum velit. [6] & [l] tamen illud [m] probem? 7 *magnum quid* [n] *ag-*

gre-

f cum *deest in MS.*
g *alii* cōparem.
h partem *MSS.*
i sed *delent alii.*
k si quis *alii.*
l tuum *P. Faber.*
m propere *Faern.*
n *aggredimur* idē.

turbet, tranversum agi incipiat. Flor. lib. IV. cap. 2. *Cæsaris furor atque Pompeji Urbem Italiam, gentes, nationes, totum denique qua patebat imperium, quodam quasi diluvio & inflammatione corripuit.* J. F. Gronov.

3. *At comparem basilica.*) Basilicam habere medicam: habeo tribum Æmiliam. quod enim basilicæ similem esse villam suam dixerat; quasi non bona esset comparatio, correxit, & intulit, Æmiliam hic ego habeo tribum, non villam. quid enim basilicæ comparem; in qua sunt homines multo, quam in Æmilia tribu, pauciores. neque vero totam tribum significavit, sed Formianos tantum, qui in ea suffragium ferebant, ut Livio legimus lib. XXXIIX. quasi dixerit, tantam habeo Formianorum frequentiam, quanta in Æmilia tribu suffragium ferre solet. ὑπερβολικῶς. *P. Manut.*

4. *Post horam quartam molesti ceteri non sunt.*) Ceteri qui sunt Formiis mihi molesti non sunt post horam quartam. nam ante eam horam me valde salutationibus interpellant. reliquum tempus diei C. Arrius, & Sebosus me non sinunt tranquille & quiete ducere, ita odiose importuni sunt. *Bosius.*

5. *Sebosus, ille Catuli.*) Aliter vulgo distinguitur, nempe, *Sebosus ille, Catuli &c.* Cleric.

6. *Et tamen illud probem.*) *Propere* emendatum est in libro viri doctissimi, pro *probem* Ursinus. Legendum cum interrogatione; quasi dicat, fieri non potest, cum singulis horis interpeller, ut id, quod suades, probem, & magnum aliquid aggrediar, & multæ cogitationis. nam hæc verba, *magnum aliquid aggrediamur, & multæ cogitationis, atque otii*, descripsit ex epistola Attici. *Bosius.*

7. *Magnum quid aggrediamur.*) Faernus *aggredimur?* & *propere* etiam ipse, pro eo quod in vulgatis est, *probem*. Ursin.

8. *Seu-*

gregiamur, *& multa cogitationis*, *atque otii.* sed tamen satisfiet a nobis, neque parcetur labori.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

UT scribis, ita video, non minus incerta in republica, quam in epistola tua: sed tamen ista ipsa me [o] varietas sermonum opinionumque delectat. Romæ enim videor esse, cum tuas litteras lego, &, ut fit in tantis rebus, modo hoc, modo illud audire. illud tamen explicare non possum, quidnam [p] invenire possit, nullo recusante, ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet, nisi ipsius judicium sine ulla [q] correctione reipublicæ? nimirum in Publio spes est: fiat tribunus plebis: si nihil aliud, ut eo citius tu ex Epiro revertare. nam, ut illo tu careas, non video posse fieri; præsertim si mecum aliquid volet [r] disputare. sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit ejusmodi, sis advolaturus. verum ut hoc non sit; [8] tamen seu ruet, seu eriget

o veritas *MS.*

p *alii* inveniri.

q correptione *Jun. e MS.*

P. XXXI.

r disceptare *alii.*

8. *Seu ruet remp.*) Faernus legebat *serviet Respublica* ex antiquo libro. *Ursin. Tamen seu ruet, seu eriget remp.*) Hæc est Bosii conjectura. mss. omnes corrupti. Tornæs. habet, *servet, get. remp.* Crusell. *servet, serget remp.* Decurt. *seu ruet, se urget remp.* Bessarionis liber, *tamen servet remp.* quæ & vulgata est lectio; qua nihil sincerius, judicio Lambini. Junius conjicit, *tamen si ruentem surreget remp.* Faernus ex ms. *serviet respublica.* Victorius edidit, *sive ruet remp.* Cleric. Aus. Popma legit: *Seu ruet, seu servet remp.* Sed non est ut repudiemus Corradi & Bosii emendationem ex vestigiis antiquorum Codicum erutam, a quibus non longe Balliolensis abit, in quo scribitur: ut edidit Victorius *Tamen sive ruet remp. Ruere* autem cur non accipiamus eo sensu, quo in præcedente epistola positum est: *Nihil est jam quod magis timendum nobis putem, quam ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet vapulare, & cum has actiones εὐανατρέπτους videbit ruere incipiat.* & lib. VII. ad Att. epist. 19. *At illum ruere nuntiant, & jam jamque adesse.* Grævius. Ab patre locus hic spectatus ita fuit, ut ex illa veteris scripturæ differentia eliceret legendum *tamen si servet rempublicam, spectaculum.* παραφράζων, Etiamsi me non infestat, & hic tibi stimulus advolandi desit, veni tamen: operæ pretium erit: instar spectaculum egregium certantis Publii cum tribus regibus, quod omnino, ut plenum ejus fructum capiamus, junctos, & simul nos spectare oportet. *Gronov.*

9. *In-*

eriget rempublicam, præclarum spectaculum mihi propono, modo te confessore spectare liceat: Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus. nondum plane ingemueram; salve, inquit Arrius. hoc est Roma decedere? quos ego homines effugi, cum in hos incidi? ego vero

9 *In montes patrios, & in incunabula nostra*
Pergam.

Denique si solus non potuero, cum rusticis potius, quam cum his perurbanis: ita tamen, ut, quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano s 10 tibi præstoler usque ad III. non. Maj. Terentiæ pergrata est assiduitas tua, & diligentia 11 in controversia Mulviana; nescit omnino

s *ita Vict. e MS. alii* te.

9. *In montes patrios, & ad incunabula nostra.*) Ad montes Arpinates, & quidem asperiores, ep. 11. hujus libri, ubi ortus & procreatus sum. lib. II. de leg. *Corrad.* Ant. Augustinus putat esse versum ex aliquo poeta sumptum. *Ursin.*

10. *Tibi præstoler.*) Nos auctoritatem secuti nostri antiqui codicis, *Tibi præstoler* scripsimus. in quo ne quis nos reprehendat (quod hodie cum accusandi casu construatur hoc verbum) verba Ælii Donati adducemus: qui miratur Terentium in Eunucho, *Quem præstolare* dixisse. sunt autem hæc: *Nove, non cui præstolare, sed quem dixit.* aliter Tullius, *Qui tibi ad forum Aurelium præstolaretur. Præstolari est præsto esse, & parere*: hoc est, *obsequi.* Non male igitur fecimus, quod veteri exemplari fidem habentes, consuetam Ciceroni locutionem restituimus. Quod autem paulo infra, *Publicanis pendis*: omnes quos vidimus manuscripti, *Publicanos habent*: quod etiam Germani adnotarunt. Nos quanquam receptam lectionem secuti sumus, veterem tamen testatam relinquere voluimus. *Victorius.*

11. *In controversia Mulviana.*) Fortasse a ponte Mulvio, ep. 33. lib. XIII. vel milvina, ut epist. 2. lib. I. ad Q. frat. *Corrad.* Mulvius hic publicos agros possessoribus, qui vectigal non pendebant, adimere conabatur, ut eos in perpetuum, aut ad certum tempus aliis locaret, ea lege, ut tamdiu pro iis vectigal penderent quam diu eos possiderent. ex iis agris, Atticus, & Terentia quædam prædia possidebant. ideo tam suo quam Terentiæ nomine caussam omnium possessorum Atticus defendebat, negabatque eos agros possessoribus auferri posse, dum ipsi penderent vectigal. quo dicto fatebatur eos agros vectigales esse. Attici diligentiam, & assiduitatem in retinendis agris Terentia valde probabat, professionem vectigalis pendendi non probabat: quippe quæ nollet eo nomine quicquam pendere. at ille prudenter cogitabat agros vectigales alia ratione retineri non posse, nisi si vectigal penderetur. hanc Attici exceptionem confirmat Paullus jurisconsultus lib. XXI. ad edictum, *agri civitatium*; inquit, *alii vectigales vocantur, alii non. vectigales vocantur,* qui

no, te communem causam defendere eorum, qui [12] agros publicos possideant. sed tamen tu aliquid t publicanus pendis; hæc etiam id recusat. ea tibi igitur, & Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς, salutem dicunt.

t publicano *Gron.* publicanis *Grav.*

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

Coenato mihi, & jam dormitanti, prid. kal. Mai. epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.

qui in perpetuum locantur, id est, hac lege, ut tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis qui conduxerunt, neque iis qui in eorum locum successerunt, auferri eos liceat. Bosius.

12. *Agros publicos.)* Agri publici, de hostibus capti, tria genera, unum, quod colonis donabatur; alterum, quod a censoribus in quinquennium locabatur; tertium, quod ob vastitatem, quæ fere bellum consequi solet, iis, qui colere vellent, in perpetuum assignabatur, imposito annuo vectigali, ut arbustorum quincta, frugum decima, pecoris etiam quædam pars penderetur. quod ab Appiano lib. 1. bellorum civilium scriptum est. ex hoc tertio genere erant agri, quos Terentia, & Atticus possidebant, sed Atticus legitimum vectigal publicanis pendebat: qui fortasse cum illo agrorum genere, de quo secundo loco mentionem fecimus, hoc etiam tertium de censoribus conduxerat, non ut fructus ipsi perciperent, sed ut vectigal illud, cujus admodum facilis exactio non esset, suo periculo exigerent. Terentia ne vectigal quidem illud, satis tenue, pendere volebat; credo, ne beneficium amitteret lege Thoria datum. nam Sp. Thorius, ut ait Cicero in Bruto, agrum publicum vectigali levaverat. sed videtur ejus legis auctoritas, ut aliarum quoque legum, vetustate contemni cœpta: itaque multi, quorum in numero Atticus erat, vectigal, tamquam lege illa abrogata, pendebant: nonnulli vero, in quibus erat Terentia, tamquam lege Thoria manente, recusabant. Terentiæ negotium agebat Atticus, eo libentius, ut Cicero significat, quia, si secundum Terentiam in ea caussa judicatum esset, ipse etiam, de pendendo vectigali recusasset, immunemque agrum publicum legis Thoriæ beneficio possedisset. Mulviana vocatur controversia, quia Mulvius, ut puto, publicanorum caussam procuraret. legis Thoriæ mentio fit libro etiam III de Oratore, his verbis: *Appius major, cum ageretur in senatu de agris publicis, & de lege Thoria; & premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore ejus depasci agros publicos dicerent; Non est*, inquit, *Lucilii pecus illud, erratis: liberum est: qua lubet, pascitur.* Eandem legem nominat Appianus, omisso latoris nomine: ac videtur opinari, non hanc de tollendo vectigali, sed aliam de abroganda lege agraria Ti. Gracchi a Sp. Thorio

scribis. quid quæris? v primum ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit, sed id cogitatione magis, quam molestia. cogitanti autem hæc fere succurrebant. x primum ex eo, quod superioribus litteris scripseras, ex y familiari te illius z audisse, prolatum a iri aliquid, quod nemo improbaret; majus aliquid timueram: hoc mihi ejusmodi non videbatur. deinde, ut me b ego consoler, omnis exspectatio largitionis agrariæ in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena jugera sint, non amplius c hominum quinque millia potest sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis d abalienetur, necesse est. præterea, si ulla res est, quæ bonorum animos, quos jam video esse commotos, vehementius possit incendere, hæc certe est, & eo magis, quod 13 portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum, 14 præter vicesimam? quæ mihi videtur una conciuncula, clamore pedisequorum nostrorum, esse peritura. Cneus quidem noster jam plane quid cogitet, nescio.

15. Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
Ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.

v *alii* primo.
x proximum *MS.*
y familiaritate *MSS.* P. B.
z accidisse *MS.*
a rei *MS.*
b egomet *alii.*
c homines *MS.*
d alienetur *MS.*

qui

rio tribuno pl. latam esse, ut confirmaretur veterum dominorum possessio, manente legitimo vectigali: sublatum autem vectigal ab alio tribuno pl. quem non nominat, ostendit. sed mihi Cicero rerum Romanarum auctor est certior. *P. Manut.*

13. *Portoriis Italiæ sublatis.*) Hujus loci sententia facile mihi ex Dionis historia patuit. is enim lib. XXXVII. legem ait a prætore Q. Metello Nepote latam esse, ut vectigalia omnia tollerentur; quod ea civitas & Italia vix ferre jam posset. hanc legem temporibus etiam imperatorum observaram significat Paulus lib. ult. de Censibus, cum dicit: *Divus Vespasiånus Cæsarienses colonos fecit, non adjecto, ut & juris Italici essent, sed tributum his remisit capitis. Divus autem Titus etiam solum immune factum interpretatus est. quasi dixerit: Titus e sua liberalitate, etiam jus Italicum datum esse voluit, quod in soli immunitate consistebat.* Idem.

14. *Præter vicesimam.*) Vicesima fuit vectigal quod capiebatur ex libertorum manumissione, & pendebatur a dominis, & servorum emptione quod ab emptore solvebatur, de quo vide J. Lipsium ad Tacit. lib. XIII. Ann. cap. 31. *Grævius.*

15. Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις.) Versus hi Sophoclis, ejus enim esse ostendit Dionys. περὶ ὕψους, sic sunt vertendi;

Non jam ille modicas ore inspirat tibias,
Sed sine capistro enormibus flat follibus.

φορβειὰ non est ligula, sed capistrum, quo tibicines os sibi obligabant, & buccas substringebant, ne ultra justum modum infla-

 ren-

e adici MS. qui quidem etiam istuc [e] adduci potuerit. nam adhuc
f hæc MS. alii delent. [f] hoc ἐσοφίζετο, [g] se leges Cæsaris probare; actiones
g si leg. Cæs. probaret Vict. ipsum præstare debere: agrariam legem sibi placuisse: potuerit intercedi, nec ne, nihil ad se pertinere: de rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici; Bibulus de cælo tum servasset, nec ne, sibi quærendum non fuisse: de publicanis, voluisse illi ordini commodare;
h ita Manut. alii quidquid. [h] quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. nunc vero Sampsicerame, quid dices? vectigal te nobis [16] in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? quid, hoc quemadmodum obtinebis? oppressos vos, inquit, tenebo exercitu Cæsaris. non mehercule me tu quidem tam isto exercitu, quam ingratis animis eorum hominum, qui appellantur boni: qui mihi non modo præmiorum, sed ne sermonum quidem umquam fructum

P.XXXII. ullum aut gratiam retulerunt. quod si in eam me partem incitarem, profecto jam aliquam reperirem resistendi viam. nunc prorsus hoc statui, ut quoniam tanta controversia est Dicæarcho, familiari, tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικὸν,
i enim deest in MS. utrique a me mos gestus esse videatur. puto [i] enim me Dicæarcho affatim satisfecisse: respicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modo, ut requiescam, permittit; sed reprehendit, quia non semper quierim. quare incumbamus, o noster Tite, ad illa præclara studia: & eo, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur. Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπισθεν δὲ quid dicam nescio. nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem, & edam. Il-
k scribis MSS. lud tamen, quod [k] scribit, animadvertas velim, de portorio

rentur, & turpiculum os redderent, tum ut violentia nimii spiritus cohiberetur. Salmas. Plin. Exerc. pag. 833. quem vide. Sed non est hic sensus, quem putat Corradus: sed Pompejus nunc ingentia molitur, & quæ sunt supra ejus vires. vid. Svet. Oth. cap. 7. *Grævius*.

16. *In monte Antilibano*.) In longinquis regionibus vectigal dedisse populo Romano, domesticum abstulisse? de monte Antilibano Plinius libro v. Strabo lib. xvi. *P. Manut.*

17. *Tur-*

torio circumvectionis; ait, se de [l] consilii sententia rem ad senatum rejecisse. nondum videlicet meas litteras legerat; quibus ad eum, re consulta & explorata, [m] perscripseram, non deberi. velim, si qui Græci jam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas, & si tibi videbitur, his demonstres, quid ego de ea re sentiam. si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam publicanis; εἰ δὲ μὴ, (vere tecum loquar) in hac re malo universæ Asiæ, & negotiatoribus. nam eorum quoque vehementer interest. hoc ego sentio valde nobis opus esse. sed tu id videbis. Quæstores autem, quæso, num etiam de cistophoro dubitant? nam si aliud nihil erit; cum erimus omnia experti, ego [n] illud ne quidem contemnam, quod extremum est. Te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus; quoniam maritimum hoc contempsisti. Vale.

l consulis alii.

m rescripseram MS.

P. B. n ne illud MS.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

PRORSUS, ut scribis, ita sentio. 17 turbatur Sampsiceramus. nihil est, quod non timendum sit. ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. quid enim ista repentina

17. *Turbator Sampsiceramus.*) MSS. omnes, *turbatur*. Ego minima mutatione ac frequentissima *u* in *o*, malim *turbator*, quam *turbat* cum Lambino, aut cum Bosio *turbat vi*, reponere. *Junius*. Antiqui codices *turbatur*: quod reposuerunt librarii imperiti pro turbat; sicut apud Varronem in extremo III De Re Rustica. *Cum mare turbaretur*, pro turbaret, & hic lib. IX. *Alienantur immunda*, pro alienant; ut ibi ostendi. *Turbat* absolute, ut in illo Virgilii,

Impastus ceu plena leo per ovilia turbans.

Popma. Sane si veteres codices adstipularentur Bosio, ipse quoque in ejus discederem sententiam; sed cum nunc omnes MSS. etiam Balliolensis, & Helmstad. retineant *turbatur*, non ausim hanc conjecturam viri docti pro Ciceronis verbis venditare, eamque cum Grutero, recipere, præsertim cum Pompejus non vi, sed artibus dominationem Cæsaris asserat. Si igitur lectio codicum veterum est sana, dicendum *turbatur*, dici pro turbo ut idem oratione pro Mil. cap. 13. *punitus est amicum* pro puniit; Liv. lib. IV. cap. 24. *communicati sunt* pro communicaverunt. Ovid. lib. IV. Metam. 781. *repercussus* pro repercutiens, *est censa* pro censuit apud eund. I. de Ponto 3.

tina affinitatis conjunctio, quid ager Campanus, quid
18 effusio pecuniæ significant? quæ si essent extrema,
tamen esset o nimium mali: sed ea natura rei est, ut
hæc

o non nim. *Lamb.*

Hanc probat & primis dilectam semper ab annis
Est inter comites Marcia censa suas.

Cœnatus est pro cœnavit, *adoratus est* pro adoravit apud Valer. Max. lib. VIII. cap. 4. plura viri docti collegerunt exempla verborum hujus formæ, quæ patiendi vim exuunt, sed speciem retinent. Si cui hæc displiceant, per me licet Francisci Junii emendationem, si videbitur, probet: *Turbator Sampsiceramus*, nimirum est. Sensus sane est, quem ostedunt sequentia, Pompejum turbare & miscere omnia. *Gravius.*

18. *Effusio pecuniæ.*) Hunc locum, non intellecta prius legis Juliæ, de agro Campano dividendo, sententia, profecto nemo umquam intelliget. Lex autem ea quid sanciret, perobscurum est. non enim illud unum simpliciter sanxit, ut ager Campanus plebi divideretur, sed duo capita habuit: unum, ut ea pars ejus agri, quæ publica erat, statim divideretur, in quo vectigal populi R. minuebatur, quod queritur Cic. in epistola superiore: alterum, ut, qui ager a privatis in Campania possidebatur, publica pecunia emptus plebi distribueretur. publicus ager statim distributus est. privatus numquam: quia, Pisone, & Gabinio coss. qui C. Cæsarem, legis ejus latorem, & M. Bibulum consules proxime consecuti sunt, P. Clodius tribunus pl. eam pecuniam, quæ in agri Campani emptionem erogari debuit, sumptam ex ærario in Syriam eunti Gabinio dedit. qua de re in Clodium Cicero sic in Orat. pro domo: *Quis homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, quis illam opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam vi e Cæsaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit?* Hic igitur de utroque Juliæ legis capite Cicero conquetitur. nam, cum ait, *Quid ager Campanus*, de publica loquitur ejus agri parte jam divisa: cum vero subjungit, *Quid effusio pecuniæ*, privatos agros, publica pecunia emendos, ac plebi dividendos, qui tamen empti postea non sunt, plane significat. De hac parte agri Campani, ne divideretur, actum est sæpe in senatu, ut P. Lentulo, Q. Metello coss. de quo in ep. 1. lib. II. ad Q. Fr. & Marcellino, & Philippo coss. quod memorat Cic. in epist. ad P. Lentulum 9. lib. I. Fam. patet etiam ex ep. 10. lib. VIII. Fam. partem agri Campani vacuam esse: item ex ep. 20. lib. XI. ad Q. Fr. autem ep. 5. lib. II. *Acriorem*, inquit, *caussam faciebat inopia pecuniæ*. Hac de lege Cæsaris ita loquitur Dio lib. XXXVIII. ut eam prorsus ignorare videatur. nam, cum divisum ea lege agrum Campanum, ex his ad Att. Ciceronis ep. & ex Orat. in Pisonem, item ex Vellejo, Svet. & Plut. satis constet, Dio tamen, ut dixi, solum ex agris publicis agrum Campanum divisum esse negat; quia scilicet reip. propter ubertatem relinquendus videretur. *P. Manut.*

19. *Sibi*

hæc extrema esse non possint. quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? numquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus [19] sibi compararent. verum, ut scribis, hæc in Arpinati a.d. VI. circiter id. Mai. non p deflebimus, ne & opera, & oleum q philologiæ nostræ perierit: sed r conferemus tranquillo animo. dii immortales! neque tam me εὐελπιστία consolatur, ut antea, quam ἀδιαφορία. qua nulla in re tam utor, quam in hac civili & publica. quin etiam, quod est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον (bellum est enim sua vitia nosse) [20] afficitur quadam delectatione: solebat enim me pungere, ne Sampsicerami merita in patriam ad annos DC majora viderentur, quam nostra: hac quidem cura certe jam s vacuum est. jacet enim ille sic, ut [21] Pratis Curiana stare videatur. Sed hæc coram.

p deflea-mus *alii*. q philosophiæ *MS*. r conferamus *alii*. s vacuus sum *alii*.

19. *Sibi compararent. verum*. Vulg. *sibi compararent. Dii immortales! verum.* Cleric. Vulgatam Grævius secutus est, qui etiam ideo paulo post illud *dii immortales* delevit.

20. *Afficitur quadam delectatione.*) Male Victorius, Bosius, Gruterus expunxerunt hic τὸ *id* quod in Manutii, Lambini, M. Bruti & omnibus vetustioribus legitur editionibus. Lambinus legit: *id afficit me quadam delectatione.* sic reposui, inquit, levi immutatione facta, quamquam nonnulli reponunt: *his afficimur quadam delectatione.* quod nec displicet. sic Lambinus. Sed hæc mutatio est nimia. Retineo vulgatam lectionem, sed repono τὸ *id*, Sæpe enim eleganter interponitur hæc vox, ut in VII. ad Att. ep. 15. *Possumus autem de quo nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret, Fufanoque succederet, is negat se iturum sine Catone.* Ubi etiam male τὸ *is* abest editionibus Lambini, Bosii, Junii, Gruteri, ut monuit G. Vossius. Sallust. Catil. *Sed urbana plebs, ea vero praceps erat multis de caussis.* Plaut. *Sceleste, ac etiam quid velim, id tu me rogitas.* Et sic sæpe hæc vocula παρέλκει apud Comicum. *Gravius.*

21. Πτῶσις *Curiana.*) Ita emendat Bosius ex Decurt. in quo legitur, *plocis Curiana*, sed hanc lectionem non vitiosam esse sed bonam ait Junius. vulgo *phocis.* Malasp. & Lamb. totum hunc locum sic edunt, *jacent enim illa, hac sic, ut focus Curianus, stare videntur.* Cleric. Ut vitemus ludos, quos hic dederunt viri docti, & sine hariolationis alea Tullium restituamus, facile illud obtinebimus, si lectionem optimi codicis adspiciamus, quem ut nunc est, non alium novimus, nisi eum, quo usus est Bosius, & quem vocat Decurtatum vel Scidas. Ibi legitur *Plotis*. Hinc alii fecerunt *Phocis* vel *Photis*. At illud vetustissimum *l* subiit in locum alterius liquidi elementi *r*, ut sæpe in his & alio Marci epistolarum libro. Nam tacite volens significare Curium, hominem patrimonio per libidines exhausto insignem & effœminatum, scripsit *Pratis Curiana*,

ram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad nostrum adventum. quod sane facile patiar, si tuo commodo fieri possit. sin, ut scribis, ita venies; [22] velim e Theo-
P.XXXIII. phane [t] expiscere, quonam in me animo sit [23] Alabar-
t ita Vict. ches. quæres scilicet, ut soles κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, &
alii respi- ad me ab eo quasi ὑποθήκας adferes, quemadmodum
cere. me geram. aliquid ex ejus sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari.

EPI-

mittens ingenium, ut solet, ad fabulam Prætidum, quas διελθούσας μετὰ ἀκοσμίας ἁπάσης τροχάσαι in Peloponneso scribit Apollodorus lib. II. æque ac fecit iste Curius. Id dignum putavi, quod appareret ut Tullianum in contextu. *Gronevius*. Grævius edidit *Phocis*, non quod eam veram esse lectionem putaret, sed quod in loco incerto judicaret lectionem codicum veterum, licet corruptorum, retinendam, donec quid melius reperiretur.

22. *Velim e Theophane respicere.*) Noster antiquus, *Exspicere*: quam etiam lectionem in margine sui libri Germani adnotarunt. Nos suspicati sumus unius literæ in antiqua scriptura defectum esse, vel potius literam illam non deesse, sed non suo loco positam fuisse, librariorum incuria. ac *Expiscere* scripsimus: id est, diligenter quæras, & perscruteris. Arabarchem autem intelligo hic Cn. Pompejum, quem nominibus appellat Regulorum, Dynastarumque illorum, quos aut devicerat, aut socios habuerat contra Mithridatem. ut interim rationem adferamus, cur semper *Sampsiceramum*, non ut ante legebatur, scripserimus. Tribuimus id quidem maxime antiquo exemplari: sed etiam hoc nomen apud Strabonem invenimus lib. XVI. Geographiæ. ait enim, ἀεὶ δὲ οἱ πλησιαίτεροι τοῖς σύροις ἡμερώτεροι, καὶ ἧττον ἄραβες καὶ σκηνῖται, ἡγεμονίας ἔχοντες συντεταγμένας μᾶλλον, καθάπερ ἡ Σαμψικεράμου ἀρέθουσα, καὶ ἡ γαλβάρου. Nam quin per Sampsiceramum, Pompejum intelligat, vix dubitari potest, ex illo maxime loco: *Nunc vero Sampsicerame quid dices? vectigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri Campani ademisse?* Theophanem autem hunc familiarissimum Pompeji extitisse, magnæque apud ipsum auctoritatis, plures auctores tradunt: Tacitus autem his & ipse verbis manifestum facit: *Datum erat crimini, quod Theophanem Mytilenaum proavum eorum Cn. Magnus inter intimos habuisset, quodque defuncto Theophani cœlestes honores Græca adulatio tribuerat:* ut cum Theophanes maxime Pompeji consilia cognita haberet, per ipsum vellet indagare M. Cicero, quo ille erga se animo esset. *Victorius.*

23. *Arabarches.*) *Alabarches* esse legendum, libris omnibus invitis, probat Cujacius, lib. VIII. Observ. cap. 37. est autem Alabarches, ut docet ille, magister scripturæ. ἄλαβα atramentum, quo scribimus, seu scriptura. vectigal alabarchiæ, est quod ob traductionem pecorum impenditur. Sic autem Pompejum appellat, qui talia vectigalia in Syria populo Rom. quæsierat, irridens. quasi rem non magnam, neque magna laude dignam gesserit. *Lamb.*

24. De

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

ACCEPI aliquot epistolas tuas: quibus intellexi, quam suspenso animo, & sollicito scire haveres, quid esset novi. tenemur undique: neque jam, quo minus serviamus, recusamus, sed mortem, & ejectionem, quasi majora, timemus: quæ multo sunt minora. atque hic status, qui una voce omnium gemitur, neque verbo cujusquam sublevatur. v σκοπὸς est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere. unus loquitur, & palam adversatur adolescens Curio. huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea benivolentiæ permulta a bonis impertiuntur: x Fufium clamoribus, & conviciis, & sibilis consectantur. his ex rebus non spes, sed dolor est major; cum videas civitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam. ac ne forte quæras κατὰ λεπτὸν [24] de singulis rebus, universa res eo est deducta, spes ut nulla sit, aliquando non modo privatos, verum etiam magistratus liberos fore. y [25] hac tamen in oppressione sermo in circulis duntaxat & conviviis est liberior, quam fuit. vincere incipit timorem dolor, sed ita, ut omnia sint plenissima desperationis. habet etiam Campana lex [26] execrationem [27] in concione candidatorum,

v σκότος alii.

x alii. Fusium.

y atramē alii.

24. *De singulis rebus.*) Hoc videtur Manutio esse glossema Græcorum verborum antecedentium. *Cleric.*

25. *Attamen in oppressione.*) Videtur legendum *hac tamen in oppressione*. & ita est in manuscripro. *Ursinus.*

25. *Exsecrationem.*) Ut candidati, qui ad petendum coirent, se ipsi jurejurando exsecrarentur, si mentionem fecissent in magistratu de agro Campano aliter possidendo, atque ut ex legibus Juliis ejus agri possessio constituitur. ep.16. *P. Manut.*

27. *In coitione candidatorum.*) In hoc loco sic quondam cum adolescentibus nobis egit pater. Hic non conveniunt ista verba, quorum propria sedes est in pactionibus candidatorum ad dejiciendos honore alios; ut quum tres essent candidati, tum duo convenirent invicem sua & clientium suorum suffragia daturos, & sic tertium excludebant. Hæc omnia nunc alienissima. Nam non poterant in lege aliqua poni, imo tales coitiones legibus erant prohibitæ, ut omnia quæ in coitione fiebant, essent irrita. Unde scribo *in petitione cand.* quum profiterentur se candidatos. Sed mi-

z ad quæ *MSS.* torum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, [z] atque ut ex legibus Juliis. non dubitant jurare P. B. ceteri. Laterensis existimatur [28] caute fecisse, quod tribunatum plebis petere destitit, ne juraret. Sed de republi- a licet *MS.* ca non [a] libet plura scribere. displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. me tueor; ut oppressis omnibus, non demisse; ut tantis rebus gestis, parum fortiter. a Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus: atque etiam libera legatio voti causa b furorem *alii.* datur. sed hæc & præsidii apud [b] pudorem Pulchelli non habet satis, & a fratris adventu me ablegat: illa & munitior est, & non impedit, quo minus [c] adsim, cum c adsim *deest in MS.* velim. hanc ego teneo, sed usurum me non puto. neque tamen scit quisquam. non lubet fugere: haveo pugnare. magna sunt hominum studia. sed nihil affirmo: tu d hæc *MS.* [d] hoc silebis. De Statio manumisso, & nonnullis aliis e equidem *alii.* rebus, angor [e] quidem, sed jam prorsus occallui. tu, vellem, [f] egove cuperem, adesses: nec mihi consilium, f ego cup. *alii.* nec consolatio deesset. sed ita te para, ut, si inclamaro, advoles.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

g ex *deest in MS.* h his *MS.* MULTA me sollicitant, & [g] ex reipublicæ tanto motu, & ex [h] iis periculis, quæ mihi ipsi intenduntur:

nori mutatione leges, *in concione candid.* hoc est, ut jurent publice præsente populo apud eos magistratus, qui habent comitia. Illæ voces sæpius confusæ, unde *coitiones* pro *conciones* restituit Sigonius Livio lib. III. cap. 35. & alibi. Itaque quum sic etiam legerim in Balliol. codice, non cunctatus fui id restituere. *Gronov.*

28. *Caute fecisse.*) Faerni liber, Ant. & Maffei: *Laute fecisse*, si sensum respicimus, haud sane melius: sin scripturæ veritatem, prorsus verius. Nam cum vox rarior inventu, minusque obvia sit, verisimilius est, apud rude illud seculum, quo libri, qui nunc sunt in manibus, exscripti sunt, ex *laute*, *recte* factum, quam contra. In exemplari Petri Victorii, illo inquam tantopere ab eo laudato, utraque lectio est: in serie litterarum *recte*, supra vero *laute*. Est autem *laute* splendide, magnifice, eleganter, gloriose. Idem ad Cassium Quæstorem, lib. epistolarum ad Senatum: *Sed si quæ sunt onera tuorum: si tanta sunt, ut ea sustinere possis; nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius.* Et in Verrem act. II. Re-

duntur : & sexcenta sunt. sed mihi nihil est molestius ; quam Statium manumissum. [29] *nec meum imperium ? i ac mitto imperium , non simultatem meam revereri saltem ?* nec , quid faciam , scio : neque tantum est in re , quantus est sermo. ego autem ne irasci k possum quidem iis , quos valde amo : tantum doleo , ac mirifice quidem. cetera in magnis rebus ; minæ Clodii , contentionesque , quæ mihi proponuntur , modice me tangunt. etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate , vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse, dignitatis ἅλις , tamquam δρυὸς saluti , si me amas , consule. Me miserum ! cur non ades ? nihil te profecto præteriret : ego fortasse τυφλώττω , & nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα scito nihil umquam fuisse l tam infame , tam turpe , tam m peræque omnibus generibus , ordinibus , ætatibus offensum , quam hunc statum , qui nunc est : magis mehercule , quam vellem non modo quam putarem. populares isti jam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in cœlo est : nec quare , scio : sed ita laudatur , quasi [30] *Unus homo nobis cunctando* n *restituit rem* . Pompejus , nostri amores , o quod mihi summo dolori est , ipse se afflixit : neminem tenet : voluntate , an metu necesse sit iis uti , vereor . Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam : neque approbo , ne omnia improbem , quæ antea gessi : [31] utor via. populi sensus maxime theatro

i *age* Jun.
k quidem possum *alii.*
P. XXXIV.
l *duæ seq. voces absunt a MS.*
m denique *MSS.*
n *restituat* alii.
o qui *alii.*

Roma aut ex Sicilia redii , comites istius atque amici , homines lauti atque urbani . Et Terent. Eunucho . *Facete , lepide , laute , nihil supra ,* de qua voce etiam Nonius . *Malasp.* Tornæsianus , & Decurtatus, *laute :* Crusellinus, *caute ;* quam scripturam expressimus : quanquam alteram , *laute*, non damnamus . *Bosius .*

29. *Nec meum imperium .)* Verba hæc sunt Terentii ex Phormione, cum queritur Demipho filium se absente & nescio duxisse uxorem *: Itane tandem uxorem duxit Antipho injussu meo ? nec meum imperium , ac mitte imperium , non simultatem meam revereri saltem , non pudere ?* Quod ideo hic adnotavi , quia nostri librarii notulis (quibus mos est) ut constitueram , signare hunc locum neglexerunt . *Victorius .*

30. *Unus homo, &c.)* Ennii poetæ versus de Q. Fabio Maximo, cujus cunctatio collapsam rem Romanam Punico bello restituit . Eundem versum & Virgilius lib. VI. usurpavit . *P. Manut.*

31. *Utor via .)* Neque in hanc partem , neque in illam declino. quasi via utor. transfertur ad rationem , & consilium : & illud Terentii in Andr. *Eam secum rem reputavit via :* Donatus & Engra-

theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. nam gladiatoribus, qua dominus, qua advocati ſibilis conſciſſi, ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompejum petulanter invectus eſt: *Noſtra miſeria* [p] *tu es Magnus*, millies coactus eſt [q] dicere. *Eandem virtutem iſtam* [r] *veniet tempus, cum graviter gemes*, totius theatri clamore dixit, itemque cetera. nam, & ejusmodi ſunt ii verſus, ut in tempus ab inimico Pompeji ſcripti eſſe videantur. *Si neque leges, neque mores cogunt*, & cetera magno cum fremitu & clamore ſunt dicta. Cæſar cum veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. huic ita plauſum eſt, ut ſalva republica Pompejo plaudi ſolebat. tulit Cæſar graviter. litteræ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. inimici erant equitibus; qui Curioni ſtantes plauſerant: hoſtes omnibus. Roſciæ legi, etiam frumentariæ [r] 32 minitabantur. ſane res erat perturbata. equidem malueram, quod erat [s] ſuſceptum ab illis, ſilentio [t] tranſire: ſed vereor, ne non liceat. non ferunt homines, quod videtur eſſe tamen ferendum. ſed eſt jam una vox omnium, magis odio firmata, quam præſidio. Noſter autem 33 Publius mihi minitatur, inimicus eſt: impendet negotium, ad quod tu ſci-

p *ut Magn. es* Jun. q dicere. *eadem, virt.* Man.

P. B. r minabantur *alii.* ſ. ſuſpectum *MS.* t tranſiti *alii.*

graphius explanant, *Via*, id eſt, *conſilio, ratione*. Cicero libro I. de Nat. deor. *Vim participem rationis, atque ordinis, tamquam via progredientem*. Et in Bruto: *Via, & arte dicere*: Livius autem proprie lib. v. *Convocatos milites monuit, via omnes irent, nec diverti quemquam, aut excedere ordinem agminis paterentur*. P. Manut. *Utor via populi*.) Id eſt, rationibus populi me plane accommodo. Sic diſtinguo ex MSS. *Junius*. Vulgata diſtinctio mutanda non eſt. Via hic eſt ſingularis quædam ratio. Cic. Brut. *Artem & praecepta Siculos Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe Ariſtoteles ait. Nam antea neminem ſolitum via, nec arte, ſed accurate tamen & de ſcripto plerumque dicere*. Terent. Heauton. *Via pervulgata patrum*. Græv.

32. *Minitabantur*.) Se abrogaturos non modo Roſciam legem, quæ XIV. ordines in theatro equitibus dediſſet, ſed etiam frumentariam, quæ ad univerſum populum pertinebat: quam a C. Graccho latam, deinde a M. Octavio abrogatam, L. Appulejus Saturninus retulerat, ut populo frumentum ſemiſſibus, & trientibus daretur. Livius, Cicero, Pædianus, ſcriptor Rhetoricorum ad Herennium. *P. Manut.*

33. *Publius mihi minitatur, inimicus eſt*.) Non male Balliolenſis omiſit τὸ *inimicus eſt*. Cur enim hoc addat Cicero, quod non Attico ſolum; ſed omnibus erat notiſſimum. Rotundiora quoque erunt omnia ſi ſcribatur his deletis: *Publius mihi minitatur, impendet negotium*. Grævius.

34. *Hæc*

ſcilicet advolabis. videor mihi noſtrum illum conſularem exercitum bonorum omnium, etiam ſatis bonorum, [t] habere firmiſſimum. Pompejus ſignificat ſtudium erga me non mediocre. idem affirmat, verbum de me illum non eſſe facturum. in quo non me ille fallit, ſed ipſe fallitur. Coſconio mortuo, ſum in ejus locum invitatus: id erat vocari in locum mortui. nihil me turpius apud homines fuiſſet: neque vero, ad iſtam ipſam ἀσφάλειαν quicquam alienius, ſunt enim illi apud bonos invidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem invidiam, alienam aſſumpſiſſem. Cæſar me ſibi [v] vult eſſe legatum. honeſtior hæc declinatio periculi. 34 ſed ego hoc [x] nunc repudio. quid ergo eſt? pugnare malo: nihil tamen certi. iterum dico, utinam adeſſes! ſed tamen, [y] ſi erit neceſſe, arceſſemus. Quid aliud? quid? hoc opinor. certi ſumus periſſe omnia. quid enim ἐκκιζόμεθα tamdiu? ſed hæc ſcripſi properans, & mehercule timide. poſthac ad [z] te, aut, ſi perfidelem habebo, cui dem, ſcribam plane omnia: aut, ſi obſcure ſcribam, tu tamen intelliges. in iis epiſtolis me Lælium, te Furium faciam: cetera erunt ἐν [a] αἰνιγμοῖς. Hic Cæcilium colimus & obſervamus diligenter. Edicta Bibuli audio ad te miſſa. iis ardet dolore, & ira noſter Pompejus.

[v] vellet *alii.*
[x] non *alii*
[y] ſi *deeſt in MS.*
[z] te autem *Jun.*
[a] *alii.* αἰνίγμασι.

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S. P.XXXV.

ANICATO, ut te velle intellexeram, nullo loco defui. Numeſtium ex litteris tuis, ſtudioſe ſcriptis libenter in amicitiam recepi. Cæcilium, quibus rebus [b] poſſum, tueor diligenter. Varro ſatisfacit nobis. Pompejus amat nos, caroſque habet. credis? inquies: credo: prorſus mihi perſuadet. ſed quia? ut video, pragmatici homines 35 omnibus hiſtoricis præceptis, ver-

[b] par ſum *MSS.*

34. *Hoc non repudio.*) Abeſt *non* a libro manuſcripto: & certe ſententia non poſtulat. *Urſinus.* Sæpe librarii peccarunt in his duabus voculis *non*, &, *nunc* invicem commutandis. itaque depravate hic vulgo legitur, *non repudio*, pro, *nunc repudio*. Boſius.

35. *Omnibus hiſtoricis præceptis.*) Sic quidem omnes libri & editiones, quos vidi. In margine tamen Lambinianæ notatum eſt, *Omni-*

versibus denique cavere jubent, & vetant credere: alterum facio, ut caveam; alterum, ut non credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum: Pompejus affirmat, non esse periculum; adjurat; addit etiam, se prius occisum [c] iri ab eo, quam me violatum iri. tractatur res. [d] simul & quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris: si quies dabitur, ab Amalthea te non commovebo. De republica breviter ad te scribam. jam enim charta ipsa ne nos prodat, [e] pertimesco. itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀλληγορίαις obscurabo. Nunc quidem novo quodam morbo civitas moritur; ut, cum omnes ea, quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re [f] nulla sit, aperteque loquantur; & jam clare gemant; tamen medicina nulla afferatur. neque enim resisti sine internecione posse arbitramur: nec videmus, qui finis cedendi, præter exitium, futurus sit. Bibulus, hominum admiratione & benevolentia, in cælo est. edicta ejus & conciones describunt & legunt. novo quodam genere in summam gloriam venit. populare nunc nihil tam est, quam odium popularium. hæc quo sint eruptura, timeo. sed, si dispicere quid cœpero, scribam ad te apertius. tu, si me amas tantum, quantum profecto amas; expeditus facito; ut sis; inclamaro, ut accurras. sed do operam & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram, te Furium scripturum: nihil necesse est tuum nomen mutare. me faciam Lælium, & te Atticum: neque utar meo chirographo, neque signo: si modo erunt ejusmodi litteræ, quas in alienum incidere nolim. Diodotus mortuus est: reliquit nobis H-S fortasse [g] centies. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto inante diem xv. kal. Novemb. distulit. A Vibio libros accepi. poeta ineptus; [36] nec tamen scit nihil: sed est non inutilis. describo & remitto.

c iri delet *Jun.*
d *alii* simul quid. *Man.* simul ut quid.
e timeo *MS.*
f nulla *deest in MS.*
P. B.
g centum *Man.* centum mill. *alii.*

EPI-

Omnibus historiis, præceptis. Et sic sine dubio scripsit Cicero. Non ausus tamen sum sine libris mutare. *Grævius*.

36. *Sed tamen scit? nihil: sed est*.) Bosii conjectura; Vulg. *nec tamen scit nihil & est*. in quibusdam libris pro, *sed tamen*, vel *nec tamen*, legitur, *& tamen*. Cleric. Miror Gruterum argutias Bosii secutum esse, quæ valde frigent. Præstat cum Victorio, Manutio, Lambino sequi lectionem vulgatam: *nec tamen scit nihil*. Nam si nihil sciret, qui posset utilis esse? *Grævius*.

37. *Quia*

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

De republica quid ego tibi h ſubtiliter ? tota periit : atque hoc eſt miſerior, quam reliquiſti, quod tum videbatur ejuſmodi dominatio civitatem oppreſſiſſe, quæ jucunda eſſet multitudini, bonis autem ita moleſta, ut tamen ſine pernicie ; nunc repente tanto in odio eſt omnibus, ut quorſum eruptura ſit, horreamus. nam iracundiam atque intemperantiam illorum ſumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderunt. ſed ita lenibus uti videbantur venenis, ut poſſe videremur ſine dolore interire. nunc vero ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ, vereor ne exarſerint. equidem ſperabam, ut ſæpe etiam loqui tecum ſolebam, ſic orbem reipublicæ eſſe converſum, ut vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus : & fuiſſet ita, ſi homines tranſitum tempeſtatis exſpectare potuiſſent : ſed cum diu occulte ſuſpiraſſent, poſtea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes, & clamare cœperunt. itaque ille amicus noſter, inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit : progreſſum præcipitem, inconſtantem reditum videt : bonos inimicos habet, improbos ipſos non amicos. ac vide mollitiem animi : non tenui lacrimas, cum illum ante VIII. Kal. Sext. vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea ſolitus eſſet jactare ſe magnificentiſſime illo in loco, ſummo cum amore populi, cunctis faventibus. ut ille tum humilis, ut demiſſus erat ? ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat ? o ſpectaculum uni Craſſo jucundum, ceteris non item! nam, 37 quia deciderat ex aſtris, lapſus, i quam progreſſus, po-

h ſubt. ſcribam alii.

P. XXXVI.

i potius quam prog. vid., alii.

37. *Quia deciderat ex aſtris.)* Quia ſummam laudem, ſummis rebus geſtis quæſitam, improborum conjunctione amiſerat. homines eum miſericordia potius, quam odio, proſequebantur, nec putabant, ſponte, & conſilio progreſſum in eam turpitudinem deveniſſe, ſed caſu, & errore lapſum decidiſſe. cur enim circumfluens gloria, univerſæ civitati cariſſimus, infamiam ſibi ipſe & invidiam ſtrueret. *P. Manut.*

38. *Ar-*

potius videbatur: &, ut Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Jalysum illum suum cæno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc, omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum, non sine magno dolore vidi. quamquam nemo putabat, propter Clodianum negotium, me illi amicum esse debere: tamen tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset injuria. itaque [38] Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, transire k nequeant; ipsi ita acerba, ut tabescat dolore; mihi mehercule molesta, quod & eum, quem semper l dilexi, nimis excruciant; & timeo, tam vehemens vir, tamque acer in m ferro, & tam insuetus contumeliæ, ne omni animi impetu dolori & iracundiæ pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se habet, admirabili gloria est. n quin cum comitia in mensem Octobr. distulisset, quod solet ea res populi voluntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionem, ut [39] iret ad Bibulum; multa cum seditiosissime diceret, vocem exprimere non potuit. Quid quæris? sentiunt, se nullam ullius partis voluntatem tenere: eo magis vis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompejus confirmat, eum nihil esse facturum contra me. mihi o periculosum est credere: ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. te cum ego desidero, tum vero res ad tempus illud vocat. plurimum consilii, animi, præsidii denique mihi, si te ad tempus videro, accesserit. Varro mihi satisfacit. Pompejus loquitur divinitus. spero nos aut certe cum p summa gloria, aut sine molestia q etiam discessuros. Tu, quid agas, quemad-

k nequeamus *alii*.
l dileximus excruc. *alii male*.
m foro *alii*.
P. B.
n *ita MSS*. *alii* qui.
o periculum *MS*.
p sua *MSS*.
q *alii non habent* etiam.

38. *Archilochia in illum edicta.*) Conviciorum plena, qualia carmina scripsit Archilochus, *quem proprio rabies armavit Jambo*, ut inquit, Horat. *Corradus*. *Archilochia in illum edicta Bibuli, &c.*) Acerbissima vero fuisse, illud etiam declarat, quod in his Cæsari objectum est, quod cum P. Sylla & L. Autronio, in necem Senatus conjurasset. Svetonius in Julio Cęsare. *Malasp.*

39. *Iret ad Bibulum.*) Supplicatum, ut comitia haberi permitteret. *Corrad.* Placeret magis, *ut iret in Bibulum*: sed libri veteres repugnant. *Ursinus.*

40. *Quam*

quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, ut ſciam, cura.

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

40 QUAM vellem Romæ † manſiſſes profecto, ſi hæc fore putaſſemus. nam Pulchellum noſtrum faciliime teneremus: aut [r] certo, quid eſſet facturus, [s] ſcire poſſemus. nunc ſe res ſic habet; volitat, furit, nihil habet certi; multis denuntiat; quod fors obtulerit, id acturus videtur. cum videt, quo ſit in odio ſtatus hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum facturus videtur. cum autem rurſus [t] opes & vim exercitus recordatur, convertit ſe in nos. nobis autem ipſis cum vim, tum judicium minatur. cum hoc Pompejus egit, &, ut ad me ipſe referebat, (alium enim habeo neminem teſtem) vehementer egit, cum diceret, in ſumma ſe perfidiæ & ſceleris infamia fore, ſi mihi periculum crearetur ab eo, quem ipſe armaſſet, [v] cum plebejum fieri paſſus eſſet: ſed [41] fidem recepiſſe ſibi, & ipſum, & Appium de me: hanc ſi ille non ſervaret, ita laturum, ut omnes intelligerent, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. hæc, [x] & in eam ſententiam cum multa dixiſſet, ajebat illum primo ſane diu multa contra: ad extremum autem manus dediſſe, & affirmaſſe nihil ſe contra ejus voluntatem eſſe facturum. ſed poſtea tamen ille non deſtitit de nobis aſperrime loqui. quod ſi non faceret, tamen ei nihil crederemus: atque

r certe *deeſt in MS.*

s ſc. poſſ. *non eſt in MS.*

t opus eor. & *Brut.* e *MSS.*

P.XXXVII.

v quem pleb. *alii*

x & *deeſt in MS.*

40. *Quam vellem Romæ manſiſſes; manſiſſes profecto.*) Lambinus *q. v. R. m. ut manſiſſes profecto*; quod laudat Boſius, niſi quod partic. *ut*, rejicit: vulg. *q. v. R. m. quod egiſſes*, quæ duo poſtrema abeſſe ab antiquis libris & ſubaudiri poſſe, teſtatur Manutius. *Cleric.* Quum illi ſic ſuppleant, quos minime quidem oportebat, non putavi illam auctoritatem tanti eſſe, ut ideo cogeretur Tullius aliquid alienum in ſuo opere videre, præſertim quum is in iſta loquutione ſoleat aliquid tacere, ut clare patuit lib. XIII. ad Philippum ep. 73. ubi & notavi & in editione obſervavi. Itaque & hic ſancte vetuſtatem retinui. *Gronov.*

41. *Fidem recepiſſe.*) Lambinus *fidem dediſſe*. Cleric. Illuſtravit hanc loquutionem, Lambino & Popmæ ſic vituperatam, Patet in notis ad Senecæ epiſtolam LIV. *Gronov.*

42. Te-

atque omnia ſicut facimus, pararemus. nunc ita nos gerimus, ut in dies ſingulos, & ſtudia in nos hominum, & opes noſtræ augeantur. rempublicam nulla ex parte attingimus. in cauſis, atque [y] in illa opera noſtra forenſi ſumma induſtria verſamur. quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, ſed etiam in vulgus gratum eſſe ſentimus. domus celebratur: occurritur: renovatur memoria conſulatus: ſtudia ſignificantur: in eam ſpem adducimur, ut nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda [z] videatur. nunc mihi, & conſiliis opus eſt tuis, & amore, & fide. quare advola. expedita mihi erunt omnia, ſi te habebo. multa per Varronem noſtrum agi poſſunt, quæ te urgente erunt firmiora; multa ab ipſo Publio elici, multa cognoſci, quæ tibi occulta eſſe non poterunt: multa etiam; ſed abſurdum eſt [a] ſingula explicare: [b] tum ego requiram te ad omnia. unum illud tibi perſuadeas velim, omnia mihi fore explicata, ſi te videro: ſed 42 totum eſt in eo, ſi ante, quam ille ineat magiſtratum. Puto 43 Pompejum Craſſo urgente, ſi tu aderis, qui per [c] βοῶπιν ex [d] ipſo intelligere poſſis, qua fide ab illis agatur, nos aut ſine moleſtia, aut certe ſine errore futuros. precibus noſtris & cohortatione non indiges. quid mea voluntas, quid tempus, quid rei magnitudo poſtulet, intelligis. De republica nihil habeo ad te ſcribere, niſi ſummum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia, mutationis tamen ſpes nulla. ſed, [e] quod facile ſentias, tædet ipſum Pompejum, vehementerque pœnitet. non provideo ſatis, quem exitum futurum [f] putem. ſed [g] certe videntur hæc aliquo eruptura. Libros 44 Alexandri, negligentis hominis, & non boni poetæ, ſed

y in illa noſtra deeſt in MSS.
z videtur MS.
a omnia MS.
b cum alii, P. B.
c βοώπιδα alii.
d alii illo ipſo.
e alii quid.
f putet Brut.
g alii certo.

42. *Totum eſt in eo.*) Maximi refert. Sic locutus eſt in ep. 1. lib. III. ad Q. fratrem: *Totum eſt in eo. tectorium ut concinnum ſit.* & in epiſt. ad Capitonem, lib. XVI. *P. Manut.*

43. *Pompejum Craſſo urgente.*) Quoniam futurum eſt, ut Craſſus Pompejum urgeat contra me, intelliget, qua fide Pompejus mecum agat; & Clodiæ narrabit illa tibi, ſi aderis. ita fiet, ut, ſi intelligam Pompejum bona fide mecum agere, ſine moleſtia ſim, Clodii furorem non timeam: ſin aliter, credulitatis errore non decipiar. *Idem.*

44. *Alexandri.*) Epheſii poetæ, qui res cœleſtes, ac orbis terræ parte deſcripſit. de quo vid. ad ep. 20. Meminit ejus Strabo 13. & Steph. de Urbibus. *Grav.*

45. N:a-

ſed tamen non inutilis, tibi remiſi. 45 Numerium Numeſtium libenter accepi in amicitiam; & hominem 46 gravem, & prudentem, & dignum tua commendatione cognovi.

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

NUMQUAM ante arbitror te epiſtolam meam legiſſe, niſi mea manu ſcriptam. ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. nam, cum vacui temporis nihil haberem, & cum, 47 recreandæ voculæ cauſa, neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictavi am-

45. *Numerium.*) Numerius & familiæ nomen eſt, ut CN. NUMERIUS FRONTO, in lapide antiquo, quem in turri ſancti Vitalis coædificatum videmus: & prænomen, ut hic, & in oratione pro Cluentio: *Larinas quadam fuit Dinea, qua filios habuit, Marcum & Numerinm Aurios*. P. Manut.

46. *Gravem & prudentem.*) *Pudentem* legebat Faernus, & recte, ut mihi videtur. *Urſin.*

47. *Recreanda vocula cauſſa neceſſe eſſet mibi ambulare.*) Ambulationem voci recreandæ prodeſſe tradit Antyllus medicus. nec caret ratione. Vox enim omnis fit a ſpiritu per reſpirationem atque inſpirationem deprompto: ſpiritus autem excitatur, & reſpiratio facilior redditur per ambulationem. *Pepma.* A Fabio quoque ad vocem conſervandam & augendam commendatur *ambulatio*, lib. XI. cap. 3. *Cura non eadem oratoribus, qua phonaſcis convenit: tamen multa ſunt utriſque communia, firmitas corporis, ne ad ſpadonum, mulierum, & agrorum exilitatem, vox noſtra tenuetur: quod ambulatio, unctio, Veneris abſtinentia, facilis ciborum digeſtio, id eſt, frugalitas praſtat*. Et a Martiano Capella de Nuptiis Philol. lib. V. cap. de Pronuntiatione: *Bonitas vocis conſtat claritate, firmitate, ſuavitate: qua omnia nutriuntur cibi. potus, coitus obſervantia, pracipueque ut corpus deambulando moveatur, intra breve ſpatium reditu maturato, qui motus cum digeſtionem facile praſtat, ſine dubio purgat. Et vocem nimia excurſio, & longa deambulatio extenuat ac fatigat. Poſt hanc deambulationem ſtatim nos ad ſtudia conferamus, priuſquam ſit dicendum, vocem lectione colemus*. Chrius Fortunat. rationem reddit Rhetor. lib. III. *Si vehementer fruſtra vox fracta, quemadmodum eam reſtituam? ſiti, ut ejus itinera ſiccentur; item ambulatione multa, ut humor in inferiora loca ex ſuperioribus evocetur*. Seneca de Porcio latrone præf. Controv. lib. I. *Nil vocis cauſſa facere: non illam per gradus paullatim ab imo uſque ad ſummum perducere, non rurſus a ſumma commotione paribus intervallis deſcendere, non ſudorem unctione diſcutere, non latus ambulatione* re-

ambulans. Primum igitur illud te scire volo, Sampsiceramum, nostrum amicum, vehementer sui status pœnitere; restituique in eum locum cupere, ex quo decidit: doloremque suum impertire nobis, & medicinam interdum aperte quærere; quam ego [48] posse inveniri nullam: [h] post deinde omnes illius partis auctores ac socios, nullo adversario, consenescere; consensionem universorum nec [i] voluntatis, nec sermonis majorem umquam fuisse. Nos autem ([k] nam id te scire cupere certo scio) publicis consiliis nullis intersumus, totosque nos ad forensem operam laboremque contulimus. ex quo, quod facile intelligi possit, [l] in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioque versamur. sed βοῶπις [m] nostræ consanguineus non [n] mediocris terrores jacit atque denunciat, & Sampsiceramo negat; ceteris præ se fert & ostentat. quamobrem, si me amas tantum, quantum profecto amas; si dormis, expergiscere; si stas, ingredere; si ingrederis, curre; si curris, advola. credibile non est, quantum ego in consiliis, [o] & prudentia tua, [p] quod maximum est, quantum in amore & fide ponam. magnitudo rei longam rationem fortasse desiderat: conjunctio vero nostrorum [q] animorum brevitate contenta est. permagni nostra interest, te, si comitiis non poteris, at declarato illo, esse Romæ. Cura, ut [r] valeas.

h post *alii non habent*
i voluntate n. sermone *alii*.
Pag. XXXVIII.
k nam *deest in MSS*.
l in *deest in MSS*.
m noster *Vict. Man.*
n *alii* mediocres.
o & *deest in MSS*.
p quodque *alii*.
q *quinque seqq. voces desunt in MS*.
r valeas mi suavissime Attice *alii*.

EPI-

reparare. Ubi non recte *latus* accipit Johannes Schultingius, vir doctissimus, & meus sodalis, cum in vivis esset, longe carissimus, in pulcherrimis notis ad hunc locum, latus quod languit a cibo, aut somno, aut lucubratione. imo quod languit dicendo. Nam latus firmum plurimum facit ad vocem. Hinc Cic. de Or. *Cum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem*. Græv.

48. *Posse inveniri nullam*.) Hæc est lectio Decurt. & Tornæs. ex qua Lambinus cudebat, *quam ego posse inveniri nullam puto*. vulg. *quam ego possum invenire nullam*. Cleric. An igitur Victorius, qui vetustatem libri sui solet venditare, & alii in nullis ante invenerunt hanc lectionem? & primi sunt hi codices, qui molestiam istam loci hujus aperuerunt? satis mirum. Sed tamen nihil facilius est, quam sequi Victorii ac Manutii editiones, quæ nihil habent scrupuli. Quid si tamen Tornæs. & Decurt. fuere religiosiores in servando Cicerone? Non eos sic ut producuntur retinendos censeo (is sane error est) sed quam leniter, quam egregie inde existit *quam ego possum inveniri ullam?* Hæc certe exclamatio Ciceronis longe & amplior & efficacior ad temporis istius & Pompeji confu-

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

QUAS Numestio litteras dedi, sic te iis evocabam, ut nihil acrius, neque incitatius fieri posset. [49] ad illam κέλευσιν adde etiam si quid potes. ac ne sis perturbatus; [50] novi enim te; & non ignoro, quam sit amor omnis sollicitus atque anxius; ſ sed res est, ut spero, [51] non tam exitu molesta, quam t auditu. Vettius ille, [52] ille noster index, Cæsari, ut perspicimus, polli-

ſ sed est ut MSS.

t aditu Lamb. & alii.

fusionem. Quam licenter trajecerint interdum literam illam n, videre potes apud Gebhardum ad librum II. famil. I. *Gronov.*

49. *Ad illam κέλευσιν*) Hæc est & Decurt. & Tornæs. scriptura. Turnæbus cum animadvertisset in nonnullis mss. legi κελεὐ, & nihil præterea; *ad illa κελεύματα* legendum censuerat lib. XXX. cap. 13. Victorius edidit, *celeritatem.* Cleric.

50. *Novi enim te.*) Hæc verba usque ad *Anxius*, παρεμβολικῶς, legenda sunt, & claudenda parenthesis notis, quam *Sed* particula, ut fere fit, excipiat: repetendaque illa sunt, *Ne sis perturbatus*, hoc modo, *Ac ne sis perturbatus (novi enim te, & non ignoro, quam sit amor omnis sollicitus atque anxius) sed ne sis perturbatus, res est non tam exitu molesta, quam aditu.* Hanc figuram Grammatici Epanalepsim vocant, cum post quædam interposita, claritatis caussa, quæ principio dixeramus, expresse, vel adhibitis quibusdam notis, quales sunt, Inquam, Igitur, Sed; resumimus. Idem: *Cum audio socrum meam Læliam (facilius enim mulieres, incorruptam antiquitatem conservant: quod multorum sermonum expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Nævium videar audire.* Resumi priora debent, hoc modo, sed socrum meam Læliam cum audio, eam sic audio, ut, *&c.* Malasp.

51. *Non tam exitu molesta, quam auditu.*) Nos *aditu* scripsimus, ut respondeat verbo illi *Exitu.* rem illam, & periculum, quod intendebatur, non tam exitum difficilem habere confidebat, quam molestum aditum: ut μεταφορικῶς aditum principium appellet, quemadmodum exitum finem & extremum. *Victorius.* *Quam audito.*) Sic habet codex Turnæs. & ceteri MSS optima sententia. Quare Petri Victorii conjecturam non probo. Quod ut bona ejus venia facere liceat, peto. Non impetrabo, scilicet. Postulat enim conjecturas omneis suas probari, Malaspinæ nonnullas indignatur probari. Quid tum postea? nihilo magis hanc probabo. Primum reclamant codices: deinde non *adire*, & *exire*, inter se opponuntur, sed *introire*, & *exire*. Lambin.

52. *Ille noster index.*) *Judex* sine dubio scribendum est pro *index*,

au-

licitus est, sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. itaque 53 insinuatus in familiaritatem adolescentis, & cum eo, ut res indicat, sæpe v congressus, rem in eum locum x deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis servis in Pompejum impetum facere, eumque occidere. hoc Curio ad patrem detulit, ille ad Pompejum. res delata ad senatum est. introductus Vettius primo negabat se umquam cum Curione y restitisse; neque id sane diu. nam statim fidem publicam postulavit. 54 haud reclamatum est. tum exposuit, manum fuisse juventutis duce Curione, in qua Paullus z initio fuisset, & 55 Cn. Cæpio hic Brutus, &

P. B. v congr. est *MS.* x adduxit *alii.* y alii constitisse. z in init. *MS.*

auctoribus antiquis denariis, in quibus *T.* hic *Vettius Judex* descriptus est. *Ursinus.*

53. *Insinuatus in familiaritatem adolescentis.* Nihil moveo. Non possum tamen quin indicem veterum librorum lectionem. Balliolensis: *In sinu atque familiaritate adolescentis.* Helmstad. *insinuatus familiaritate adolescentis.* Forte Tullius scripsit: *itaque in sinu atque familiaritate adolescentis, cum eo, ut res indicat, sæpe congressus est & rem in cum locum deduxit.* In Balliol. legitur *est.* Cic. II. Catil. *de complexu & sinu* Catilinæ dixit qui erant ejus familiares & amici intimi. Idem XIV. ad Fam. 4. *Iste vero sit in sinu semper & complexu meo.* Sed, ut dixi, nihil hic muto. *Gravius.*

54. *Haud reclamatum est.*) Particulam *haud* ex Decurt. in quo erat, *aut*, restituit Bosius. Lambinus nihil addit, ut & Junius; auctoritate mss. Palatin. & ratione fretus. Malasp. conjiciebat, *relatum est.* Cleric.

55. *Cn. Cæpio hic Brutus.*) Sic quondam omnes excusi lib. habebant. Alii, dum corrigere volunt, verius depravarunt, importune inculcata copula, quæ Cæpionem a Bruto distingueret, qui unus & idem est: quod pluribus testimoniis ostendemus. Cicero in Philippica x. cum de M. Bruti literis ad Senatum loquitur, S. que C. quibus verbis fieri velit complectitur, sic inquit: *Quod Pansa consul verba fecit de literis, quæ a Q. Cæpione Bruto proconsule allata, & huic ordini recitata sunt, ea de re ita censeo, cum Q. Cæpionis Bruti proconsulis opera, consilio, &c.* in quo SC. pluribus locis sic illum appellat. Appianus etiam libro Ἐμφυλίων. Μάρκος τε Βροῦτος ὁ Καιπίων ἐπίκλην, Βρούτου τε τοῦ κατὰ Σύλλαν ἀνῃρημένου παῖς, αὐτῷ τε Καίσαρι προσφυγὼν ἐκ τοῦ κατὰ Φάρσαλον ἀτυχήματος, &c. Dion etiam in fine XLI. libri. ἀμέλει καὶ τὰ γράμματα ἀπόθετα ἐν τοῖς τοῦ Πομπηΐου κιβωτίοις εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήνδε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, καὶ τὴν πρὸς ἑαυτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν οὔτ᾽ ἀνέγνω οὔτε ἐξεγράψατο, ἀλλ᾽ εὐθὺς κατέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ᾽ αὐτῶν δεινὸν ἀναγκασθῇ δρᾶσαι, ὥστε τινὰ καὶ διὰ ταῦτα τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ μισῆσαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ὁ Καιπίων, ὁ Βροῦτος, Μάρκος, ὁ μετὰ τοῦτο αὐτὸν ἀποκτείνας, καὶ ἑάλω ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐσώθη. *Victorius.* *Cn.*

Capio

& Lentulus, 56 flaminis filius, 57 conscio patre. postea C. Septimium, scribam Bibuli, pugionem sibi a Bibulo attulisse. quod totum irrisum est; Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul dedisset; 58 eoque magis id a ejectum a electum MS.

Capio hic Brutus.) M. Brutus, qui ab avunculo, ut par est credere, adoptatus, Cæpio dicitur, Philip. 10. ubi tamen Q. Cæpio vocatur. Atque hic in veteribus libris legitur *C. Capio*, & *C.* & *Q.* inter se mutantur sæpe: unde legi hic quoque fortasse possit: *Q. Capio hic Brutus.* hic vero Pompejum ut patris interfectorem, Plut. in Brut. & Cæsarem ut tyrannum oderat, quem postea interfecit. epist. 1. lib. XIV. al. *Cn. Capio*, *& Brutus*, ut duo sint, Cn. Servilius Cæpio, quo priore sponso repudiato, Cæsar Juliam Pompejo collocavit, Svet. in Cæs. quod ægre fortasse ferebat & M. Brutus, qui quod Serviliæ filius esset fortasse cum Cn. Servilio Cæpione ut affine consensisse videri poterat. *Corrad. Cn. Capio hic.*) Legend. *Q. Capio*. Nam M. Junius Brutus, ille interfector Cæsaris, adoptatus ab avunculo Servilio Cæpione, fuit appellatus Q. Cæpio Brutus. Philip. 10. Dion lib. XLI. *Popma.* Recte Popma & ante cum Manutius, & M. Brutus. Nam non solum a Dione & Cicerone vocatur in x. Philipp. *Q. Capio Brutus*, sed & id confirmant nummi complures, in quibus legitur Q. CÆPIO BRUTUS PROCOS. & Q. CÆPIO BRUTUS IMP. quos videre licet apud F. Ursin. de Famil. Roman. in Familia Junia & Servilia. Hinc non dubitavi hinc cum Michaele Bruto rescribere, quamvis invitis libris, *Q. Capio*, pro *C. Capio.* vide quoque de hoc Bruti cognomine in nomen verso Ezech. Spanheimii, viri excellentissimi dissertationes longe pulcherrimas & eruditissimas de Præstantia & Usu antiquorum Numismatum, cap. 6. *Gravius*.

56. *Flaminis.*) Martialis orat. de resp. & in Vatin. *Corrad.* Hujus quoque mentio in nummo gentis Corneliæ, cum hac inscriptione: L. LENTULUS FLAMEN MARTIALIS. Meminit ejusdem Metellus apud Macrobium & simul luxuriosæ illius cœnæ ac diei insuper, qua Flamen a L. Julio Cæsare Augure renuntiatus est: *Ante diem nonum Kalendas Septembris, quo die Lentulus Flamen Martialis inauguratus est, domus ornata fuit*, & quæ plura leguntur II. Saturn. cap. 9. de sumptuoso cœnæ apparatu. Ezech. Spanheim. ibid. *Gravius.*

57. *Conscio patre.*) Quod eadem indicat oratio, nominatur & in ea de haruspicum resp. & mortuus ostenditur epist. 6. lib. IV. Flamines autem, stante rep. tredecim fuere, Dialis, Martialis, Quirinalis, Volcanalis, Volturnalis, Palatualis, Furinalis, Floralis, Falacer, Pomonalis, Carmentalis, Portumnalis, Persillus, Virbialis. additi postea duo sunt C. Cæsaris & Augusti: de quibus omnibus Varro, Cicero, Festus, marmorea monumenta. *P. Manut.*

58. *Eoque magis id ejectum est.*) Hanc lectionem, contra alteram illam, quæ *electum est* habet, defendit Broekh. ad Prop. Lib. II. eleg. 17. ℣. 12. ubi similis varietas.

ctum est, quod a. d. III. id. Maj. Bibulus Pompejum
fecerat certiorem ut caveret insidias. in quo ei Pompe-
b filius ad ea *MS.* jus gratias ageret, introductus Curio [b] filius, dixit ad ea,
quæ Vettius dixerat: maximeque in eo tum quidem
c adolescentum *alii.* Vettius est reprehensus, quod dixerat [c] adolescentium
consilium, [d] ut in foro [59] cum gladiatoribus Gabinii
d aut *MS.* Pompejum adorirentur: in eo principem Paullum fuis-
se; quem [e] constabat eo tempore in Macedonia fuisse.
e constat *MS.* fit senatus consultum, ut Vettius, quod confessus esset
se cum telo fuisse, in vincula conjiceretur: qui eum
emisisset, contra rempublicam esse facturum. res erat in
ea opinione, ut putarent id esse actum, ut Vettius in
foro cum pugione, & item servi ejus comprehenderen-
tur cum telis: deinde ille se diceret indicaturum; idque
ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompejum
detulissent. tum senatus consultum in concione recita-
tum est. postero autem die Cæsar, is, qui olim, præ-
tor cum esset, Q. Catulum ex inferiore loco jusserat
dicere, Vettium in Rostra produxit: eumque in eo lo-
co constituit, quo Bibulo consuli aspirare non liceret.
P.xxxix. hic ille omnia, quæ voluit, de republica dixit; [f] &,
f *alii* ut qui. qui illuc factus institutusque venisset, primum Cæpio-
nem de oratione sua sustulit, quem in senatu accerrime
nominarat; ut appareret [60] noctem, & nocturnam de-
precationem intercessisse; deinde, quos in senatu ne
tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominavit,
Lucullum, a quo solitum esse ad se mitti C. Fannium,
illum,

59. *Cum gladiatoribus Gabinii.*) Non dubito, quin abundet particula, *Cum*: ut tempus significetur, quo Gabinius gladiatores populo dedit, opinor, ut eo munere gratiosior esset in petitione consulatus. nam petebat hoc anno, & designatus est cum L. Pisone. tempus autem id significari, eo certius est, quia sequitur proxime: *In eo principem Paullum fuisse, quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse.* Omitto alia non dubia argumenta, ut hoc: non debuisse Vettium inter conscios facinoris admiscere Gabinii gladiatores, ne gladiatorum dominus Gabinius, qui erat Cæsarianæ partis amicissimus, in suspicionem adduceretur. Et, ut opinio mea fert, gladiatores Gabinii fuere, de quibus epist. 19. *Gladiatoribus qua dominus qua advocati sibilis conscissi.* P. Manut.

60. *Noctem.*) Fortasse Serviliæ, vel alterius fœminæ, cujus precibus Cæpio de oratione sublatus esset, ut sit jocus ex ambiguo. & si noctem Serviliæ significat, supra Cæpionem Brutum dicas necesse est: sin alterius fœminæ, Cæpionem a Bruto potes sejungere. *Corrad.*

61. Sub-

illum, qui in P. Clodium [61] subscripserat; L. Domitium, cujus domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret: me non nominavit: sed dixit, consularem disertum, vicinum consulis, sibi dixisse, Ahalam Servilium aliquem, g aut Brutum opus esse reperiri. addidit ad extremum, cum, jam dimissa concione, revocatus a Vatinio fuisset, se audisse a Curione, his de rebus conscium esse Pisonem generum meum & M. Laterensem. nunc reus erat [62] apud Crassum Divitem Vettius de vi: &, cum esset damnatus, erat [63] indicium postulaturus: quod

g aut etiam *alii*.

61. *Subscripserat.*) Hi erant accusatores quasi secundi, qui & ipsi hac subscriptione testatum faciebant se accusatoris primarii factum probare, seque ipsos voluisse accusare nisi has partes sibi ille sumsisset. Tac. I. Annal. 74. *Nec multo post Granium Marcellum, prætorem Bithyniæ, Quæstor ipsius Capio Crispinus majestatis postulavit, subscribente Romano Hispone.* quod qui faciebant *subscriptores* dicebantur. Cælius ad Cic. lib. VIII. ad Fam. ep. 8. *Itaque sine ullo subscriptore descendit.* vid. Ascon. in Divinat. Cic. in Verrem. *Grævius.*

62. *Apud Crassum divitem Vettius de vi.*) Ita legit Faernus ex antiquo libro, cum in aliis desit nomen *Vettius*, quod quasi necessario requiritur. *Ursinus.* Balliolensis liber consentit cum Malaspinæ membranis & Faerni inserens *Vettius*. Grævius.

63. *Judicium postulaturus.*) Judicium populi postulaturus, quod si impetrasset a Trib. pleb. multi rei fore videbantur. Damnatus enim a magistratu poterat provocare ad populum, & Trib. pleb. appellare. Svetonius Cæsare: *Judex in Rabirium reum, tam cupide condemnavit: ut ad populum provocanti, nihil æque ac Judicis acerbitas profuerit.* Popma. In eandem sententiam scripsit etiam Manutius, a quo hæc Popma hausit. Sed S. Bosius *non judicium postulaturus* sed *indicium postulaturus* primus edidit, ex libris credo suis, quamvis nullam de iis mentionem faciat. Hunc sequitur ut ubique, Gruterus. & hic quidem recte. *Indicium* enim *postulare* est postulare ut sibi liceat revelare scelus, cujus ipse sic reus, aliosque ejus consortes detegere, impunitatis præmio. Cic. Divin. in Verrem: *Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum una feceris, concedo, si id lege permittitur.* Est enim *indicium proprio ejus, qui una peccaverit*; ut inquit Donatus. Asconius Pædianus: *Index est, qui facinoris, cujus ipse est conscius, latebras indicat impunitate proposita.* Hoc in lege Cornelia de Sicariis in Pandectis, apud Svetonium Domit. & apud Asconium est *indicium profiteri*, ubi æque corrupte legebatur, & in divinatione Tullii *judicium*, ut Budæus in annotationibus ad Pandectas olim docuit. *Indicium postulare* proprie est postulare indicii præmium *μήνυτρον*. hoc vero erat impunitas conjurationis, & conspirationis. Nam *indicium* sæpe est indicina, sive indicii præmium. *Indicium profiteri*, est declarare te velle de sociis conspirationis detegere illorum molitiones, si indicii præ-

 mium

quod si impetrasset, judicia fore videbantur. ea nos, utpote qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus. hominum quidem h summa erga nos studia significabantur: sed prorsus vitæ tædet; ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. modo cædem 64 timueramus, quam oratio fortissimi senis Q. Considii discusserat: ea, quam quotidie timere potueramus, subito exorta est. Quid quæris? 65 nihil me infortunatius, nil fortunatius est 66 Catulo, cum splendore vitæ, tum i hoc tempore. nos tamen in his k miseriis erecto animo, & minime *perturbato sumus: honestissimeque & dignitatem nostram magna cura tuemur. Pompejus de Clodio jubet nos esse sine cura, & summam in nos benivolentiam 67 omni oratione significat. Te habere con-

h summa *deest in* MS.

i morte *Lamb.*

k etiam miseriis *aliis.*

mium tibi promittatur. Crassus vero Dives illius anni Prætor fuit & inter Sicarios quæstionem sortitus erat, ut ostendit Stephanus Pighius in annalibus ad hunc annum. Inde dicitur apud illum reus & damnatus fuisse, non in judicio privato. Quis unquam audivit *judicium postulare* esse ad populum provocare? Hæc qui viris doctis in mentem potuerint venire hercle vix intelligo. Postea tamen deprehendi in brevibus Scholiis ad hunc locum Manutium damnasse priorem sententiam, & veram invenisse. *Grævius.*

64. *Timueramus.*) Plutarchus hæc: Cum senatores in curiam pauci convenirent, Considius Cæsari caussam dixit esse, quia milites illius arma timerent. cui Cæsar: cur tu quoque ob eandem caussam non domi te contines? quia, Considius, senectus me facit intrepidum. *P. Manut.*

65. *Nihil me infortunatius.*) Sic legendum, *nihil me infortunatius, nihil fortunatius Catulo, cum, &c.* Nam libri vulgati sic habent, *nihil me infortunatius, & Catulo. cum, &c.* Lambin. Lambinus primam partem hujus loci recte ex conjectura restituit, nisi quod verbum, *est*, omisit ante nomen, *Catulo*. ejus vero emendationem confirmat castigatissima hæc lectio Decurtati: *quid quæris? nihil me infortunatius, nihil fortunatius est Catulo, cum splendore vita: tum hoc tempore*, fortunatissimum vocat Catulum quod splendide, & cum honore semper vixerit, & quod in illa calamitosissima tempora non inciderit, ut qui jam mortuus esset. *Bosius.*

66. *Catulo.*) Catulus anno proximo perierat, Afranio, & Metello coss. ut hic ep. 17. lib. 1. & Dio lib. XXXVII. Placeret igitur, *Lucullo*, cui negotium impendere videbatur e Vettii nominatione. aut, *Catone*, qui hoc anno, id est Cæsare consule, magnis contumeliis affectus est. Sed antiqui libri, *Catulo*: mendose: neque enim ad mortuum hujus temporis miseriæ pertinent. *P. Manut.*

67. *Omni ratione significat.*) Nostri *oratione*. quæ lectio, prærerquam

consiliorum auctorem, l sollicitudinum socium, omni in cogitatione conjunctum, cupio. quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, item, atque eo, si potest, acrius, te rogo, ut plane ad nos advoles. respiraro, si te videro.

P. B. l solitudinum alii.

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

CUM aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, 68 volam illum scire ex te, me id fecisse; ut nuper me scis scripsisse ad te 69 de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse, eam rem summæ m tibi voluptati esse. sed ego mallem, ad illum scripsisses, n mihi illum satisfacere, 70 non quo faceret, sed ut faceret. mirabiliter enim 71 moratus est, sicut nosti, εἵλικτὰ, καὶ οὐδέν.

m sibi Bos. n nihil Vict.

quam quod omnium exemplarium testimonio nititur, etiam communi omnium opinione, quæ de Pompejo erat, confirmatur. Erat enim Pompejus, ut ex historiis habetur, natura parum candida & sincera: ut sæpe etiam intimis fucum faceret. Hoc Cicero cognoscere potuit, suis illis temporibus, ab eo destitutus, cum antea jussisset eum esse sine cura, seque prius occisum iri, quam ut ipse a Clodio læderetur. Quæ tamen Cicero omnia, etsi libenter audiebat, vereque dici cupiebat; tamen hominis ingenium cognitum habens, præsertim monitus ab Attico ut caveret, non se omnino illi credebat, sed omnia ad resistendum parabat. Hæc faciunt, ut *oratione* non respuam. Addam quoque illud: Sallustium scripsisse, ut Svetonius tradit, Pompejum ore probo, animo autem inverecundo fuisse. atque ob eam causam, a Lenæo Grammatico, Cnei ipsius liberto Satyris in eum editis laceratum. *Malasp.*

68. *Volam illum.*) Nonius observat *Volam* pro velim. ego probarem *volim*, ut ostendi libro primo, capite primo De Usu Antiquæ locutionis. *Popma.*

69. *De Varronis.*) M. Terentii Varronis familiaris tui, ep. 2. lib. IV. & Pompeji, ep. 15. & 18. lib. III. quippe quem bello piratico classibus præfecit Varr. ipse. lib. II. de Re Rust. & Appian. de Bello Mithrid. & postea in Hispaniam legatum misit, Cæs. lib. I. de Bel. Civ. *Corrad.*

70. *Non quo faceret.*) Ita restituerunt Bos. & Lambin. ex Tornæs. Vulgo illa verba, *sed ut faceret*, absunt. *Cleric.*

71. *Moratus est.*) Placeret, *Inodoratus*: quia, cum, Pompeio aut Cesari credere, periculosum videret, eorum animos nosse, magni putabat ad suas rationes interesse, propter insequentis anni impendentem a Clodio tempestatem. Subscribere videtur sententiç

οὐδὲν o sed nos tenemus præceptum illud, [72] τὰς τῶν κρατούντων. at hercule alter, tuus familiaris, p Hortalus quam [73] plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci pratura, & de illo tempore Allobrogum diceret? sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere a me tibi esse missum, sane

o sed *alii delent.*
p *alii* Hortensius.

tentiæ nostræ, quod scriptum est ep. 16. *Velim e Theophane expiscere, quonam in me animo sit Araburches*, & ep. 22. *Per Βοώπιδα intelligere poteris, qua fide ab illis agatur.* Et, *Inodorari* ἐλικτὰ propric. nam odorari dicitur de rebus occultis, quæ minime judicantur oculorum sensu. ut lib. II. de oratore, *Odorari, quid sentiant judices.* hic lib. VI. ep. 4. *Ego* μυστικώτερον *ad te scribam: tu sagacius odorabere*, & lib. XIII. *Odorare Antonii* διάθεσιν. Neque vero particula, *In*, præposita priorem significationem ut contraria tollit, sed facit quod in verbo *Audio*: ur, cum dicimus, *Inaudire*, significamus, id audire, quod occulte agatur. item, *Inodorari, indagare*, quod in occulto latet. Si, *Moratus*, retinemus, erit, tardavit, repressit. sed fides mihi non fit, Varronis auctoritatem fuisse tantam, ut morari potuerit consilia Pompeji: elicere quidem, aut odorari, pro familiaritate potuit. *P. Manut.* Placeret Manutio *inodoratus est*. Bos. legit *Moratus*, tamquam esset nomen auctoris alicujus. *Cleric.* Merentur inspici, quæ ad illustrandum hunc locum edidit Is. Casaubonus ad Athenæum lib. I. cap. 4. *Gronov.*

72. Τὰς τῶν κρατούντων.) Initium versus Euripidis valde celebris. integrum est, *τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.* Est autem in Phœnissis, pronunciatus a Polynice, cum miserias, calamitatesque, quas sustinent qui in exilio vivunt, matri exponeret. inter alia enim mala hoc esse narrar, quod illi coguntur regum dementias, ac sinistra consilia ferre, & sequi: quorum ope sperant se quandoque in patriam posse redire. Hanc sententiam, cum ad eam in suo poemate alluderet, mortis causam civi R. fuisse ab immiti principe, Dion tradit. Quem ego locum ita interpretatus sum: M. autem Æmilius Scaurus, qui nullam provinciam imperio rexerat, neque repetundarum accusatus erat, condemnatus est propter tragœdiam: in acerbioremque casum incidit, quam ille erat, quem scripserat. Atreus erat poema, suadebatque cuipiam eorum quibus imperabat, secundum Euripidem, ut regum stultitiam æquo animo ferret. Cum hoc audisset Tiberius, in se versum illum pronunciatum esse, dixit: existimans se Atreum, quia multos crudeliter necasset, esse appellatum, subjugensque: Ego vero ipsum Ajacem faciam, necessitatem illi attulit, ut se ipse suis manibus conficeret. non tamen hoc nomine in judicium vocatus est, sed quod cum Livilla adulterium commisisset. *Victor.*

73. *Plena manu.*) Proverbialis locutio, ut observavit Broekhus. ad Tibull. Lib. I. eleg. 6. vs. 32. ubi legitur, *nec verbis victa fatiscit Janua: sed plena percutienda manu*. Verburg.

ſane volo. ſed quid tu ſcribas? quem jam ego venire atque adeſſe arbitror. ita enim egi tecum ſuperioribus litteris. valde te exſpecto, valde deſidero; neque ego magis, quam ipſa res & tempus poſcit. His de negotiis quid ſcribam ad te, niſi idem, quod ſæpe? Republica nihil deſperatius: iis quorum opera, nihil majore odio. Nos, ut opinio, & ſpes, & conjectura noſtra fert, [q] firmiſſima benivolentia hominum muniti ſumus. quare advola. aut expedies [q] nos omni moleſtia, aut eris particeps. Ideo ſum brevior, quod, ut ſpero, coram brevi [r] tempore conferre, quæ volumus, licebit. [ſ] Cura, ut valeas.

[q] nos *deeſt in MS.*
[r] *ita Vict.* temp. *non habet Manut.*
[ſ] *tres ſeqq. voces non habet Manut.* P. XI.

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM

AD

ATTICUM.

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

P. Clodius ope C. Cæſaris Conſulis, Tribunus pl. declaratus, ut magiſtratum iniit, illud unum ſpectavit, ut M. Tullium inimiciſſimum ſuum ulciſceretur. Itaque duabus legibus, quarum altera frumentum, quod antea ſemis aris ac trientibus eſſet in ſingulos medios, gratis dabatur; altera non ſolum collegia, quæ Senatus ſuſtulerat, reſtituta ſunt, ſed nova etiam ex omni vulgi face atque ſervitio conſtituta, plebis voluntate ſibi adjuncta rogationem promulgavit contra eos, qui ſine judicio populi, civem Romanum necavíſſent, qua tametſi eum nullo nominatim agebat, nemo tamen dubitabat, quin Ciceronem peteret, qui in ſuo Conſulatu, quamquam ex Senatuſconſulto, tamen injuſſu populi, contra leges in cives animadvertiſſet. Id cum agi videret Cicero, mutavit veſtem, & cum eo, velut in communi calamitate, ad hominum XX. millia. Verum cum ſe a Cn. Pompejo, M. Craſſo, C. que Cæſare deſtitutum videret, ne ſua cauſſa cædes civium fieret, invidorum, ut ipſe palam queritur, conſilio,

cur-

circiter Kalendas Aprilis, urbe cessit Gabinio & Pisone Consulibus: domus ipsius a Clodio statim incensa: area libertati consecrata: bona publicata, prædia direpta sunt: lex de ejus exilio perlata: eique aqua & igni interdictum: & nequis tectum intra quadrigenta millia passuum ab Italia præberet: nequis de eo ad Senatum referret: ne decerneret: ne disputaret: ne loqueretur: ne pedibus iret: ne scribendo adesset, ut in oratione post reditum in Senatu & Domo legitur. Ille ergo in Macedoniam transmittens, Thessalonicæ, apud Cn. Plancium, toto fere illo exilii tempore mansit: unde, præter paucas ex itinere missas, omnes fere libri hujus epistolæ datæ sunt. Malaspina.

EPISTOLA I.

(IV.) CICERO ATTICO S.

1 UM antea maxime nostra interesse arbitrabar, te esse nobiscum; tum vero, ut legi rogationem, intellexi, ad iter [a] id, quod constitui, nihil mihi optatius cadere posse, quam ut tu me [b] quam primum consequare; ut, cum ex Italia profecti essemus; sive per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque præsidio uteremur; sive aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. quamobrem, te oro, des operam, ut me statim consequare. [2] facilius potes; quoniam de provincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

a id *alii non habent.*
b quam *deest in MS.*

EPISTOLA II.

(II) CICERO ATTICO S.

ITINERIS nostri caussa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo jure diutius esse possem, quam [3] in

1. *Cum antea.*) Hic est omnium mss. ordo. Manutius illum immutavit, & hunc sequutus Lambinus in editione sua. *Cleric.*

2. *Facilius potes.*) Hoc dicit. Cum Clodii rogatio permittat, ultra quadringenta millia ut ubivis esse possim; sequitur, ut mihi in Macedonia liceat esse. quo facilius, antequam ex Italia proficiscar, consequi me potes. non enim est, cur profectionem maturem: siquidem, quam mihi ad discedendum diem rogatio constituit, ante eam diem, vel nulla celeritate adhibita, ultra qua-

3 in fundum Sicæ; præsertim nondum rogatione correcta: & simul intelligebam, ex eo loco, 4 si te haberem, posse me c Brundisium referre; sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter d Autronium. nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei capiemus. iter esse molestum scio; sed 5 tota calamitas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo perculso & abjecto. Cura ut valeas. Dat. VI. id. 6 Apr. in oris Luc.

c Buthrotum *Malasp. Lamb.*
d *alii* Antron.

EPISTOLA III.

(I) CICERO ATTICO S.

UTINAM illum diem videam, cum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti! adhuc e quidem valde

e equidem *MSS.*

quadringenta millia licebit pervenire. quod si longius ire, ultraque quadringenta millia juberet, difficilius consequi me posses. nam mihi esset properandi major imposita necessitas. *P. Manut.* Junius ex duobus mss. Palat. *quanto citius potes*. Cleric.

3. *In fundo Sicæ.*) Ad Vibonem. Ex Bessationis libro legi etiam potest, *In fundum*: qua figura in Divinatione dixit, *Exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. ditionemque essent.* & in Verrem lib. VII. *Qui illam partem urbis tenerent, in eorum potestatem portum futurum intelligebant.* quod Gellius notavit lib. I. cap. 7. Idque recentiores etiam viderunt. *P. Manut.*

4. *Si te haberem.*) Bessarionis liber, *se iter habere*. Cleric.

5. *Tota calamitas.*) In qua insunt, præter mea damna, ex molestiæ, quas ex molestiis meorum capio. ut nunc, cum te video mea caussa tam molestum iter suscipere. *P. Manut.*

6. *In oris Luc.*) Hanc epistolam Cicero scripsit cum iter haberet Vibonem, in fundum Sicæ; quod iter per Lucaniam fecit, ut refert Plutarchus. eam autem dedit in oris Lucaniæ, cum Thuriorum fines jam jam ingressurus esset. est enim Vibo oppidum Thuriorum. Quod autem, *in oris Luc.* id est, Lucaniæ scripsi, id feci partim conjectura, partim ex præscripto veterum librorum. nam in Decurtato exaratum erat VI ID. *Apri noris Luc.* Imperite hic librarius ultimam litteram vocis, *Apri.* & primam τῶ *noris*, quæ ambæ una junctæ præpositionem, *in*, efficiebant, separavit, & singulas proximis vocabulis agglutinavit. scribendum enim fuit, IV ID. *Apr. in oris Luc.* lectionem hanc nostram juvat etiam scriptura Tornæsiani, Crusellini, & Huraltini quamquam depravata, quæ sic habet, *Naris Luc.* Bosius. Hæc lectio partim conjectura, partim mss. auctoritate nititur. Decurt. habebat. *Apr. noris Luc.* Crusell. & Huralt. *Apri. Naris. Luc.* vulg. *Naryca*, vel *Narycii*, vel *Narycii Locridis*; quod Corradus improbans

re-

valde me pœnitet. sed te oro, ut ad me 7 Vibonem statim venias, quo ego multis f de causis converti iter meum. sed eo si veneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero. si id non feceris, mirabor, sed confido te esse facturum.

f de *non est in MSS.*

EPISTOLA IV.

(III) CICERO ATTICO S.

Miseriæ nostræ potius velim, quam inconstantiæ, tribuas, quod a Vibone, quo te arcessebamus, subito discessimus. allata est enim g nobis rogatio de pernicie mea; in qua, quod 8 correctum esse audieramus, erat ejusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. 9 illo cum pervenire non liceret, statim iter

P. B. g nobis *deest in aliis.*

reponebat, *Thurii Lucaniæ*; cui fere assentiuntur Lambinus & *Cleric.* Phil. Cluverius tentaverat *Narycii Locris*, quem vide in Italia Antiq. pag. 1302. *Gronov.*

7. *Vibonem.*) Strab. lib. VI. & Plin. lib. III. cap. 5. & ep. seq. *Corrad. Vibon* oppidum Bruttiorum perantiquum, quod etiam *Vibo*, *Vibo Valentia*, & *Valentia* simpliciter dicebatur, olim Græcis *Hippo*, & *Hipponium*. fuit postea eo ducta colonia Romanorum. hodie *Monte Leone*, ejus navale *Bevona*. vid. Cluv. Ital. antiq. lib. IV. cap. 15. *Grav.*

8. *Conrectum.*) Scripsimus, *conrectum*, ut erat in Decurtato, more antiquo, pro, *correctum*. nam vitiosa est scriptura editionum, *confectum*. Bosius. Rogatio primum promulgabatur, id est, in publico proponebatur, deinde ferebatur. Promulgationis plures caussæ erant: una, ut si qui vellet Tribunus pleb. intercederet; altera, ut quivis e populo lege inspecta, & examinata ante statueret, utrum, cum ferretur, antiquanda suffragiis esset, an accipienda: tertia, ut cuivis monere legislatorem liceret vel de tollenda vel corrigenda: ex qua postrema caussa nonnullos tradunt legem promulgatam reliquisse, alios correxisse, ut Clodium; Pompejum vero hoc amplius jam in æs incisam & in ærarium conditam correxisse. Svetonius Julio. *Popma.*

9 *Illo.*) Ultra quadringenta millia. Petieram Vibonem eo consilio, ut vel in Siciliam transjicerem: vel Melitam adnavigarem: postea, rogatione lecta, intellexi, si peterem Siciliam, progredi ultra quadringenta millia ante rogationis diem non posse; de Melita vero non esse cogitandum; siquidem ultra quadringenta millia non esset, iter igitur pedibus Brundisium versus contuli, ut inde in Macedoniam navigarem, quæ esset ultra quadringenta millia. in epist. ad Terentiam, *Brundisio*, inquit, *profecti sumus ad V. Kal. Maj. per Macedoniam Cyzicum petebamus*. P. Manut.

10. *Eodem*

iter Brundisium versus contuli ante diem rogationis ; ne & Sica, apud quem eram, periret ; [h] & quod Melitæ esse non licebat. nunc tu propera, ut nos consequare, si modo recipiemur. adhuc invitamur benigne. sed, quod superest, timemus. me, mi Pomponi, valde pœnitet vivere. qua in re apud me tu plurimum valuisti. Sed hæc coram. fac modo, ut [i] venias.

h & quod *deest in MS.*

i venias Vale. *alii.*

EPISTOLA V.

(V) CICERO ATTICO S.

TERENTIA tibi, & sæpe, & maximas agit gratias. id est mihi gratissimum. ego vivo miserrimus, & maximo dolore conficior. ad te quid scribam nescio. si enim es Romæ, jam me assequi non potes : sin es in via, cum eris me assequutus, coram agemus, quæ erunt agenda. tantum te oro, ut,' quoniam me ipsum semper amasti, ut [10] eodem amore sis. ego enim idem sum. inimici mei [11] mea mihi, non me ipsum, ademerunt. Cura, ut valeas. Dat. iix. id. April. [12] Thurii. P. XLI.

10. *Eodem amore sis.*) Ut *magno timore*, ep. 14. lib. v. *magna spe*, epist. I. lib. VI. & *admirabili gloria*, epist. 21. lib. II. *Corrad.* In nostris pæne omnibus, *ut eodem*, atque his convenit cum editione Victoriana. Itaque censeo conjunctionem reponi æquum esse : quæ, & si παρέλκειν videri potest, hac tamen dicendi forma, & a M. Tullio, & ab aliis ejus ætatis scriptoribus, geminari solet nonnumquam. Terent. Phorm. *Adeon' rem rediisse, ut qui mihi consultum optime velit esse, patrem ut extimescam?* Ἐπανάληψις est. Simile est, & illud Ciceronis in Bruto : *Videsne igitur, ut in ea ipsa urbe, in qua & nata & alta sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem?* Malasp.

11. *Mea mihi.*) Bona. nam domus diripiebatur, ardebat : bona ad vicinum Cos. de Palatio, de Tusculano item ad vicinum alterum Cos. deferebantur, orat. post reditum in Senat. pro Dom. & in Pis. *Corrad.*

12. *Thurii.*) Plin. lib. III. cap. II. sunt qui nunc *Rodium* vulgo vocari dicant. *Turios* Cæsar, & Paterculus scribunt. *Corrad.* Ista urbs Bruttiorum dicta *Thurium*, & *Thuria*, olim *Sybaris*, postea a Romanis *Copia*. Hodie locus ubi stetit *Sibert Revinata*. Græv.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

NON fuerat mihi dubium, quin te Tarenti, aut Brundisii visurus essem: idque ad multa pertinuit; in eis, & ut in Epiro consisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio uteremur. quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. nobis iter est in Asiam k maxime Cyzicum. meos tibi commendo. me vix misereque l sustento. Dat. XIV. Kal. Mai. m De Tarentino.

k max. *Jun. delet.*
l sustineo *MS.*
m *alii* Tarenti.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

BRUNDISIUM veni 13 a. d. XIV. Kal. Mai. eo die pueri tui mihi a te litteras reddiderunt: & alii pueri post diem tertium ejus diei alias litteras attulerunt. Quod me rogas, & hortaris, ut apud te in Epiro sim, voluntas tua mihi valde grata est, & minime nova: sed n & consilium mihi quidem optatum, si liceret ibi omne tempus consumere. odi enim celebritatem; fugio homines; lucem aspicere vix possum. esset mihi ista solitudo, præsertim tam familiari o in loco, non amara. p 14 sed, itineris caussa, ut devorterem, primum est devium; deinde ab q Autronio, & ceteris quatridui; deinde

n *in aliis deest* &.
o *in alii delent.*
p sic *Cleric.*
q *alii* Antron.

13. *Ad Kal. Majas.)* Bessarionis antiquus liber, *Ad* XIV. *Kal. Majas*: & recte: ut Brundisii fuerit tredecim dies. datæ enim litteræ sunt pridie *Kal. Majas*, cum Brundisio proficisceretur. in ep. ad Terentiam, *Nos*, inquit, *Brundusii apud M. Lenium Flacum dies* XIII. *fuimus*. Et, quia proximam superiorem epistolam, Tarenti datam, post hanc scriptam esse perspicuum est. ideo datam suspicor non XIII. Kal. Majas, ut est in impressis, sed Kalendis Maji, cum jam in Asiam iter instituisset. *P. Manut.*

14. *Sed itineris caussa ut devorterem.)* Sic P. Victorii, quam sequor. P. Manut. M. Brut. & Lamb. *Sed itineris caussa ut divertar.* S. Bos. retinuit scripturam Victorii, nisi quod perperam mutavit *sed* in *sic*, uti & Gruterus. quod quin ex libris antiquis sit haustum nullus dubito. Nam & in Balliolensi scribitur, *sic itineris caussa ut diverter.* verum ratio & connexus sermonis postulat, ut *sed* retineatur. *Grav.*

15. Ca-

deinde sine te. nam [15] castellum munitum habitanti mihi prodesset ; transeunti , non est necessarium. quod si auderem , [16] Athenas peterem ; sane ita cadebat , ut vellem. nunc & nostri hostes ibi sunt ; & te non habemus ; & veremur , ne interpretentur , illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse : nec scribis , quam ad diem te exspectemus . Quod me ad vitam vocas , unum efficis , ut a me manus abstineam ; alterum non potes , ut me non nostri consilii [r] vitæque pœniteat. quid enim est , quod me retineat , præsertim si spes ea non est , [s] quæ nos proficiscentes prosequebatur ? non faciam , ut enumerem miserias omnes , in quas incidi per summam injuriam , & scelus non tam inimicorum meorum , quam [17] invidorum , ne & meum mærorem exagitem , & te in eundem [t] luctum vocem. hoc [v] affirmo , neminem umquam tanta calamitate esse affectum ; nemini mortem magis optandam fuisse : cujus op-

P. B.

r utique MSS. & Vict.

s qua MSS.

t locum MSS.

v alii confirmo.

15. *Castellum munitum habitanti.*) Si mihi liceret in Epiro tecum habitare, prodesset castellum tuum munitum , ut ibi tuto consisterem , essetque invitatio tua ita opportuna ut nihil vellem magis ; sed & Catilinarii exsules in Achaia & propinquis partibus Epiri tantum quatridui itinere absunt , & Clodiani interpretabuntur Buthrotum oppidum , sub quo villa & castellum tuum est, ab Italia non distare quadringenta millia , intra quæ mihi non licet esse. De Attici villa prope Buthrotum lib. VI. & alibi. *Popma.* Manutius in Quæsitis per Epist. III, 7. vocem *castellum* hoc loco capit de castello ligneo ad tempus facto .

16. *Athenas peterem.*) Nonne paulo ante dixit se celebritatem odisse ? homines fugere ? lucem aspicere vix posse ? Quid nunc igitur Athenas cogitat , qua urbe , secundum Romam , nihil erat in toto orbe terrarum celebrius ? Quid igitur caussæ est, cur non locum male affectum putemus ? præsertim cum addatur, *Et veremur, ne interpretentur illud quoque oppidum , ab Italia non satis abesse* ; quod certe de Athenis dubitare non debuit , si ei licuit esse Thessalonicæ , quod oppidum ab Italia abest propius . Adde , quod oppidum vocavit : atque illud tale, quale optabat , nimirum ab arbitris & hominum frequentia valde remotum . Quæ in Athenas non cadunt. Quo porro modo legendum putem, in tanta oppidorum multitudine , quanta in Græcia est, non habeo dicere . Hoc ex vetustis libris petendum est ; in quo mei mihi nihil opis afferunt . *Malasp.* Suspicor *Athenas* nomen esse oppidi alicujus ignobilis : in manuscripto est , *quod si auderem Athenas petere* . Ursinus .

17. *Invidorum.*) Hortensium maxime designat : a quo se dicit sceleratissime, insidiosissimeque tractatum , in epistola ad fratrem ib. I. *P. Manut.*

oppetendæ [18] tempus honestissimum prætermissum est. reliqua tempora non sunt x jam ad medicinam, y sed ad finem doloris. De republica video te colligere omnia, quæ putes aliquam spem mihi posse adferre mutandarum rerum: quæ quamquam exigua sunt; tamen, quoniam placet, exspectemus. Tu nihilo minus, si properaris, z nos consequere. nam a aut accedemus in Epirum: aut tarde [19] per Candaviam ibimus. Dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra afferebat, sed quod de fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus. quem quidem ego [20] nec quo modo visurus, nec ubi

x *alii* tam.
y quam *id.*
z non *MS.*
a ut accedamus *MS.*

18. *Tempus honestissimum.*) Mihi, cum inimicis pro mea dignitate pugnanti, si contigisset ut caderem, gloriosum fuisset. nunc exsul præclaræ mortis occasionem sperare amplius non possum: finiendi tamen doloris potestas adempta non est, idque potius mihi video esse cogitandum, quam ut ullam medicinam faciam. Videtur de morte voluntaria cogitare. *P. Manut.*

19. *Per Candaviam.*) Ex Illyrico in Macedoniam per montem Candaviam medium inter utramque provinciam. Plinius lib. III. cap. 23. montes Candaviæ a Dyrrachio LXXIX. M. passuum. Strabo lib. VII. *Popma.* *Candavia* fuit tractus montosus per quem ab Apollonia & Dyrrachio iter portabat in Macedoniam, & per eam ad mare Ægeum, per quod trajecturus erat in Asiam ad fratrem Cicero. Cæsar III. de Bell. Civ. *Pompejus per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat.* & superius eodem libro. *Pompejus erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hyberna Apolloniam, Dyrrachiumque habebat.* Cicero autem hanc præcipue viam sequebatur, & quia fuit expeditissima Dyrrachio Thessalonicam profecturis, & quia sola erat, & deserta, ut nec Autronius nec alii ejus inimici ibi degerent. Hinc Seneca ep. 31. *Deserta Candavia* dixit. *Hoc est, summum bonum: quod si occupas incipis deorum esse socius, non supplex. Quomodo, inquis, isto pervenitur? non per Peninum Grajumque montem, nec per deserta Candavia.* vide Strabonem lib. VII. *Gravius.*

20. *Nec quo modo visurus, nec ubi dimissurus sim, scio.*) MSS. omnes quidem vulgatam lectionem retinent: sed nescio quomodo mihi arridet magis locus, si voces duas alteram in alterius locum transtuleris, hoc modo: *quem quidem ego nec ubi visurus, nec quomodo dimissurus sim, scio.* Facilitatem certe habet hæc lectio. *Junius.* Balliolensis codex: *nec quo modo visurus*, (in quo tamen ut & Helmstad. *quo* desideratur) *nec ubi dimissurus sim, nescio.* quod merito expressit ex suis codicibus ille Ciceronis restitutor P. Victorius, male spretum fuit ab editoribus recentioribus. Frequenter enim apud Latinos scriptores ad exemplum Græcorum duæ negationes non affirmant, sed negant. Plaut. IV. Epid. 1. *Neque ubi ea nunc sit nescio.* hoc est, prorsus nescio. Terent. Eunuch. *Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.* hoc est,

ubi dimissurus sim, [b] nescio. id est maximum & miser- b scio *alii.*
rimum mearum omnium miseriarum. Ego & sæpius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus cum omnes partes mentis, tum maxime hujus generis facultatem ademisset. Videre te cupio. Cura ut valeas. Dat. prid. Kal. Mai. [21] Brundisii.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

BRUNDISII proficiscens [c] scripseram ad te, quas ob P.XLII.
causas in Epirum [d] non essemus profecti; quod & c scripsi-
Achaja prope [e] esset plena audacissimorum inimicorum, mus *MS.*
[22] & exitus difficiles haberet, cum inde proficiscere- d non *deest in*
mur. accessit, cum Dyrrachii essemus, ut duo nuntii *MS.*
afferrentur; unus, classe fratrem Epheso Athenas; al- e est &
ter, pedibus per Macedoniam venire. Itaque illi ob- *MS.*
viam misimus Athenas, ut inde Thessalonicam veniret. Ipsi processimus, & Thessalonicam a. d. x. Kal. Jun. venimus; neque de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi eum ab Epheso ante aliquanto profectum. nunc, [23] istic quid agatur, [f] magno opere timeo. quam- f *alii*
quam magno.
pere.

est, plane nemo. Propert. *Absenti nemo nec nocuisse velit.* Græv.

21. *Brundisii.*) Hæc epistola in Decurtato finiebatur eadem voce, qua & sequens inchoabatur, hoc modo: *Dat. prid. Kal. Maji. Brundisii.* CICERO ATTICO. *Brundisio proficiscens, scripseram ad te:* quam scripturam laudet Junius, sed sequentem epistolam paulo aliter inchoat; nempe *Brundisio proficiscens festinanter scripseram.* Cleric.

22. *Et exitus difficiles haberet, cum inde proficisceremur.*) Hic *Proficisceremur*, cum temporis infecti sit, futuri tamen vim habet, valet enim: *Profecturi essemus*, Et mehercule magna temporum apud scriptores confusio reperitur; vix ut ullum inveniatur, quod non sit ambiguum. Idem Philipp. III. præsens pro futuro posuit, sic cum scribit. *Duo modo hac opto; unum ut moriens populum Romanum liberum relinquam: alterum, ut cuique ita eveniat, ut de Rep. quisque mereatur.* Relinquam, Eveniat, Mereatur, cum sint temporis instantis, futurum tamen significare, nemo non videt. *Vellem*, contra, & *Maneret*, imperfecta dicuntur a grammaticis, nec nos negamus: sed tamen in illis Philippica I. *Vellem adesset Antonius.* Et item: *Pecunia, utinam ad Opis maneret, &c.* præsentis significationem habent. Verum de his fortasse alio loco. *Malasp.*

23. *Istic quid agatur.*) Timebat, ne quis accusaret repetunda-

quam tu altera epistola scribis. id. Mai. [g] audiri, fore; ut acrius [h] postularetur; altera, jam esse mitiora. sed hæc [i] est pridie data, quam illa: quo conturbor magis. itaque, cum meus me mæror quotidianus lacerat & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. sed & navigatio perdifficilis fuit: & ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit. nam [24] Phaeto libertus eum non vidit; [25] vento rejectus ab illo in Macedoniam, Pellæ mihi præsto fuit. reliqua quam mihi timenda sint video, nec, quid [k] scribam, habeo, & omnia timeo: nec tam miserum est quicquam, quod non in nostram fortunam cadere videatur. equidem adhuc miser [l] in maximis meis ærumnis & luctibus, hoc metu adjecto, maneo Thessalonicæ suspensus, nec audeo quicquam. Nunc ad ea, quæ scripsisti. [26] Tryphonem Cæcilium non vidi. Sermonem tuum, & Pompeji cognovi ex tuis litteris. Motum in republica non tantum ego [m] impendere video, quantum tu aut vides, aut ad me consolandum affers. Tigrane enim neglecto, sublata sunt omnia. Varroni me jubes agere gratias: faciam: item Hypsæo. Quod suades, ne longius discedamus, dum acta mensis Maji ad nos perferantur: puto me ita esse facturum, sed ubi, nondum statui. atque ita perturbato sum animo de Quinto,

g *alii* audire.
h postularet *id.*
i *alii non habent* est.
k *alii* timeam. *male*
l cum *MS.*
P. B.
m *sic. Vict. in aliis deest* impend.

rum Quinctum fratrem, ex provincia redeuntem epist. 9. & 16. *P. Manut.*

24. *Phaeto libertus eum.*) Hæc tria verba, cum antea conjunctim legerentur, primus divisit Victorius. *Cleric.*

26. *Vento rejectus ab illo.*) Ne illum adire, ac videre potuerit: sententia plane bona: In libro tamen Faerni, *ab Ilio* scriptum est: negligentiane librariorum in ductu literarum, an quia ita esset in exemplari, unde illi descripserunt, quis possit dicere? Illud affirmare possumus, si ab *Ilio* rectum sit, a loci hujus sententia non abhorrere. Fuit enim oppidum & ipsum in eadem ora Asiæ, qua & Ephesus: Phaetonta quidem constat, cum Quinto non fuisse: sed conveniendi ejus caussa, Ephesum, aut Ilium navigare conantem, inde rejectum in Macedoniam tempestate fuisse. *Malaspina.*

26. *Tryphonem Cæcilium non vidi.*) Cum nostri manuscripti eandem, quam excusi, lectionem habeant, nihil immutavimus. Germani tamen (quod unde hauserint nescio) *Tryphonem Cæcilium non visendum vidi*, scripserunt. *Victorius. Tryphonem Cæcilium.*) Fortasse libertum, procuratorem Cæcilii ep. 1. lib. 1. vel potius Reguli ep. 60. lib. XIII. Fam. & ep. 17. h. l. *Corrad.*

27. IV. *Kal.*

Quinto, ut nihil queam statuere: sed tamen statim te faciam certiorem. Ex epistolarum mearum [n] inconstantia puto te mentis meæ motum videre; qui, etsi incredibili & singulari calamitate adflictus sum, tamen non tam est ex miseria, quam ex culpæ nostræ recordatione, commotus. cujus enim scelere impulsi, ac [o] proditi simus, jam profecto vides: atque utinam jam ante vidisses! neque totum animum tuum mærori mecum simul [p] dedisses. quare, cum me adflictum & confectum luctu audies, existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre gravius, quam eventi; quod ei crediderim, quem esse nefarium non [q] putarim. Me & meorum malorum memoria, & metus de fratre in scribendo impedit. tu ista omnia vide & guberna. Terentia tibi maximas gratias agit. Litterarum exemplum, quas ad Pompejum scripsi, misi tibi. Dat. 27 IIII. kalend. Jun. Thessalonicæ.

n const. *MSS.*

o perdu-cti *MS.*

p vidisses *MS.*

q *alii pu-*taram.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

QUINTUS frater cum ex Asia discessisset ante kal. Maj. [r] & Athenas venisset idib. valde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis forte fuisset, qui contentus nostris malis non esset. itaque eum malui properare Romam, quam ad me venire: & simul (dicam enim, quod verum est; ex quo P. XLIII. magnitudinem miseriarum mearum perspicere possis) animum inducere non [s] potui, ut aut illum, amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in mærore aspicerem; aut meas miserias, luctu adflictas, & perditam fortunam, illi offerrem; aut ab illo aspici paterer. atque

r *quat. seqq. voces desunt in MS.*

s potuit *MS.*

27. IV. *Kal. Jun.*) Qua ratione nonnulli, ut, III. *Kal. Maj.* legendum putarent, adducti sint, non facile possum intelligere. mihi contra veritatem videtur. id apparet ex hac ipsa epistola: in qua cum dixerit, se venisse Thessalonicam ad X. Kal. Jun. certe, ut Thessalonicæ III. Kal. Maji se esse, deinde subjungat, fieri non potest. Cum hac ratione, ita firma, ut everti non possit, liber scriptus Bessarionis consentit. itaque locus jam dubitationi nullus superest, nisi si cui verum sensum contendendi cupiditas aufert. *P. Manut.*

que etiam illud timebam, quod profecto accidisset, ne a me digredi non posset. versabatur mihi tempus illud ante oculos, cum ille aut [28] lictores dimitteret, aut vi t avelleretur ex complexu meo. hujus acerbitatis eventum altera acerbitate non videndi fratris vitavi. in hunc me casum vos, vivendi auctores, impulistis. itaque mei peccati luo pœnas. quanquam me tuæ litteræ sustentant: ex quibus quantum tu ipse speres, facile perspicio. quæ quidem tamen aliquid habebant solatii ante, quam eo venisti, [29] *a Pompejo nunc Hortensium allice, & ejusmodi viros.* obsecro, mi Pomponi, nondum perspicis, quorum opera, quorum insidiis, quorum scelere perierimus? sed tecum hæc v coram agemus. tantum dico, quod scire te puto, nos non inimici, sed invidi perdiderunt. nunc, si ita sunt, quæ speras, sustinebimus nos, & spe, qua jubes, nitemur; sin, ut mihi videntur, x firma sunt; [30] quod optimo genere facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi

t evelleretur *alii.*

v omnia corā *Vict.*

x infirma *Lamb. & alii.*

28. *Lictores dimitteret.*) Qui dimittendi fuissent, si mecum manere voluisset. nam imperatori transitus per alienam provinciam dabatur, morari diutius in ea cum imperio non licebat. *P. Manut.*

29. *A Pompejo.*) Attici verba, quibus ille tale quid dicebat: a Pompejo tibi Cicero sperandum est, qui dixit, fore, uti secundum comitia aliquid de re in Senatu agatur ep. 13. h. l. ego vero, inquit, Cicero, nihil ab eo spero, cujus scelere sum proditus ep. sup. *Corrad.* In libro viri doctissimi emendatum est, sive ex ingenio, sive ex antiquo codice, *Ad Pompejum mitte, Hortensium allice.* Ursinus.

30. *Quod optimo tempore facere non licuit.*) Nos receptam lectionem retinuimus. Noster tamen antiquus, quod etiam Germani adnorarunt, *Optimo genere*, habet: sed etiam codices harum epistolarum, qui primis illis temporibus excusi sunt: ut non negligendus sit tot librorum consensus. Invenimus etiam in antiquis exemplaribus libro primo Officior. sic scriptum locum hunc: *Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? eum quicum bella geras, tam molli genere appellare.* ubi vulgari, *tam molli nomine* habent: res tota diligenter consideranda. *Victorius. Quod optimo tempore.*) Omnes, *quod optimo genere.* ut fit, optimo mortis genere. Unus Romanus habet, *Tempore*, quæ lectio cum his convenit, quæ proxima epistola superiori scribit, his verbis: *Hoc affirmo, neminem unquam tanta calamitate affectum esse: nemini mortem magis optandam: cujus oppetendæ tempus honestissimum prætermissum est.* Malasp. *Optimo genere* habent etiam Balliol. & Helmstad. codd. *Optimo genere* sc. mortis, quam pro salute reip. universæ oppetiisset. orat. pro Dom. *Gravius.*

31. Con-

bi sæpe agit gratias. Mihi y etiam unum de malis in metu est, fratris miseri negotium: quod, si sciam, cujusmodi sit; sciam, quid agendum mihi sit. Me etiam nunc illorum beneficiorum, & litterarum exspectatio, ut tibi placet, Thessalonicæ tenet. si quid erit novi allatum, sciam de reliquo quid agendum sit. Tu si, ut scribis, kal. Jun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Litteras, quas ad Pompejum scripsi, tibi misi. Dat. id. Jun. Thessalonicæ.

y & *Jun.* e *MS.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S. P. B.

ACTA quæ essent usque ad VIII. kal. Jun. cognovi ex tuis litteris. z reliqua exspectabam, ut tibi placebat, Thessalonicæ: quibus allatis, facilius statuere potero ubi sim. nam, si erit causa, si quid agetur, si spem videro, aut ibidem opperiar, aut me ad te [31] conferam: sin, ut tu scribis, ista evanuerint, aliquid aliud videbimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum; quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quam de me. itaque, quid ea mihi prosit, nescio. sed tamen, quoad me vos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nam quod me tam sæpe, & tam vehementer objurgas, & animo infirmo esse dicis: quæso, ecquod tantum malum a est, quod in mea calamitate non sit? ecquis umquam tam b ex amplo statu, c tam in bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit? possum oblivisci, d qui fuerim? non sentire, e qui sim? quo cercam honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego (ut novum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem, quam me ipsum; semperque fecissem, vitavi, ne viderem, ne aut illius luctum squaloremque aspicerem, aut me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi, adflictum-

z reliquas *alii.*

a putas *MSS.*

b extemplo a *MSS.*

c *alii* in ram.

d quid *MS.*

e quid *id. MS.*

31. *Conferam: sin, ut tu scribis, ita evanuerint.*) Alii, *conferam; ut tu scribis: sin ista evanuerint.* & sane Atticus omnia colligebat, quæ spem afferre poterant ep. 7. h. l. ut vix videri possit scripsisse, *ista evanuerint*. Corrad.

ctumque offerrem. Mitto cetera intolerabilia. etenim fletu impedior. Hic utrum tandem sum accusandus, quod doleo; an, quod commisi, ut hæc aut non retinerem, (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur) aut certe vivus [f] nunc ammitterem? Hæc eo scripsi, ut potius relevares me, quod facis, quam [g] aut castigatione, aut objurgatione dignum putares: eoque ad te minus multa scribo, quod & mærore impedior; & quid exspectem istinc, magis habeo, quam [h] quid ipse scribam. quæ si erunt allata, faciam te consilii nostri certiorem. Tu, ut adhuc fecisti, quam plurimis de rebus ad me velim scribas; ut prorsus ne quid ignorem. Dat. XIIII. Kal. Quint. Thessalonicæ.

f non *Lamb. alii delent.*

P. XLIV.

g ut *MS.*

h quod *MS.*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

ME & tuæ litteræ, & quidam boni nuntii, non optimis tamen auctoribus, & exspectatio vestrarum litterarum; & quod tibi ita placuerat; adhuc Thessalonicæ tenebant. si accepero litteras, quas exspecto; si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur; 32 ad te me conferam; si non erit, faciam te certiorem, quid egerim. Tu me, ut facis, opera, consilio, gratia juva: consolari jam desine: objurgare vero noli: quod cum facis, 33 ut ego tuum amorem & dolorem desidero! quem ita adfectum mea ærumna [i] esse arbitror, 34 ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem optimum humanissimumque sustenta. Ad me, obsecro te, ut omnia certa perscribas. Dat. IIII. Kal. Quint.

i esse *deest in MS.*

EPI-

32. *Ad te me conferam.*) Hoc est, in prædia tua in Epiro. paulo post, interrogationis nota videtur adscribenda verbo *desidero?* Ursinus.

33. *Ut ego.*) *Ut*, pro *Quam*, dixit, sicuti supra de Pompejo, *Ut ille tum humilis, ut demissus erat.* Est autem hic eo venustior sententia, quo minus aperta. Cum me, inquit, objurgas, quia meo casu nimis excrucier; facis, ut neque me videaris amare, neque dolere dolorem meum: quem tamen ita affectum mea ærumna esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. in hoc, inquam, tuum amorem, & dolorem non agnosco. qui enim amat, æque dolet; &, qui æque dolet, non objurgat. *P. Manut.*

34. *Ut*

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

TU quidem ſedulo argumentaris, quid ſit ſperandum, & maxime per ſenatum : idemque caput rogationis k proponi ſcribis, quare in ſenatu dici nihil liceat, itaque ſiletur. Hic tu me accuſas, quod me adflictem : cum ita ſim adflictus, ut nemo umquam : quod tute intelligis. Spem oſtendis ſecundum comitia. quæ iſta eſt, 35 eodem tribuno plebis, & inimico conſule deſignato ? Percusſiſti l autem me etiam de 36 oratione prolata. cui vulneri, ut ſcribis, medere, ſi quid potes. ſcripſi equidem olim m iratus, quod ille prior ſcripſerat; ſed ita compreſſeram, ut numquam n manaturam putarem. quo modo o exciderit, neſcio. ſed quia numquam accidit, ut cum eo verbo uno p concertarem : & quia ſcripta mihi videtur negligentius, quam ceteræ. puto poſſe

k propo-nis. Scri-bis *Victor.* P. B.

l autem *non eſt in MS.*

m elirat. *MS.*

n *alii* eman.

o excide-rint *MSS*

p concer-tarim *alii.*

34. *Ut te ipſum conſolari nemo poſſit.*) Videtur melius, ut eſt notatum ad oram libri a viro doctiſſimo, *ut præter te, ipſum conſolari nemo poſſit.* Urſinus.

35. *Eodem tribuno plebis.*) Augurabatur Cicero Clodium biennium fore Tribunum pleb. cum ſciret eum non adepturum eſse a populo Romano alios honores in annum ſequentem. ſcribit enim Appianus lege quadam ſancitum fuiſse, ut niſi Tribuni plebis, qui Tribunatu abirent, ſtatim ad alios honores vocari poſsent, eorum in primis ratio haberetur proximis comitiis Tribunitiis. hęc ſunt Appiani verba de C. Graccho libro primo de Bello Civili : καὶ ἐυθὺς ἐπὶ τῷ δὲ καὶ ἐς τὸ μέλλον ᾔρετο δημαρχεῖν καὶ γάρ τις ἤδη νόμος κεκύρωτο, εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι. id eſt, ſtatim poſtea creatus eſt Tribnnus plebis in annum quoque ſequentem. jam enim ſancitum. fuerat lege quadam, ut ſi Tribunus plebis alios honotes petere. non poſset, ejus in primis populus rationem haberet, comitiis Tribunitiis, hęc verba εἰ ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, ſic interpretatur magni nominis Juriſconſultus in commenrario de Legibus Romanis, *ſi Tribunus nondum promiſsa præſtiterit.* putavit ſcilicet παραγγελίαν idem eſse cum ἐπαγγελία pudet me ram fœdi erroris. *Boſius.*

36. *Oratione prolata.*) Non puto ſignificari orationem in Metellum Nepotem ſcripram, ſed potius in C. Curionem. nam Metello pluribus verbis Cicero concertavit, ut in ep. 2. lib. v. Fam. at hic ſe numquam uno verbo concertaſse dicit. de Curione autem ep. 15. his verbis : *Sed quid Curio ? an illam orationem non legit ? quæ unde ſit prolata, neſcio.* P. Manut.

37. *Si*

posse probari, non esse meam. id, [37] si putas me posse sanari, cures velim: sin plane perii, minus laboro. Ego etiam nunc eodem in loco jaceo, sine sermone ullo, sine cogitatione ulla. Licet tibi, ut scribis, [q] significarim, ut ad me venires [38] Dodona; tamen intelligo te [r] re istic prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse. Non queo plura scribere: nec est, quod scribam: vestra magis exspecto. Dat. XVI. Kalend. Sext. Thessalonicæ.

q significarem *alii.*

r re *non est in edd. vett.*

EPISTOLA XIII.

(XVI.) CICERO ATTICO S.

QUOD ad te scripseram, me in Epiro futurum: postea quam extenuari spem nostram; & evanescere vidi, mutavi consilium; nec me Thessalonica commovi, ubi esse [s] statueram, quoad aliquid ad me de eo scriberes, quod proximis litteris scripseras, fore, uti secundum comitia aliquid de nobis in senatu ageretur; id tibi Pompejum dixisse. qua de re, quoniam comitia habita sunt, tuque nihil ad me scribis: [39] proinde habebo

s *alii* constitueram.

37. *Si putas me posse sanari.*) Si putas me posse revocari. *μεταφορά. Corrad.* Legendum libris omnibus invitis; *si putas me servari posse*, non ut vulgo, *sanari.* declarant id quod dico, cum alia, tum quod sequitur, *sin plane perii. servari*, *perire*, inter se opponuntur. *Lamb. id si putas me posse.*) Nempe efficere, ut probetur non esse meam. Non fuissem hoc adjectutus nisi me affirmata & præfidens impulisset Lambini correctio, ne cui fraudi esset. *Junius.*

38. *Dodona.*) Conjecturam Malasp. legentis *Dodona*, juvat Decurt. qui habet *dona*: huic conjecturæ etiam adhæret Lamb. vulg. *Sidona*. Bessar. liber *venire si domitam*, *ut intelligo*; unde Manutius conjicit, *ut ad me venires*, *idem tamen intelligo*: vel, pro *Sidona*, reponendum censet *Scydra*. Cleric. An celebris hæc fuerit tunc civitas, viderit, qui dicit, item an fas sit ita temere hanc conjecturam sine dubio & quidem in contextum recipere, quod præter Popmam, & Corradum quia scribebat ante conjecturam Malaspinæ, faciunt omnes, viderint & illi. Certe quum nullus ita MS. habeat, in libro autem secundo *quercum Dodonæam* sancte habeant omnes, unde tanta judicandi pravitas?. Quum autem sit in MSS. vel *venires Sidona* vel *venires Dona*, quanto probabilius inde Ciceronem scripsisse *venires Itona*. Stephanus, Ἴτων πόλις Θεσσαλίας ἔςι καὶ πόλις Ἰτώνη ἐν Ἠπείρῳ. Censetur enim utraque terminatione, & hic locus Tullii præclare firmat testimonium Stephani. *Gronov.*

39. *Perin-*

beto, ac si scripsisses nihil esse; t neque temporis non longinqui spe ductum esse, moleste feram. Quem autem motum te videre scripseras, qui nobis utilis fore videretur, eum nuntiant, qui veniunt, nullum fore. In tribunis plebis designatis reliqua spes est: quam si exspectaro, non erit, quod putes me caussæ meæ, v ac voluntati meorum defuisse. 40 Quod me sæpe accusas, cur hunc meum casum tam graviter feram, debes ignoscere; cum ita me adflictum videas, ut neminem umquam nec videris, nec audieris. nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est, atque utinam tam in periculo fuisset! cum ego iis, quibus meam salutem carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelissimisque usus sum: qui, ut me x paululum inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo scelere & perfidia abuterentur ad exitium meum. nunc, quoniam est Cyzicum y nobis eundum, quo rarius ad me litteræ perferentur hoc velim diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, perscribas. Quintum fratrem meum fac diligas: quem ego miser si incolumem relinquo, non me totum periisse arbitrabor. Dat. non. Sext.

t meque *Malasp.*

v ita *Grav.* *alii delent* ac.

P. B.

x *alii* paullum.

y vobis *MS.*

EPI-

39. *Perinde habeo ac si scripsisses.*) Consentiunt nostri omnes cum Victorianis, proque *Perinde*, *Proinde* scriptum habent: quæ vox, Donatus ait in Phormione, aliquando similitudinis adverbium est, non conjunctio. quo in loco sic Terentius: *Proinde expiscare, quasi non nosses:* hoc est, Ita. Utitur hac voce Varro freqentissime: & si diligenter Sosipatri verba pendamus, prius in usu, crebriusque usurpatum *Proinde* fuisse judicabimus in eo sensu, quam *Perinde*. Ejus hæc sunt, Instituit. lib. II. *Perinde*, pro *proinde*. Plautus in Sticho. *Ut proinde homini res parta est, perinde amicis utitur*. Itaque non mala fortasse conjectura utetur, qui apud Ciceronem suspicetur, ex *Proinde*, non raro *Perinde* factum esse. Varroni quidem certe ejus æquali, crebro in usu est: apud quem, *Proinde ac: Proinde ut: Proinde quasi* invenitur. *Malasp.* Sic & Plancus in x. ad Fam. 24. *Non proinde mihi turpe habere videtur*. Grævius.

40. *Quo me sæpe accusas, cur hunc meum casum.*) Pro *cur* forsan alii dicerent *quod*. Sed hoc est multo elegantius, & apud Poetas quoque, præsertim Horatium, sæpe obvium, ut lib. I. epist. 8, 10.

Fidis offendar medicis, irascar amicis,
Cur me funesto properent arcere veterno.

41. Ne-

EPISTOLA XIV.

(XIII) CICERO ATTICO S.

EX tuis litteris plenus sum exspectatione de Pompejo, quidnam de nobis velit, [z] aut ostendat. comitia enim credo esse habita; quibus absolutis, scribis illi placuisse [a] agi de nobis. si tibi stultus esse videor, qui sperem: facio tuo jussu. [b] etsi scio te [c] me iis epistolis potius & meas spes solitum esse remorari. nunc velim, mihi plane perscribas, quid videas. scio nos [41] nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse. ea si qui casus aliqua ex parte correxerint: minus moleste feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego, propter viæ celebritatem, & quotidianam exspectationem rerum novarum, non commovi me adhuc Thessalonica. sed jam extrudimur, non a Plancio, (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco, minime apposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epirum ideo, ut scripseram, non [d] veni, quod [42] subito mihi universi nuntii venerant & litteræ, quare nihil esset necesse quamproxime Italiam esse. hinc, si aliquid a comitiis audierimus, nos in Asiam [e] convertemus: neque adhuc stabat, quo potissimum: sed scies. Dat. XII. kal. Sext. Thessalonicæ.

z atque *MS.*

a & agi *MS.*

b *alii* & scio.

c meis ep. *MSS.*

P. XLV.

d ivi *alii.*

e iter conv. *alii.*

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

ACCEPI id. Sext quattuor epistolas a te missas unam, qua me objurgas, [f] ut sim firmior: alteram,

f & togas ut *alii.*

41. *Nostris multis peccatis.*) Qui invidis credidimus, & legationem, a Cęsare delatam, qua vitari potuit hęc ęrumna, nimis imprudenter repudiavimus: cum tantis miseriis vel mors fuerit anteponenda: cujus oppetendę tempus honestissimum prętermisimus ep. 7. *P. Manut.*

42. *Subiti mihi universi nunitii ven.*) Non subiti universi, sed universi nuntii, hoc est, quotquot istinc veniebant, subito & derępente. Dicimus enim, *subito venit*, & *subitus venit*. Est hic quoque ἔκλειψις participii, *Dicentes*, *Nuntiantes*, frequens apud scriptores. Quidam pro *Universi*, legunt *Adversi*. Nos *Universi* re-

ram, qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narrasse: tertiam, qua demonstras acta in senatu: quartam de eo, quod a Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeji. Ad primam tibi hoc scribo; me ita dolere, ut non modo a mente non deserar, sed id ipsum doleam, me, tam firma mente ubi utar, & quibuscum, non habere. nam si tu me uno non sine mærore cares, quid me censes, qui, & te, & omnibus? & si tu incolumis me requiris, g equo modo a me ipsam incolumitatem desiderari putas? nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam 43 ne scindam ipse dolorem meum. hoc confirmo neque tantis bonis esse privatum quemquam, neque in tantas miserias incidisse. dies autem non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. nam ceteri dolores mitigantur vetustate, hic non potest non, & sensu præsentis miseriæ. & recordatione præteritæ vitæ] quotidie augeri. desidero enim non mea solum, neque meos, sed me ipsum. quid enim sum? sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus adferam. Nam quod purgas eos quos ego mihi scripsi invidisse, & in eis Catonem: ego vero tantum illum puto ab isto scelere absuisse, ut maxime doleam, plus apud

g *alii* quomodo.

P. XLVI.

retinemus; vel quia ita habent manuscripti impressique universi: vel quia nuntios adversos non dicimus: sed aut graves, aut tristes, aut malos, aut quid tale. *Malasp.*

43. *Ne scindam ipse dolorem meum.*) *Scindere dolorem* est particulatim commemorando acerbiorem reddere: tralatio a plagis & vulneribus quæ scissa & deducta magis dolent. Qua forma Lucretius libro II. dixit, *Curas scindere animum* quem distrahunt & exedunt. *Popma.* *Scindere curas animum* eleganter dicitur pro eo, quod alii dicunt *mordere*, *urere*, *animum*; sed *scindere dolorem* pro exasperare non puto Latinorum quemquam dixisse. In animum itaque induxi meum Ciceronem scripsisse: *ne rescindam dolorem.* istud *ne* absorpsit, ut sæpe fit, syllabam sequentem *re*. Rescindere dolorem est renovare, refricare & refricando ac renovando exacerbare, ut *rescindere vulnus*, apud Flor. III. 23. *Expediebat ægra sauciaque republica requiescere quomodocunque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.* Et *rescissum vulnus* apud Plin. lib. VII. ep. 19. *Me quidem illud etiam adfligit & torquet, quod matrem ejus, illam (nihil possum illustrius dicere) tantæ fœminæ matrem rursus videor amittere, quam hæc ut reddit ac refert nobis, sic aufert secum, meque & novo pariter & rescisso vulnere adficiet.* Grævius.

44. Ce-

apud me simulationem aliorum, quam illius fidem, valuisse. 44 ceteros quos purgas, debent mihi purgati esse, tibi si sunt. Sed hæc sero agimus. Crassi libertum nihil puto sincere locutum. In senatu rem probe scribis actam. sed quid Curio? an 45 illam orationem non legit? quæ unde sit prolata, nescio. sed 46 Axius, ejusdem dici scribens ad me acta, non ita laudat Curionem. h at potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quod erat, profecto non scripsisti. Varronis sermo facit exspectationem Cæsaris: atque utinam ipse Varro incumbat in causam! quod profecto cum sua sponte, tum te instante faciet. ego, si me aliquando vestri, & patriæ compotem fortuna fecerit, certe efficiam ut maxime lætere unus ex omnibus amicis; meaque officia, & studia, quæ parum antea luxerunt, (fatendum est

h ac *Brut.*

44. *Ceteros quod purgas, debent mihi probati esse, tibi si sunt.*) Sic mss. Bosii; quod de Tornæs. etiam testatur Lamb. qui tamen mavult, *debent mihi purgati esse*. Vulgo. *ceteri quos purgas debent mihi purgati esse*. Cleric.

45. *Illam orationem.*) In ipsum epist. 12. Placet autem, ut de Curione patre potius accipiatur, quam de filio; utpote cujus sententiam, auctoritatemque in senatu pluris Cicero deberet æstimare. Præterea, cum loquitur Cicero de filio, semper aliquid apponit, ut cum dicit, Curio adolescens, epist. 8. & 18. lib. II. Curio meus, epist. 12. lib. II. Curio filius, epist. 19. & 24. lib. II. de parte cum loquitur, nihil adscribit, ut ep. 12. & 17. lib. I. & XX. lib. III. De hac oratione in Curionem simul & Clodium mentionem faciunt Quinctilianus, Nonius, Rufinianus. *P. Manut.*

46. *Axius.*) Ep. 15. lib. X. al. *Maximus Axius* epist. 34. lib. XIII. *Corrad.* Hunc opinor esse Axium, vel hujus certe filium, qui in argenteo denario *L. Axsius. L. F. Naso* descriptus est, cujusque mentio extat in antiquæ Inscriptionis fragmento, quod nuper Romæ effossum prope ductus aquæ Claudiæ apud me servatur e lapide Tiburtino; cujus exemplum subjeci,

. . . . . SPRENAS
. . . XSIUS. NASO. TR. PL.
. . . CILIUS. CORNUTUS.
. . . TIUS. CATULUS.
. . . NIUS. STOLO.
. . . ATORES LOCORUM PUBLICORUM.
. . . DICANDORUM. EX. S. C. EX PRIVATO
IN PUBLICUM RESTITUERUNT.

Ursin. Fulvii lectionem sequor, Fastis & monumentis veterum confirmatam. *Junius*. Vid. F. Ursini de familiis Romanorum commentarium in familia Axsia, & de hoc Axsio Sveton. in Jul. cap. 9. & ibi Torrentium. *Grævius*.

47. *Le-*

est enim) sic exequar, ut me æque tibi, ac fratri, & liberis nostris, restitutum putes. si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosce. in me enim ipsum peccavi vehementius. neque i hæc eo scribo, k quo te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam: sed profecto, si, quantum me amas, & amasti, tantum amare deberes, ac debuisses, numquam esses passus me, quo tu l abundabas, egere consilio, nec esses passus mihi persuaderi, utile nobis esse 47 legem de collegiis perferri. sed tu tantum lacrimas præbuisti dolori meo, 48 quod erat amoris, tamquam ipse ego: quod meritis meis perfectum m esse potuit, ut dies, & noctes, quid n mihi faciendum esset, cogitares, id abs te, meo, non tuo scelere prætermissum est. quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeji minus liberali responso perterritum a turpissimo consilio revocaret; 49 quod unus tu facere 50 maxime potuisti: aut occubuissem

i hoc *alii*
k *alii* quod.
l *alii* abundas.
P. B.
m esse *non est in MS.*
n mihi *deest in MS.*

47. *Legem de collegiis.*) Quatuor leges tulit Clodius in tribunatu reip. perniciosas; annonianam, ut frumentum populo gratis daretur; alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cœlo servaret; tertiam, de collegiis restituendis, novisque instituendis; quartam, ne quem censores in senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusque censoris sententiam damnatus esset. Hæc Pædianus in Pisonianam. Leges autem eas Cicero passus est a Clodio perferri, hac conditione, ne quid ille mox contra se moliretur. quam pactionem Clodius, perlatis legibus, non servavit. Dio lib. XXXVIII. *P. Manut.*

48. *Quod erat amoris, tanquam ipse ego.*) Balliolensis & Helmstad. cod. *quod erat amoris, quantum tanquam ipse ego.* Forte scripsit Tullius: *Sed tu tantum lacrymarum præbuisti dolori meo, quod erat amoris, quantum ipse ego.* sed vulgatam non damno. *Grævius.*

49. *Quod unus tu facere maxime potuisti.*) Non contemno hanc scripturam. non possum tamen non Balliolensis codicis lectionem doctis ostendere: *Quod munus tu facere maxime potuisti. Munus* sæpius est officium, ut ad epistolarum alterum volumen pluribus notavi. *Grævius.*

50. *Max. potuisti, victores hodie viveremus.*) Omnes quos vidimus manuscripti libri, ante dictionem illam *victores, Aut* habent: quare suspicari possemus mancum esse locum, alterumque membrum vitio librariorum defecisse: cum tamen in margine ejus libri, quem nos omnium optimum habuimus, repositum sit, *Aut occubuisse honeste.* Nos quoque ita locum supplevimus, nihil de nostro addentes. Putamus enim accidere potuisse, ut ea verba (ut fit) errore librarii dum librum exararet, relicta: cum postea erra-

buissem honeste, aut victores hodie viveremus. 51 Hic mihi ignosces. me enim ipsum multo magis accuso; deinde te, quasi me alterum: 52 & simul meæ culpæ
o alii non habent ac
socium quæro: o ac si restituor, p etiam minus videbimur deliquisse; abs teque certe; quoniam nullo nostro,
p & Jun.
tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Culeone scribis 53 de privilegio locutum, est aliquid; sed multo
q ita Lamb. alii sic.
est melius abrogari. si enim nemo impediet, q quid est firmius? sin erit, qui r ferri non sinat; s idem senatus
r fieri MS.
consulto intercedat. nec quicquam aliud opus est, quam
s eidem MSS.
abrogari. nam prior lex nos nihil lædebat. quam si, ut est promulgata, laudare voluissemus, aut, ut erat negligenda, negligere; nocere omnino nobis non potuisset. hic mihi 54 primum meum consilium defuit, sed etiam

erratum agnosceret vel ipse, vel alius, ubi nunc sunt, posita fuerint. Quod si quis illa suspecta habet, sciat saltem aliqua desiderari, quæ sententiam perficiant. *Victor.* Illud *victores videremus* videtur mihi non multum abesse a proverbiali locutione, qua usum dicas quoque Plautum in Amphitr. Prol. ỳs. 75. *Virtute dixit vos victores vivere.* Verburg.

51. *Hic mihi ignoscas.*) Manuscripti omnes *Ignosces.* utrumque recte, si ad sensum spectemus. Sæpe enim futurum Indicativi, aut instans subjunctivi, pro imperandi modo inveniuntur. Idem hic noster ad Trebatium. *Sed valebis, meaque negotia videbis, meque, Diis adjuvantibus, ante brumam exspectabis.* pro *Vale, Vide, Expecta*. Et supra lib. II. epistola ultima: *Quo die Romam venies, si me amas, apud me cum tuis maneat*; pro *mane.* Malasp.

52. *Et simul mea culpa socium quaro. ac si restituor.*) MSS. Fal. *ac si restituor, & minus* plane rectissime, evidente sensu. *Junius.* Omnes editiones ante Bosianam non habent *ac*, quod tamen reperitur in antiquis codicibus, etiam Balliolensi & Helmstadiensi. In illo pro *&* scribitur *te.* totus locus sic legendus videtur: *Me enim ipsum multo magis accuso, deinde te, quasi me alterum. te simul mea culpa socium quaro. At si restituor, etiam minus videbimur deliquisse.* Grævius.

53. *De privilegio.*) Ut privilegium fieret de me restituendo, hoc est, ut, facto senatus consulto, ad populum ferretur. Privilegium autem hoc differt a lege, quod hæc ad multos, illud ad unum pertinet. Cicero autem abrogari malebat legem Clodii, idque firmius videbatur: propterea quod privilegio lex illa non tollebatur: quo timendum erat, ne quis rursus tribunus pl. exsisteret, qui lege uti vellet: post abrogationem autem nihil hujusmodi timendum. *P. Manut.*

54. *Primum non modo consilium defuit, sed etiam obfuit.*) Nos pro, *non modo*, *meum* scripsimus, antiquo exemplari fidem habentes: quod & hic, & aliis multis locis *Sed* etiam habet, cum ante

etiam obfuit. cæci, cæci, inquam, fuimus, 55 in vestitu

ante *Non modo* in eo fcriptum non fit. confirmat enim & auget rem ante dictam. Omnibus tamen locis hunc modum dicendi in vulgatis excufifque libris corruptum invenimus. quod ab illis commiffum eft, qui omnia temere, quæ ipfi non intelligunt, improbant atque pervertunt. Ad Attic. lib. IV. *Amifimus, mi Pomponi, omnem fuccum ac fanguinem, fed etiam faciem priftinam civitatis.* quem tamen locum omnes vulgati eadem perverfione depravatum habent. Item lib. X. *Tu quoniam quartana cares, & novum morbum removisti, fed etiam gravedinem.* ubi excufi pro *Novum*, *Nedum* habebant. Auctor etiam Rhetorices ad Herennium: *Traductio eft, quæ facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non offendat animum, fed etiam concinniorem orationem reddat.* fic enim habent antiquiores codices. nam vulgati idem mendum retinent. In decimatertia Philippica, etiam manufcripti, purgati incorruptique funt, cum excufi pariter omnes inquinati fint: *Brundufii in finu avariffima, fed etiam crudeliffima uxoris delectos Martiæ legionis centuriones trucidavit*. Eft autem modus dicendi a Græcis fumptus. Ariftoteles libro tertio Phyficorum: εἶτα ἄτοπον τὸ, δύο κινήσεις ἅμα κινεῖσθαι. τινὲς γὰρ ἔσονται ἀλλοιώσεις δύο τοῦ ἑνὸς, καὶ εἰς ἓν δύο, ἀλλ' ἀδύνατον. Cum enim, ut ex Simplicii Commentariis accepimus, Alexander hunc locum variis modis exponeret, una erat declaratio talis, ut oporteret illud ἀλλὰ, pro *fed etiam* accipi, cum tamen in verbis Ariftotelis ante non effet οὐ μόνον, quod ipfe, dum fenfum magis planum apertumque facere vellet, in explanatione illius loci pofuit. Videtur autem Alexandro hæc ipfa Ariftotelis clara & facilis locutio. nam modum dicendi hunc, ut communem, confuetumque Græcis authoribus, non adnotat. Sunt autem hæc ejus verba, a Simplicio repetita: Δυνατὸν δέ φασι, καὶ ὑπερβιβάσαντας σαφεστέραν τὴν λέξιν ποιῆσαι οὕτως. εἶτα ἄτοπον, τὸ δύο κινήσεις ἅμα κινεῖσθαι, καὶ εἰς ἓν εἶδος. καὶ οὐ μόνον ἄτοπον: ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον τοῦτο, εἶτα ἐπὶ τούτοις, τὸ: τινὲς γὰρ ἔσονται ἀλλοιώσεις τοῦ ἑνὸς, &c. Budæus etiam, hunc modum dicendi in Græco fermone notat, cum propter librorum perverfiones (ut puto) apud Latinos auctores ejus exempla non adferat. inquit enim in fuis Commentariis, ἀλλὰ δή pro atque etiam, & quin immo ponitur. citatque hunc locum Libanii, οἷον διὰ τὴν οἰκείαν τέχνην ἄδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅποι ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους. Fuimus in hoc longiores. cum enim in omnibus excufis libris aliter legantur cuncti hi loci, verebamur ne quis nos hoc finxiffe putaret. qui vero libros manufcriptos viderint, cognofcent nos fumma fide ufos. Rem autem tam inauditam multorum auribus, & primo, quod neceffe eft, novitate fua fufpectam, oportuit gravioribus teftibus confirmare. Animadvertimus poftea libro fecundo de Oratore, hunc modum dicendi in vulgaribus etiam libris inveniri, illi enim minus quam cæteri contaminati funt. fic enim loquitur: *Invident autem homines maxime paribus, aut inferioribus, cum fe relictos fentiunt: illos autem dolent* evo-

tu mutando , in populo rogando. quod , niſi nominatim mecum agi cœptum eſſet , fieri pernicioſum fuit. ſed pergo præterita. verumtamen ob hanc cauſam , ut , ſi quid ageretur , legem illam , in qua popularia multa ſunt , ne tangatis. verum eſt ſtultum , me præcipere , quid agatis , aut quo modo. 56 utinam modo agatur aliquid ! 57 in quo ipſo multa occultant tuæ litteræ , credo , ne vehementius deſperatione perturber. quid enim
t alii at. vides agi poſſe , aut quo modo ? per ſenatumne ? t aſt
P.XLVII. tute ſcripſiſti ad me , quoddam caput legis Clodium in
v quid igitur MSS. curiæ poſte fixiſſe , ne referri , neve dici liceret. v quo modo igitur Domitius ſe dixit relaturum ? quo modo autem iis , quos tu ſcribis , & de re dicentibus , & , ut
x alii at. referretur , poſtulantibus , Clodius tamen ? x ac , ſi per populum , poterintne , niſi de omnium tribunorum plebis ſententia ? quid de bonis ? quid de domo ? poteritne reſtitui ? aut , ſi non poterit , egomet quo modo potero ? hæc niſi vides expediri , quam in ſpem me vo-
y alii ſi autem. cas ? y ſin autem ſpei nihil eſt, quæ eſt mihi vita ? itaque exſpecto Theſſalonicæ acta Kal. Sext. ex quibus ſtatuam , in tuoſne agros confugiam , ut neque videam homines , quos nolim ; & te , ut ſcribis , videam ; & propius ſim , ſi quid agatur ; idque intellexi cum tibi , tum Quinto fratri placere ; an abeam Cyzicum . Nunc Pomponi , quoniam nihil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam , quod aut 58 in me ipſo ſatis eſſe conſilii

evolaſſe : ſed etiam ſuperioribus invidetur . Quare firmiores habendæ ſunt ſuperiores noſtræ caſtigationes . *Victorius* .

55. *In veſtitu mutando* .) Nam , ſi legem laudare noluerat , negligere ſaltem debuit. neutrum fecit ; ſed , veſtitu mutato , populum rogavit , ne legem perferri ſineret. quod ei pernicioſum fuit. populum enim offendit , cum de antiquanda ea lege rogavit , in qua popularia multa de induſtria Clodius admiſcuerat . *P. Manut.*

56. *Utinam modo agatur aliquid.*) Poſt hæc verba, ſic ſcriptum erat in excuſis : *In quod ipſa jubeat:* quod neglexímus. In noſtro enim antiquo , ejus loco tantum erat , *Quo ipſa* , atque id quidem deletum & ejectum. quare nos quoque mancam , vel potius inanem & vacantem clauſulam repudiavimus. *Victorius* .

57. *In quo ipſo.*) Tres has voces , *in quo ipſo* , repoſuit Boſius ex Decurt. Cruſel. & Tornæſ. quondam excuſi habebant *in quod ipſa jubeat* ; quod neglexit Victorius. in ſuo enim antiquo ejus loco tantum erat , *quo ipſa* , atque id quidem deletum & ejectum . *Cleric.*

58. *In me ipſo ſatis eſſe conſilii decreveras.*) Nos , *decreras* , κατὰ συγκοπὴν ſcripſimus : quemadmodum libro quarto : *Cum pontifices de-*

lii decreras, aut te nihil plus mihi debere, quam ut præsto esses; [z] quoniamque ego proditus, 59 inductus, conjectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi; totam Italiam, in me erectam ad me defendendum, destitui & reliqui; me, [a] meos, meis tradidi inimicis; inspectante & tacente te; qui si non plus ingenio valebas, quam ego, certe timebas minus: si potes, erige adflictos, & in eo nos juva: sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus: & nos aliquando aut objurgare, aut [b] comiter consolari desine. Ego si tuam fidem accusarem; non me potissimum tuis tectis crederem: meam amentiam accuso, quod [c] a te tantum amari, quantum ego vellem, putavi: quod si fuisset, fidem eandem, curam majorem adhibuisses; me certe ad [d] exitium præcipitantem retinuisses; istos labores, quos nunc in naufragiis nostris suscipis, non subisses. quare fac, ut omnia ad me prespecta & explorata [e] perscribas; meque, ut facis, velis esse aliquem; quoniam, qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum; & ut his litteris non te, sed me ipsum a me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine litteras dari, velim conscribas, curesque dandas. Dat. XIV. Kal. Sept.

z quumque *Vict.* quandoque *alii*.
a *ita Bos. alii non habent* meos.
b *alii* cōmuniter.
c me a te *alii*.
d exitum *MSS.* P. B.
e rescribas *MS.*

EPI-

decresient ita, pro decrevisent. Item ad Atticum libro sexto: *Decreram enim cum eo valde familiariter vivere*. Fere autem semper in bonis codicibus sic scriptum reperies hoc verbum. *Victorius*. Nostri *Decreras*. Utro modo legatur, ad sententiam nihil, ad germanam & veram lectionem refert plurimum. Est autem Decernere, Statuere, Indicare. Terentius in Hecyra: *Tu autem ex amicis, inimici ut sint nobis affines facis: qui illum decreverunt dignum suos cui liberos committerunt*. Malasp.

59. *Inductus, conjectus in fraudem*.) Notavit Petrus Victorius in suis Variis lectionibus, *Inductus*, ὑπαχθεὶς Demostheni dici. Ita enim illum περὶ εἰρήνης. οἷς ὑπαχθέντες ὑμεῖς οὔτε συμφερόντως, οὔτε ἴσως, οὔτε καλῶς προεῖσθε Φωκέας. Utitur eadem voce M. Tullius infra lib. IV. ep. 5. *Inductus, relictus, projectus ab iis*. Et. II. Philipp. *Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, inductus, illusus*. Plautus in Captivis, in eandem sententiam *Ductus*, pro Deceptus dixit, Omnes de me loquentur: *hic ille est senex ductus, Cui verba data sunt*. Fraus autem hic culpam atque errorem significat, ut infra lib. IX. *Cujus ego spe in hanc fraudem incidi*. Malasp. Plura qui desiderat, adeat Tibulli interpretem elegantissimum Broukh. ad lib. I. eleg. 7. ℣. 1.

M 2 60. Non

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

TOTUM iter mihi incertum facit exspectatio litterarum [f] vestrarum kal. Sext. datarum, [60] non aliud aliquid. si [61] spes erit, Epirum; [g] sin minus, Cyzicum; aut aliud quid sequemur. tuæ quidem litteræ, quo sæpius a me leguntur, [62] hoc spem faciunt mihi minorem; [63] quod cum lectæ sunt, tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant; ut facile appareat, te & consolationi servire & veritati; [h] idque te rogo plane, ut
ad

f *ita Vict. alii* tuarum.
g *alii* si minus.
h *alii* id quod *aut* atque.

60. *Non aliud aliquid.*) Facit incertum. nisi malumus conjungere cum sequentibus, ut sit locutio Græca illa: οὐκ ἄλλο τι: vel οὐδὲν ἄλλο, ut ep. 15. lib. 11. *Corrad.* Totum hoc abest a libro manuscripto, & recte, ut opinor. *Ursinus.*

61. *Spes erit primum, sin minus.*) Vetus liber habet, *nam si spes erit &c.* Ursin.

62. *Hoc spem faciunt minorem; quod cum lecta sunt.*) Ita mss. Bosii, nisi quod in Tornæs. *lata*, culpa librarii exaratum est, quæ lectio tamen non displicet Lambino; etiamsi cum Corrado sic se legere dicit, ut Bosius. Vulg. *spem faciunt mihi minorem, quam cum lecta sunt*; quæ & est cod. Fulviani scriptura, unde ille conjicit, *nam cum lecta.* Cleric. Sic Bosiana quidem & omnes insecutæ, studio incertum an casu. Clericus quidem temere has omnes voces ita haberi in MSS. Bosii pronunciat, quum Bosius tantum id prædicet de posteriore parte. At in priore retinuit Lambiniana & aliæ vetustiores *faciunt mihi minorem*. Sane quum nullus causam dicat, cur expulerit, credo in MSStis exstare, ut sunt in Helmæstad. & Balliol. & ignaris editoribus excidisse, atque ideo reposui. *Gronov.*

63. *Quam cum lecta sunt.*) Malim sic: *Quod cum lata sunt, tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant.* ut sit, *Lata*, quia spem ostenderent meliorum rerum; *Infirmant*, quia certi nihil afferrent: quorum alterum ad consolationem, alterum ad veritatem. *P. Manut. Quod cum lecta sunt, tum id, quod attulerunt.*) Alii aliter: Corradus sic hunc locum restituendum putat, & levissima immutatione facta, & sententia optima atque apertissima. Non mihi displicet tamen hæc lectio, quam codex Tornæsianus habet, *quod cum lata sunt, tum id, &c.* Lambin. Vetus liber habet, *quam cum lecta sunt*: unde videtur legendum, *nam cum lecta, &c.* paulo post, pro *itaque*, & *scis*, in vetere libro est, *id quod*, &, *scias.* Ursinus. Manuscripti nostri, *quod cum lecta sunt*: nisi quod in Tornæsiano, *lata*, culpa librarii exaratum est. *Bosius.*

64. Ea

ad me, quæ i ſcis, ut erunt: quæ putabis, ita ſcribas, & ut putabis. Dat. XII. Kal. Sept.

i ſcias MS. & duæ ſeqq. voces in aliis deſunt.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

DE Quinto fratre nuntii nobis triſtes, nec varii venerant ex ante diem non. Jun. uſque ad prid. Kal. Sep. 65 eo autem die 65 Livinejus, M. Reguli libertus, ad me a Regulo miſſus venit. is omnino mentionem nullam factam eſſe nuntiavit: ſed fuiſſe tamen ſermonem 66 de C. Clodii filio, iſque mihi tum a fratre litteras attulit. ſed poſtridie l Seſtii pueri venerunt, qui a te litteras attulerunt, non tam exploratas a timore, quam ſermo Livineji fuerat. ſane ſum in meo infinito mærore ſollicitus, & eo magis, 67 quod Appii quæſtio eſt.

l alii Sextii.

64. *Eo autem die Livinejus, M. Reguli libertus.)* Sic habet noſter liber, cum ante valde hic locus perverſus eſſet. Germani, qui & ipſi hanc ex antiquo exemplari lectionem in margine poſuerunt, M. nomen reliquerunt: quod noſter antiquus retinet. Cicero in epiſtola ad C. Numatium, qua hunc ipſum ei commendat, L. Reguli, non M. hunc liberrum fuiſse dicit: quare videndum, an nomen illud in noſtro antiquo vacet. Exiſtimo autem eundem eſse illum, & hunc de quo hic loquitur (etſi ibi L. Livinejus appellatur) quia in ea epiſtola teſtatur, ſumma ejus erga ſe officia extitiſse his calamitoſiſſimis temporibus: quod hoc loco verum eſse confirmatur. In antiquioribus autem libris, quod etiam Germani oſtendunt, pro *Libertus*, L. tantummodo hic ſcriptum eſt. *Victorius.*

65. *Levinejus.*) Ita Boſ. mſs. *Livinejus*, placuit Manutio & Victorio, & paulo poſt Manutius legit, *L. Reguli*, non *M.* Victorius dubius eſt, & notat *M.* abeſse ab editione Germanorum, ſed retineri in ſuo antiquiore. Vulg. *Livinus*, ut & infra, *Livini*, ubi noſter *Levineji*. Cleric.

66. *De C. Clodii filio.*) Accuſatorem fore Q. fratris C. Clodii filium, eum, qui poſtea Milonem accuſavit, C. Clodio, Publii fratre, natum. duos enim fratres habuit P. Clodius, Appium, & Cajum: quorum Cajus perierat. ejus duo filii Milonem accuſarunt ob necem P. Clodii, qui Ap. Claudii ambo appellabantur, Pædianus. *P. Manut.*

67. *Quod Appii quæſtio eſt.)* Noſter antiquior liber, *Appi ſpectio* habet. quam nos veram eſse, & ſinceram hujus loci lectionem putamus. Eſt autem *Spectio* verbum augurum diſciplinæ proprium: fuiſse autem augurem Appium hunc Claudium notiſſimum eſt, cujus ſpectionem, ut inimici, Cicero jure formidabat. Inter-

P.XLVIII. est. Cetera, quæ ad me eisdem litteris scribis de nostra spe intelligo esse languidiora, quam alii ostendunt. ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absumus, in quo res dijudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Scribit ad me frater, omnia sua per te unum sustineri. quid te aut horter, quod facis? aut agam gratias, quod non exspectas? m tantum velim, fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro perfruamur. Tuas litteras semper maxime exspecto; 68 in quibus cave vereri,

m tantam *MS.*

terceffisse quoque inimicitias inter hunc & Ciceronem, perspicuum est ex epistolis Ciceronis ad illum scriptis. M. Varro lib. VI. de Lingua Latina, ut prisci codices habent, (nam qui nunc primus est, in illis est quintus) *Spectare*, inquit, *dictum ab antiquo, quo etiam Ennius usus, Vos epulo postquam spexit, & quod in auspiciis distributum est: qui habent spectionem qui non habeant. & quod in auguriis etiam nunc augures dicunt, avem spicere: consuetudo communis, qua cum proverbiis conjuncta fuerunt, etiam nunc servat, ut aspicio, conspicio, &c.* Quid autem spectio in auspiciis esset, cum ea disciplina ita perierit, ut nullum ejus vestigium reliquum sit, vix nunc puto sciri posse. Eandem rem videtur tangere Cicero in secunda Philippica, quanquam illic *inspectio* scriptum est, sed librariorum fortasse culpa. *Istuc quod te sacerdotii jure facere posse dixisti, si augur non esses, & consul esses, minus facere potuisses, vide etiam ne facilius. nos enim nunciationem solum habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem.* Victorius. *Quod Appii quæstio est.* Sic habet codex Turnæsianus, & Memmiani, quo modo & vulgati, & placet. Nam hic Appius prætor erat designatus, & quæsitor futurus erat anno proximo certa lege, *Spectio*, quod sequitur Victorius, hoc loco nihil ad rem. *Lambin.* Omnino legendum est, *quæstio*, ut est in priscis nostris. nam publicis judiciis exercendis, quæ Quæstiones dicebantur, præficiebantur quotannis Prætores, qui & Quæsitores inde vocabantur. cum autem hæc Cicero scribebat, Appius Claudius designatus erat Prætor, ut docet Dio, eique obtigerat, ut hinc conjicimus, Quæstio de pecuniis repetundis. itaque verebatur Cicero, ne valde periculosum esset Q. fratri caussam dicere de pecuniis repetundis, quarum audierat eum postulatum iri, Appio Claudio Prætore, qui erat Quincto, propter ipsum Ciceronem, inimicissimus. nam Appius Publii fratris caussa, qui magnas cum Cicerone simultates gerebat, non modo oderat ipsum Ciceronem, sed & Quinctum ejus fratrem. Porro hic agi de accusatioae Q. Ciceronis declarat locus ille epistolæ octavæ hujus libri, ubi hic auctor de fratre ita scribit: *Nunc istic quid agatur magnopere timeo: quamquam tu altera epistola scribis Idibus Maji audiri, fore ut acrius postularetur, altera jam esse mitiora.* Bosius.

68. *In quibus cave vereri, ne aut.*) In vetere libro est, *cave, cave ne*

reri, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut veritas acerba sit. Dat. prid. non. Septemb.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

EXSPECTATIONEM nobis non parvam attuleras, cum scripseras, Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompejum certe suscepturum: &, 69 simul a Cæsare ei litteræ, quas [n] exspectaret, remissæ essent, 70 auctorem etiam daturum. utrum id nihil fuit, an adversatæ sunt Cæsaris litteræ? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras, eundem, secundum comitia, dixisse. fac (si vides, quantis in malis jaceam, &, si putas esse humanitatis tuæ) me fac de tota causa nostra

[n] exspectarem *MS.*

ne aut, ut videatur legendum, *cave caveas ne aut*. Amicus autem meus legebat, *cave ne suspiceris aut diligentia tua mihi molesta*, addito verbo, *suspiceris*. Ursinus. Mei omnes, uno excepto, *cave vereri*, quod rectum existimo. *Bosius*. Omnes Bosii mss. uno excepto. codd. Memmiani habent, *cave ne aut dilig. mihi molesta aut varietas acerba sit*. Manutius conjicit, *cave suspiceris, aut, cave timeas;* Ursino autem ex vetere libro in quo est, *cave, cave, ne aut*, videtur legendum, *cave caveas, ne aut &c.* vulgati plane similes Memmianis, nisi quod pro *varietas*, habent *veritas*. Clericus.

69. *Simul a Cæsare.*) Postquam, ut epist. 20. h. l. al. *simulac*. Corrad. Imo *simul* sæpe ponitur pro *simul ac*. Phædrus:

—— quo facto, simul
Nihil est repertum, multis onerant laudibus.

Sic sæpe Cicero, Horatius, Ovidius, & alii. res est trita. Balliolensis tamen & Helmstadiensis codex: *simulac a Cæsare litteræ, quas expectaret, remissa essent, omisso τῷ ei*. recte. *Gravius*.

70. *Auctorem etiam daturum.*) Relationis, & salutis meæ, orat. in Pis. Qui contra caput legis Clodiæ referre auderet, epist. 15. h. l. & ita sententiam Senatui præstaturum, orat. in Pis. *Corrad.* Balliol. & Helmst. cum vulgatis legunt *auctorem*, quod non est in *actorem* mutandum. Nam auctor etiam est qui primus in senatu aliquid proponit, & cujus in sententiam postea id decernitur. Cicero xv. ad Fam. 4. *Regem Ariobarzanem, cujus salutem a Senatu, te auctore, commendatam habebam*. Liv. lib. VII. *Consul Popilius auctor patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium esset*. Cic. pro Domo sua: *Sed quæro in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum ejus atque auctor, quid reprehendatur*. Idem in Pison. *De me senatus ita decrevit. Cn. Pompejo auctore & ejus sententia principe.* Ex quo loco videmus ipsum Pompejum fuisse auctorem, hoc est, senatum retulisse, ut Cice-

nostra certiorem. nam Quintus frater, homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens; credo, defectionem o animi mei. tuæ autem litteræ sunt variæ. neque enim me desperare vis, nec temere sperare. fac obsecro te, ut omnia, quæ p perspici a te possunt, sciamus.

o amici *MS.*
p *alii* prospici.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

q QUOAD ejusmodi mihi litteræ a vobis adferebantur, ut aliquid ex iis esset exspectandum; spe & cupiditate Thessalonicæ r retentus sum: postea quam omnis actio hujus anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire s nolui: quod & celebritas mihi odio est; &, si fieret aliquid a novis magistratibus, abesse longe nolebam. itaque in Epirum ad te statui me conferre; 71 non quo mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem: sed t & ad salutem libentissime ex tuo proficiscar? v &, si ea præcisa erit, nusquam facilius hanc miserrimam vitam vel sustentabo, vel: quod multo est melius, x abjecero. ero cum paucis; multitudinem dimittam? Me tuæ litteræ numquam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quam tuæ litteræ. sed tamen, quoniam cœptum est, y 72 age, quoquo modo cœptum est, & quacumque de causa, non deseram neque optimi, atque unici fratris miseras ac luctuosas pre-

q *alii* quod.
P. B.
r *alii* detentus.
s volui *alii.*
t aut ad *alii.*
v aut, si *sid.*
x abjiciã *alii.*
y *alii* ego.

ro revocaretur. Hoc hic promittit se auctorem daturum, hoc est, inciraturum qui senatui persuaderet, ut Cicero restitueretur patriæ & dignitati, sive nunc ipse futurus esset auctor hujus rei, ut fuit, sive alius, cujus opera uteretur. Non tamen eo inficias *actorem* etiam posse defendi, uti Manutius ostendit. *Grævius.*

71. *Non quo mea interesset loci natura.*) Nonquo sequerer amœnitatem loci, qui etiam lucem fugerem. *Malasp.* Faernus delebat vocem *natura*. Ursinus.

72. *Age.*) Cum dixisset, *Cœptum est*, adscripturus aliquid fuit ad se reprehendendum, qui sperare cœpisset; deinde id omisit, & intulit, *Age, quoquo modo cœptum est*: hoc est, quamquam non sapienter cœpi, nec caussa sit cur perseverem, perseverabo tamen, nec deseram &c. *P. Manut.*

73. Pue-

preces; nec [z] Seſtii, ceterorumque promiſſa; nec ſpem ærumnoſiſſimæ mulieris Terentiæ; nec miſerrimæ mulieris Tulliolæ obſecrationem, & fideles litteras tuas. mihi Epirus aut iter ad ſalutem dabit: aut, quod ſcripſi ſupra. te oro & obſecro, [a] T. Pomponi, ſi me omnibus ampliſſimis, cariſſimis, jucundiſſimiſque rebus perfidia hominum ſpoliatum; ſi me a meis conſiliariis proditum & projectum vides; ſi intelligis me coactum, ut ipſe me, & meos perderem; ut me tua miſericordia juves: & Quintum fratrem, qui poteſt eſſe ſalvus, ſuſtentes: Terentiam, liberoſque meos tueare; me, ſi putas te iſtic viſurum, exſpectes: ſi minus, inviſas, ſi potes, mihique ex agro [b] tuo tantum aſſignes, quantum meo corpore occupari poteſt; [73] & pueros ad me cum litteris quamprimum, & quam ſæpiſſime mittas. Dat. XVI. Kal. Octob.

z *alii* Sextii.

a T. *addidit Boſ.*

b tuo *deeſt in edd. vet.*

EPISTOLA XX.

CICERO S. D. [74] Q. CÆCILIO Q. F. POMPONIANO ATTICO. P. XLIX.

QUOD quidem [75] ita eſſe, & avunculum tuum functum eſſe officio, vehementiſſime probo: gaudere

73. *Pueros ad me cum litteris quam primum & quam ſapiſſime mittas.*) Non poſſum improbare codicum Balliol. & Helmſtad. ſcripturam, in quibus *cum litteris* non legitur. Sæpe enim *mittere* ſimpliciter Ciceroni eſt mittere cum litteris, nunciare ſive per litteras, ſive per nuntios, Epiſt. ſeq. 22. *Quod cum faciemus ad te ſtatim mittemus, ut ſcias ubi ſimus.* Superius in lib. II. ep. 2. *Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, ſe judicem, qui non adfuerit, compellaturum.* lib. IX. ad Fam. ep. 16. *Mitte ad Lupum noſtrum, ut is nobis eas centurias conficiat.* Sic & ἐπιςέλλειν apud Ælian. lib. II. Var. Hiſt. 5, & 19. Plura alibi exempla notavi. *Gravius.*

74. *Q. Cæcilio Q. F. Pomponiano Attico.*) Antequam teſtamento adoptatus eſſet a Q. Cæcilio avunculo ſuo, T. Pomponius vocabatur: poſtea Q. Cæcilius appellatus eſt, ut Varro de Re ruſtica lib. II. docet. Oportebat autem qui adoptabatur, reliquam appellationem ab eo ſumere, qui adoptaſſet: unum tantum nomen ex prioribus, atque id etiam ratione quadam conformatum conſervare. ut a Pomponius, quod vetus erat nomen, Pomponianus: ab Octavius, Octavianus. quod declarat Dion. hiſtoricus de Octaviano, qui poſtea Auguſtus appellatus eſt; loquens, cum Julii Cæſaris

re me tum dicam, c si mihi hoc verbo licebit uti. Me miserum: quam omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisset: quæ colligere nolo, ne augeam mærorem. sed tibi venire in mentem certe scio, quæ vita esset nostra, quæ suavitas, quæ dignitas. ad quæ recuperanda, 76 per fortunas! incumbe, ut facis, diemque 77 natalem reditus mei, cura, ut in tuis ædibus d amœnissimis agam tecum & cum meis. Ego huic spei & exspectationi, 78 quæ nobis proponitur, maxime

c cum *alii.*

d amœniss. *non est in MS.*

---

saris hæreditatem adit, καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταβιανὸς ἐπεκλήθη· νενόμισται γάρ, ἄν τις εἰσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόρρησιν ἀπὸ τοῦ ποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθὲν πῶς τηρεῖν. Meliores autem hic libri *Pomponianus* recte, quemadmodum etiam nos scripsimus. *Victorius.*

75. *Ita esse.*) Conjungitur epistola cum tituli sententia; ut illa ad Valerium. *Cur enim tibi*, lib. I. Fam. & ad Tironem, *Quid igitur, non sic oportet?* lib. XVI. *P. Manut.*

76. *Per fortunas.*) Genus obtestationis, quod usurpamus in re misera, nec umquam sine dolore: *Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum perditum perdamus*: in epistola ad Terentiam. *Per fortunas tuas*, dixit Cœlius, *per liberos*, Cicero, *te oro, & obsecro, ne quid gravius de salute, & incolumitate tua consulas.* Denique ex antiquorum libris omnia undique colligantur exempla, nullum erit dolorem quod non indicet. *P. Manut.*

77. *Natales reditus.*) Civilis mors exilium est, quo cœlum hoc & spiritus domiciliumque civitatis amittitur. Hinc *funus*, & *exequias suas* & *mortuum* se appellat sæpe Ovid. lib. III. El. 3. de Tristibus:

Cum patriam amisi, tunc me periisse putato:
Et prior & gravior mors fuit illa mihi.

Eod. lib. El. XI.

Non sum ego, qui fueram: quid inanem proteris umbram?
Quid cinerem saxis bustaque nostra petis?

Vide Lactant. II. Divin. Institut. Hinc est quod, quibus cœlum illud spiritusque & domicilium urbis, quo carere eos leges aut jussus principum voluerunt, reddebatur, *renasci*, dicti sunt, non quod restituti melius quoddam fatum sortirentur. Cic. post reditum in senatum: *Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi fratrique meo, liberisque nostris natalem constituit.* Et inferius ad Atticum scribit: *Alterius vitæ quoddam initium ordimur.* Et in lib. VI. epist. 6. παλιγγενεσίαν suam appellat. *J. F. Gronov.* Diatrib. ad Stat. cap. 12.

78. *Quæ nobis proponitur, maxime tamen.*) Melius fortasse legetur: *proponitur maxima, tamen*, & erit sensus: spei quæ ab aliis proponitur maxima, quamvis a te tanta non proponatur, & mea sit

me tamen volui præstolari apud te in Epiro: sed ita ad me scribitur, ut putem [e] esse commodius, nos eisdem in locis esse. De domo & Curionis oratione, ut scribis, ita est. in universa salute, si ea modo nobis restituetur, inerunt omnia; ex quibus nihil malo, quam domum. sed tibi nihil mando nominatim: totum me tuo amori fideique commendo. Quod te, in tanta hereditate, ab omni occupatione expedisti, valde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus a te præter ceteros juver: id quantum sit præsidium, video; intelligoque, [f] te multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere: neque, ut [g] ita facias, rogandum esse. Quod me vetas quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus a me erga te commissum, aut prætermissum videretur, geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debeo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quam in te mea. Velim, quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas: [h] tuosque omnes ad nostram salutem [i] adhortere. Rogatio [k] Sestii neque dignitatis satis habet, nec cautionis. nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius scribi: & id animadvertas velim. Dat. IIII. non. Octob. Thessalonicæ.

e mihi esse *MS.*
f te deest *in MS.*
g tu *Cic. ric.*
P. B.
h *alii* omnesque ad. cohortere *MS.*
k *alii* Sexti.

EPI-

sit tenuior, volui tamen præstolari. *Corrad.* Approbata Petri Fabri Arverni Castil. conjectura legendum arbitror, *maxime antea*, &c. Lambin. Illud *tamen* quo pertineat nemo dixerit, & plane id respuit Latinæ linguæ, imo omnium linguarum usus & ratio. Quid mihi accuratius hæc perpendenti in mentem venerit aperiam doctis hominibus: Illi judicent rectene viderim, an secus, Ciceronem nimirum scripsisse: *Ego huic spei & exspectationi, quæ nobis proponitur cum maxime, volui præstolari apud te in Epiro. Cum maxime* Ciceroni est in præsenti tempore, in præsentia. orat. de Harusp. responsis: *Verumtamen antiqua negligimus, & jam-ne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime.* Sallust. Jugurth. 85. *Neque me fallit, quantum cum maxime beneficio vestro negotii sustineam*, Sic lege. Vulgatur: *Quantum cum maxumo beneficio vestro negotii sustineam*. De hoc loquendi genere pluribus egi in notis ad alterum epistolarum volumen. Hanc elegantiam cum non intelligerent hic descriptores, aut imperiti correctores primo omiserunt *cum*, & quia *maxime* sæpe soleat *tamen* sequi, cum *etsi*, aut tale quid præcedat, hinc istud *tamen* hic interserunt. Interpretationem Manutii qui ex his verbis elicere possit, mihi erit Apollo. Et licet posset inde hic quem ille eis affingit, elici sensus, nullus tamen commodus locus esset τῷ *tamen*. Grævius.

79. Tri-

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

79 TRIGINTA dies erant ipsi, cum has dabam litteras, [l] per quos nullas a vobis acceperam. mihi autem erat in animo, jam, ut antea ad te scripsi, ire in Epirum: & ibi omnem [m] casum potissimum exspectare. Te oro, ut, si quid erit, quod perspicias, 80 quamcumque in partem, quam [n] planissime ad me scribas: & meo nomine, ut scribis, litteras, quibus putabis opus esse, ut des Dat. v. Kal. Novemb.

l ex quo null. *MS.*
m causa *MSS.*
n plenissime *alii.*

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

ETSI diligenter ad me Quintus frater & Piso, quæ essent acta, scripserant: tamen vellem; tua te occupatio non impedisset, quo minus, ut consuesti, ad me, quid ageretur & quid intelligeres, perscriberes. Me adhuc Plancius liberalitate sua retinet, jam aliquoties conatum ire in Epirum. spes homini est injecta, non eadem, quæ mihi, posse nos una decedere: quam rem

79. *Triginta dies erant ipsi.*) Sic ep. 8. lib. II. Fam. & ep. II. libr. v. & ep. 8. lib. VI. *Corrad.* *Ipsi* pro *integri* dixit, Grecos imitatus, qui; & ipsi τὸ αὐτὸ, pro toto solidoque accipiunt. Nam Thucydidis illud, αὐτοδεκαετῶν διελθόντων, Scholiastes exponit ὁλοκλήρων. Eodem modo infra lib. VI. epist. penultima: *Detraxi viginti ipsos dies etiam Aphractus Rhodiorum*. Varro apud Nonium, *solidos* vocavit, dum ait, *Ulyssem decem annos solidos errasse*. Et Terent. Adelph. *Totos*. ut *sex totis mensibus olfecissem, quam ille quicquam caperet*. Quod est apud Plautum in Trinummo,

— *Quia rure dum sum*
Ego unos sex dies, me absente inconsultu meo.

Ædes venalis hasce inscribit litteris. in eo *unos*, non *Totos*, sed circiter videtur significare. quam dicendi rationem hodieque vulgo retinemus. *Malasp.*

80. *Quamcumque in partem.*) Sive de mea salute spes aliqua erit, sive nulla ep. 18, 22. & 24. Et, *Quamcumque*, pro omnem. ut ep. ult. lib. II. Fam. *Quæcumque a me in te ornamenta proficiscentur.* Et in Catil. or. II. *Qui sanari poterunt, quacumque ratione sanabo.* Et hic lib. XII. Et Virg. lib. III. Æn. *P. Manut.*

81. *Cum*

rem ſibi magno honori o ſperat fore. ſed jam, [81] cum adventare milites dicerentur, faciendum nobis erit, ut ab eo diſcedamus. quod cum faciemus, ad te ſtatim mittemus; ut ſcias, ubi ſimus. Lentulus ſuo in nos officio, quod & re, & promiſſis, & litteris declarat, ſpem nobis p nonnullam affert Pompeji voluntatis. ſæpe enim tu ad me ſcripſiſti, eum totum eſſe in illius poteſtate. De Metello ſcripſit ad me frater. quantum ſperaret, [82] profectum eſſe per te. Mi Pomponi, pugna, ut tecum, & cum meis mihi liceat vivere; & ſcribe ad me omnia. premor cum luctu, tum [83] deſiderio meorum omnium, tum eorum, qui mihi me cariores ſemper fuerunt. Cura, ut valeas. Ego, quod per Theſſaliam ſi irem in Epirum, perdiu nihil eram auditurus, & quod mei ſtudioſos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi, cum illa ſuperiora Theſſalonicæ ſcripſiſſem. inde cum ad te me convertam, faciam ut ſcias. tuque ad me velim omnia [84] quam diligentiſſime, cuicui-

o exſpectat *alii.*

p nullam *MS.* P. L.

81. *Cum adventare milites dicentur.*) Faerni liber *Dicerentur.* Malim, *Dicantur.* Malaſp. Sic M. Brut. ed. Sed nihil ſincerius lectione libri Faerni, quam firmat Helmſtad. in quod *diceretur* legitur. *Gravius.*

82. *Profectum eſſe per te.*) Ut Metellus ipſe ſimultatem deponeret ep. 24. h. l. al. *perfectum.* Corrad. *Perfectum* eſt in antiquo, pro *profectum.* Urſinus.

83. *Deſiderio meorum.*) Ad hanc lectionem, quæ eſt e mſſ. Boſii, proxime acceſſit Faernus legens, *tum deſiderio omnium eorum, qui mihi.* vulg. *tum deſiderio omnium rerum quæ mihi cariores ſemper fuerant.* Cleric. Ex varietate veterum codicum confirmantur fere iſto ordine hæc verba *deſiderio rerum omnium*, ad quæ alii alludunt lenius, alii mirifice interpolant, vix ut nauci omnia ſint habenda. Tum in plurimis retinetur *qui*, quum in Helmſtad. & Balliol. ſit *quæ*, ut etiam in editionibus prioribus. Simpliciſſimum mihi videtur, ut has turbas ortas arbitremur ex aſyndeto, quod ſæpe ſolet placere Tullio, & prave nunc ſpectatum fuit, legendo *deſiderio rerum, hominum, qui mihi me cariores*, ut ep. 15. *Numquam tu ſine cauſa juſtiſſima tam longe a tot tuis & hominibus, & rebus cariſſimis abeſſe voluiſſes.* Gronov.

84. *Quam diligentiſſime, quomodo ſunt.*) Nos hic emendavimus, *Cuicuimodi ſunt*: quod in manuſcriptis exemplaribus invenimus, quoque Priſcianus uſum eſſe Ciceronem pro Cujuscujuſmodi docet. qui locum etiam ex Oratione pro Sexto Roſcio hunc citat: *Vereor enim cuicuimodi eſt Roſci, ne ita hunc videar ſervare, ubi tibi non pepercerim.* Albi etiam hanc vocem apud Ciceronem invenimus in antiquis codicibus: nam excuſi omnes, variis perverſionibus ubicumque ea eſſe debebat, contaminati ſunt. nonnulli enim

cuimodi sunt, scribas. ego jam aut rem, aut ne spem quidem exspecto. Dat. VI. Kal. Decemb. Dyrrachii.

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

q Sept. *MS.*

r putes *alii.*

s perscribis *MSS.*

t si etiam *alii.*

P. B.

v vetus *alii.*

Ad. v. Kal. [q] Decemb. tres epistolas a te accepi; unam datam a. d. VIII. kal. Novembr. in qua me hortaris, ut forti animo mensem Januarium exspectem: eaque, quæ ad spem [r] putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeji ratione, perscribis. in altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis: sed satis significas tempus. lege enim ab octo tribunis plebis promulgata, scribis te eas litteras eo ipso die dedisse, id est, a. d. IIII. Kal. Novemb. &, quid putes [85] utilitatis eam promulgationem attulisse, [s] scribis. in quo [t] si jam hæc nostra salus; cum hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam, miserabilem potius, quam ineptam, putes: sin est aliquid spei, des operam, ut majore diligentia posthac a nostris magistratibus defendamur. nam ea [v] veterum tribunorum plebis rogatio tria capita habuit; unum de reditu meo; scriptum incaute. nihil enim restituitur, præter civitatem, & [86] ordinem: quod mihi

enim (ut puto) cum corruptam esse existimarent, semper ipsi depravarunt. in fine III. libri Tusc. quæst. *Superest enim nobis hoc cuicuimodi est otium.* Item in extrema parte v. libri: *Ubi enim melius uti possumus hoc cuicuimodi est otio.* In libro etiam secundo de Legibus: *Nam neque medicorum præcepta dici vere possent, si quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint: neque in populo lex cuicuimodi fuerit illa, etiamsi perniciosum aliquid populus acceperit.* Qui locus in his etiam, qui meliores habentur, fœde inquinatus est. *Victorius.*

85. *Utilitatis.*) Etiam si lex lata non sit, hæc tamen octo tribunorum promulgatio hoc attulit utilitatis, quod mox a novis tribunis majore studio in magistratu caussa suscipietur: quippe cum intelligent, Clodianæ potentiæ nervos jam esse magna ex parte præcisos, quando de reditu Ciceronis promulgarint octo tribuni pl. quorum nemo magistratus initio, promulgante Clodio legem in Ciceronem, ausus erat intercedere. hoc utilitatis putabat Atticus eam promulgationem attulisse. *P. Manut.*

86. *Ordinem.*) Senatorium, quem, qui legibus ejiciuntur, cum civitate simul amittunt. sibi tamen ereptum lege Clodia non esse, in

mihi pro meo casu satis est. sed, quæ cavenda fuerint; & quo modo, te non fugit. alterum caput est tralaticium de impunitate, si quid contra alias leges ejus legis ergo x factum sit. tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & a quo sit inculcatum, vide. scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex. sed vides, numquam esse observatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur. nam si id esset, nulla fere abrogari posset: (neque enim ulla est, quæ non ipsa se sepiat [87] difficultate abrogationis) sed, cum lex abrogatur, [88] illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. hoc y cum re vera ita sit; cum semper ita habitum observatumque sit, octo nostri tribuni plebis caput posuerunt hoc: SI QUID IN HAC ROGATIONE SCRIPTUM EST, QUOD PER LEGES, PLEBISVE SCITA. [89] HOC EST, QUOD PER LEGEM CLODIAM PROMULGARE,

x rogatum *alii.*

y quidem *MS.*

in oratione pro Domo probat, his verbis: *Ubi cavisti, ne meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus.* P. Manut.

87. *Difficultate abrogationis.*) In omnibus legibus aliquid sancitur, quo difficilior fit earum abrogatio: ut cum vel populare aliquid admiscetur, ne populus deinde legis abrogationem probet: vel abrogationis auctori pœna irrogatur. ita se omnes leges muniunt difficultate abrogationis. *P. Manut.*

88. *Illud ipsum abrogaretur.*) Nihil muto; ne discedam sine caussa ab antiquis libris. sententia est. Si sanctiones non abrogarentur, leges quidem abrogari possent; sed, cum lex abrogatur aliqua, simul abrogaretur illa ipsa abrogatio, illa ipsa novæ legis abrogantis pars, quæ veterem legem tolleret: id est, nulla prorsus esset abrogatio, si sanctio maneret legis abrogatæ. *P. Manut. Rogatur* legebat Faernus auctoribus veteribus libris. paulo post, *quodve ei quei promulgavit, &c.* E. H. L. N. R. ita primus emendavit Ant. Augustinus, quem secuti postea sunt Faernus, & Manutius. hæc autem formula in fragmento legis Thoriæ, quod est apud me, multis locis reperitur. *Ursinus.* Quod ex conjectura emendavit Malaspina, id nos auctoribus libris manuscriptis: in quibus manifeste scriptum erat, *abrogatur*, &, *quo non*, pro, *abrogaretur*, &, *quo modo*, quæ lectio est excusorum. *Bosius.*

89. *Hoc est, quod per legem Clodiam.*) Censeo cogitandum, cur legem Clodiam scripserint Tribuni pl. non Fontejam, cum qui adoptarentur, ii familiæ, in quam adoptati fuissent, nomen acciperent: quod nomen, ut in quotidiano sermone negligeretur, tamen in actis publicis servabatur. Cicero quidem ipse in Philip. x. cum tota oratione illa, Brutum ipsum, M. Junium Brutum appellavisset; in dicenda sententia, quam in acta publica referri opor-

RE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE S. F. SUA NON LICEAT, NON LICUERIT; QUOD [z] VE EI QUI PROMUL-
z VEL QUI *alii*. GAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, OB EAM REM POENÆ, MULTÆ VE SIT E. H. L. N. R. at-
a collegæ *alii*. que [90] hoc in illis tribunis plebis non lædebat. lege enim [a] collegii sui non tenebantur: quo major est suspicio malitiæ alicujus; cum id, quod ad ipsos nihil pertinebat, erat autem contra me, scripserunt: ut novi tribuni plebis, si essent timidiores, multo magis sibi eo capite utendum putarent. neque id a Clodio prætermissum est. di-
b *alii non habent* Nov. xit enim in concione a. d. III. non. [b] Nov. hoc capite designatis tribunis plebis præscriptum esse, quid liceret: ta-
P. LI. men, in lege nulla esse ejusmodi caput, te non fallit. quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur. [91] Ut Ninnium, aut ceteros fugerit, investiges, velim: &, quis

at-

oporteret, Q. Cæpionem vocat: quod a Q. Servilio Cæpione adoptatus fuisset. In prima quoque libri primi epistola, quem antea Thermum, postea designatum Consulem, Figulum appellavit, cognomine illius familiæ in quam transierat. An forte noster hic, adepto Tribunatu plebis, cujus adipiscendi caussa, ad plebem transierat, curavit se emancipandum, ad prioremque ordinem rediit? Id si fecisset, vix probabile est, tacitum fuisse laturum: an non semper hoc servabatur, nec perpetuum erat? id potius videtur. *Malasp.*

90. *Hoc in illis &c.*) In veteribus tribunis pl. quod Clodius in sua lege posuerat, ut ei pœna esset constituta, qui promulgasset, abrogasset, derogasset; eo collegæ ipsius non tenebantur: siquidem tribuni pl. si quam quis ex collegio suo legem tulisset, ea lege soluti erant. itaque, cum hoc tertium caput, de vitanda legis Clodiæ sanctione, qua ipsi non tenebantur, sine caussa posuerint; vereor, inquit, ex octo tribunis pl. ne quis malitiose fecerit, ut deinde novi tribuni pl. cum rogationem de me ferrent, multo magis eo capite sibi utendum putarent, quo usos viderent eos, qui tamen Clodia lege non tenerentur. Neque vero necessarium videbatur, cum lex abrogaretur, ab iis sanctionibus, quæ in ea lege essent, cavere. abrogata enim lege, sanctiones non observantur. *P. Manut.*

91. *Aut Ninnium, aut ceteros fugerit.*) Quis non videat hunc locum corruptum esse, vocemque illam *Nimium*, nomen proprium esse debere? Germani *Numium* castigarunt, nec tamen recte. *Ninnium* enim, quemadmodum nos scripsimus, legendum est. intelligit autem L. Ninnium Quadratum, qui tunc Trib. pleb. fuit, enixeque causam Ciceronis adjuvit contra Clodii furorem: qui tamen ab illo, quemadmodum, & Cicero, delusus est. Dion sæpe hunc nominat, ut eo loco, *καὶ ἐπειδὴ ἐκεῖνος συνεὶς τὸ λεγόμενον Λούκιον Νίννιον Κουάδρατον δημαρχοῦντα ἐναντιωθῆναι πᾶσι σφι-*

σιν

atrulerit; &, quare octo tribuni plebis ad senatum de me referre non dubitarint; [92] sive sitne quod observandum

σιν ἀντιπαρεσκεύασεν, ἔδεισε μὴ καὶ θόρυβος ἐκ τούτου καὶ διατριβή τις γένηται. καὶ ὑπῆλθεν αὐτὸν ἀπατήσας. προδιομολογησάμενος γὰρ αὐτῷ μηδ᾽ ὅπως, ἂν μηδὲν τῶν νομοθετουμένων ἐμποδίσῃ κατ᾽ αὐτοῦ γράψειν, ἔπειτα τὴν ἰσυχίαν καὶ ἐκείνου καὶ τοῦ Νιννίου ἄγοντος διενομοθέτησεν αὐτά, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τῷ Κικέρωνι ἐπεχείρησεν. Libro etiam 10. harum epistolarum de eodem meminit Cicero: *Hæc mecum Ninnius noster, velle eos mihi se, & oppidum tradere*. Victorius. *Numium.*) Al. *aut Nimium.* alii affirmant in veteribus libris inveniri, *Nummium*, quod sive sit verum, sive falsum, nemo non potest videre legi oportere: *an Mummium*, ut sit L. Mummius quo Tribuno pleb. referente Cal. Jun. Senatus frequens de Ciceronis reditu decreverat. orat. pro Sest. post reditum in Senat. & pro Dom. quamvis Dion. l. XXXVIII. Λεύκιον Νίννιον Κουάδρατον vocet, & ep. 16. lib. x. cujusdam Ninnii mentio fiat. *Corrad.* In Antoniano ac Faernino, atque adeo aliis fere. *Aut Ninnium aut cæteros*. Ut credi possit, *Ut Ninnium ac cæteros.* vel *ut Ninnium ut cæteros* scriptum fuisse, a verbo *Investiges.* hoc sensu: Velim investiges ut Ninnium ut cæteros fugerit. Miratur enim Cicero, Ninnium ac cæteros Tribunos pleb. ignorasse, caput hujusmodi nulla in lege reperiri. Quo magis de malitia suspicabatur. Illud monendum, in libris nonnullis, *Nummium* reperiri; sed vulgatum probo. *Malasp. Ninnium.*) Unum ex octo tribunis: qui non viderant, tertium illud caput nullo consilio inculcari. hic est L. Ninnius Quadratus, de quo Dio lib. XXXVIII. & hic ep. 14. lib. x. qui in oratione pro Sextio, & post reditum in senatu, mendose *Mummius* nominatur. Et apud Spartianum, in Antonino Philosopho, pro, *Mummio Quadrato*, reponendum *M. Ninnio*. P. Manut.

92. *Sive quod observandum illud caput non putabant.*) *Si qui*, legendum putamus, ut inversis literis ita fuerit scriptum, *si uiq.* & postea descriptum, *sive quod.* Corrad. Recte Manutius, ut mea fert opinio, hunc locum emendat. Quare nihil addo. *Malaspina*. Sensum hujus quin viderit Manutius non est dubitandum. Sed num recta sit lectio, quam excogitavit, non affirmem. MSS. & codd. omnes ante Bosianam; *Sive quod observandum*. Scripsisse Ciceronem existimem: *Sique observandum illud caput non putabant, iidem in abrogando*. Minima mutatione scribo *sique*, pro *sive quod*, τὸ q cum excidisset ex *sique* factum *sive*, idque cum ei a correctore esset superscriptum, quod in veteribus codicibus sæpe occurrere norunt, qui eos tractarunt, nec intelligeretur ab aliis scribis, hinc orta sunt *sive quod.* ante *iidem* repetendum *quare* ex versibus paullo præcedentibus. sententia est liquidissima. investiga, quare non dubitarint metu illius capitis Clodianæ legis ad senatum referre, sique tum illud caput non putarunt observandum, cur iidem, cum abrogaturi essent legem Clodiam, fuerint tam cauti. *Gravina.*

c putabunt *MS.* d cur iid. *Brut.* e *alii* fuerunt. f ne id *MS.* g reconf. *MS.*

dum illud caput non c putabant, d iidem in abrogando tam cauti e fuerint, f ut id metuerent, soluti cum essent; quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum. id caput sane nolim novos tribunos plebis ferre: sed perferant modo quidlibet. uno capite, quo revocabor, (modo g res conficiatur) ero contentus. Jam dudum pudet tam multa scribere. vereor enim, ne re jam desperata legas; ut hæc mea diligentia miserabilis tibi, aliis irridenda videatur. sed si est aliquid in spe, vide legem, quam T. Fadio scripsit 93 Visellius: ea mihi perplacet. nam Sextii nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. id. Novemb. data: in qua exponis prudenter & diligenter, quæ sint, quæ rem distinere videantur, de Crasso, de Pompejo, de ceteris. quare oro te, ut, si qua spes erit, posse studiis bonorum, auctoritate, multitudine comparata rem confici, des operam 94 ut uno impetu perfringatur; in eam rem incumbas, ceterosque excites. sin, ut ego perspicio h cum tua conjectura, tum etiam i mea, spei nihil est; oro k obtestorque te, ut Quintum fratrem ames, quem ego miserum misere perdidi; neve quid eum patiare 95 gravius consulere de se, quam expediat sororis tuæ filio; meum Ciceronem, cui

h tū *alii.* i meæ spes *MS.* k obsecroque *MSS.*

93. *T. Visellius.*) Velim legatur *C. Visellius*, ut sit C. Visell. Varlier. consobrinus, Aculeonis filius ep. 15. h. l. qui quod erat Jurisconsultus optime legem T. Fabio scribere potuit. in Brut. *Corrad. Visellius.*) Abest a Decurtato nota *T.* & *Visellius* hic non *Titus*, sed *Cajus* dicebatur, ut apparet ex Ciceronis Bruto. ea vero nota huc irrepsit ex importuna repetitione ultimæ litteræ vocis, *scripsit*. Bosius.

94. *Ut uno impetu perfringatur.*) Hæret hic oratio, nec est dictum de ulla re, quæ perfringi posset. Hinc Manutius & M. Brutus ediderunt, *perfringantur*, subintelligentes, ea quæ distinent. sed contra librorum, ut puto, fidem, ex sola conjectura. in Helmstad. est *perfungatur*. Immutata una litterula scribendum: *Ut uno impetu perfungamur.* quæ est lectio perelegans, id significans, ut uno impetu omnia removeamus quæ nunc morantur nostra vota & desideria. in orat. pro Cluent. *Aut quod se perfunctos jam esse arbitrantur, cum de reo indicarunt.* Et pro Domo: *Equidem jam perfunctus sum, explevi animos.* Terent. *Tum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum, satietas me jam tenet studiorum istorum.* In qua notione etiam *defunctus* nonnumquam legitur. *Gravius.*

95. *Gravius consulere de se.*) Sic Thucydides lib. III. locutus, a quo fortasse Cicero sumpsit: Κελεύουσιν ὑμᾶς αὐτοὺς περὶ ὑμῶν αὐτῶν βουλεύεσθαι, μηδὲν αἰσχρὸν ποιοῦντας. P. Manut.

96. *Im-*

tui nihil misello relinquo præter invidiam & ignominiam nominis mei, [l] tuere, quoad poteris; Terentiam, unam omnium ærumnosissimam, sustentes tuis officiis. Ego in Epirum proficiscar, cum primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me, velim, proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas. Dat. prid. Kal. Decemb.

l *alii* tueare.

P. B.

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

ANTEA, [m] cum ad me scripsissetis vestro consensu [n] consulum provincias ornatas esse; etsi verebar, quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudentius: postea quam mihi & dictum est & scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, sum graviter commotus; quod illa ipsa spes exigua, quæ erat, [o] videtur esse sublata. nam si tribuni plebis nobis succensent, quæ potest spes esse? ac videntur jure succensere: cum & expertes consilii fuerint, [p] qui causam nostram susceperant; & nostra concessione omnem vim sui juris amiserint: præsertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de consulibus ornandis, non ut eos impedirent, sed ut ad nostram causam adjungerent. nunc si consules a nobis alieniores esse velint, posse id libere facere; sin vellent nostra causa, nihil posse [q] se invitis. Nam quod scribis; ni ita nobis placuisset, illos hoc idem per populum [r] assecuturos fuisse; invitis tribunis plebis fieri nullo modo potuit. ita vereor, ne & studia tribunorum amiserimus: &, si studia maneant, vinclum illud adjungendorum consulum amissum sit. Accedit aliud non parvum incommodum, quod gravis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur, senatum nihil decernere ante, quam de nobis actum esset, amissa est; præsertim [s] in ea causa, quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata ac nova. neque enim umquam arbitror ornatas esse provincias designatorum: ut, cum in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepta,
96 imminuta sit, nihil jam possit non decerni. [t] iis, ad quos

m quam *alii.*
n *alii* consulares.
o videretur *Lamb.*
p & qui *MS.*
q *alii* eis.
r assecuturum *MS.*
s in *delet Jun.*
P. LII.
t jam his *alii.*

96. *Immutata sit.*) Veteres habebant libri, & sic legebat Faernus.

v sit *alii.* quos relatum est, amicis placuisse, non mirum [v] est, erat enim difficile reperire, qui contra tanta commoda duorum consulum palam sententiam diceret. fuit omnino difficile non obsequi, vel amicissimo homini, Lentulo, vel Metello, qui simultatem humanissime deponeret. sed vereor, ne hos [x] tamen tenere potuerimus; tribunos plebis amiserimus. hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas: & ita, ut instituisti. nam ista veritas, etiam si jucunda non est, mihi tamen grata est. Dat. IIII. id. Decembr.

x cum *alii.*

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

y *Manut.* *delet* a me.
z *alii* prospicio.
a *alii* salutis.
b *alii* hæc.

97 POst tuum [y] a me discessum litteræ mihi Roma allatæ sunt: ex quibus [z] perspicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim, (sed bonam in partem accipies) si ulla spes [a] saluti nostræ subesset, tu, pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. sed ne ingrati, 98 aut ne omnia velle nobiscum una interire videamur, [b] hoc omitto: illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante kal. Januar. ubicumque erimus, sistas.

EPI-

nus. *Ursinus.* Sed rectius Ball. & Helmst. aliique, *imminuta.*

97. *Post tuum a me discessum.*) Etsi videri potest Atticus ex ep. 19. h. l. in Epeirum his temporibus accessisse, ego tamen non video, qui fieri potuerit, ut Atticus post IIII. Id. Decemb. quo die superior epistola fuit data, Roma ad Ciceronem, & a Cicerone Romam, & rursus Roma sit ita profectus, ut etiam Romæ ante Cal. Jan. hoc est, intra dies summum 19 esse posset, nisi epistola hæc mutarit locum, vel ita sit legendum: *post tuum discessum*, scilicet ex urbe, præsertim quum statim dicat: *neque, si ulla spes esset, discessisses*: ubi interpreteris necesse est, Roma, ubi Ciceronem juvare poterat, si spes fuisset. *Corrad.* Helmstad. codex: *post tuum a nobis discessum.* forte, *post tuum a nostris discessum*, nimirum uxore, fratre, liberis, qui erant Romæ. *Gravius.*

98. *Aut ne omnia velle.*) Hoc meo judicio significat Atticus, re Ciceronis bono loco constituta, Roma exierat sui negotii caussa; idque ad illum scripserat. Hoc Cicero cum ægre ferret, querela tamen abstinere se dicit, ne ingratus videatur, nullamque amici rationem habere. quasi non laboret, an omnia pereant, si ipse pereat. *Malasp.*

99. *Ut ar*

EPISTOLA XXVI.

CICERO ATTICO S.

Litterae mihi a Quinto fratre cum senatus consulto, quod de me est factum, allatae sunt. mihi in animo est, legum lationem exspectare; & si obtrectabitur, 99 utar auctoritate senatus, & potius vita, quam patria, carebo. Tu, quaeso, festina ad nos venire. c Vale VI. Kal. Jan.

c *Ita Vict. alii non habent sequentia.* P. B.

EPISTOLA XXVII.

CICERO ATTICO S.

Ex tuis litteris, & ex re ipsa nos funditus perisse video. Te oro, ut, quibus in rebus d mei tui e indigebunt, nostris miseriis ne desis. ego te, ut scribis, 1 cito videbo.

d tuis meis *MS.*

e indulgebunt *id. MS.*

99. *Utar auctoritate Senatus.*) Si quis intercedat & lex perferri nequeat, nihil faciam, & fretus senatusconsulto quamvis impedito & non perfecto, veniam: etsi futurum sit, ut Clodiae morte mea sanciatur. *Uti auctoritate Senatus* dicebantur, qui rem suscipiebant Senatui probatam & placitam, etsi de ea, ob intercessionem tribunorum & alia impedimenta, senatusconsultum solenne fieri, & legitimum non potuisset; contemto periculo, quod propterea metuendum esset. Liv. lib. IV. cap. 57. ubi videndus Sigonius. *J. F. Gronov.*

1. *Cito videbo.*) Junius cum vulgo hic servari malit verba quae in Tornaes. aliisque desunt; *plura non scribo, cura ut valeas;* Cleric.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICUM,

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Hoc libro quatuor annorum epistolæ continentur. Tres primæ, P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote: Quinque consequentes, Cn. Lentulo Marcellino, L. Philippo: Post has, totidem Cn. Pompejo Magno II. M. Crasso II. reliqua usque ad finem, Ap. Claudio Pulchro, L. Domitio Ahenobarbo Coss. scripta sunt. Necesse est autem aut eas una fuisse, aut non plures ab eo, qui epistolas congessit, inventas. Prima igitur, reditum Ciceronis continent: qui fuit...; Prid. Non. Septembris, duodevigesimo mense, post ejus fugam: Quo modo area domus illius, pontificum sententiis liberata fuerit: domus ac villa publica pecunia restituta: & cum in reditu ejus, summa annona caritas esset, SC. in sententiam illius factum est, quo Cn. Pompejo rei frumentariæ per quinquennium cura dabatur; cum eodem imperio, quod is bello Piratico habuisset: item, ut T. Annius Milo sæpe cum Clodio, Ædilitatis candidato, manu armisque dimicaverit, ne ejus comitia haberentur. Hæc in tribus primis epistolis. In proximis, quæ Cn. Lentulo Marcellino, & L. Philippo Coss. scripta sunt, nihil est historia dignum, nisi de Domitii repulsa in petitione Consulatus: qui etiam fore

LIBER QUARTUS.) Hæ primum epistolæ scriptæ cum rediisset in urbem: prioris libri in exilio, in quo egit Cicero annum & 4. menses, a postremo Martio Anni 695. Pisone & Gabinio consulibus ad principium Sextilis sive Augusti An. 696. P. Lentulo Spinthere, Q. Cæcilio Metello Nepote coss. De reditu Ciceronis ab his consulibus actum in Senatu Cal. Januar. Id irritum fecit Sextus Atilius Tribunus pl. pro Sextio 33. & 34. Dein latum ad populum VIII. Kal. Febr. quæ comitia Clodius cæde turbavit. pro Sextio 35. Tandem perlata lex est pridie Nonas Sextiles. Romam venit pridie Nonas Septembres. *J. F. Gronov.*

1. Cogno-

foro per vim pulsus sit: servo illius, qui lucernam praeferebat, interfecto: Creati vero sunt ex interregno & per vim, Cn. Pompejus II. M. Crassus II. quorum anno scripta litterae reditum Ptolemai in regnum strictim attingunt: turpemque Crassi in provinciam Syriam profectionem, dirarum obnuntiatione neglecta. Porro autem litterae quarti anni, Ap. Claudio videlicet, & L. Domitio Coss. candidatorum ambitum & contentionem habent: quae tanta fuit, ut M. Messalla, & Cn. Domitius ex interregno, septimo hujus anni mense Consules declarati vix denique fuerint: idque Q. Pompejo Rufo Tribuno pl. qui intercessionibus comitia tollebat, in carcerem conjecto, ex SC. ceterisque, siquis impedire conaretur, deterritis. Continent etiam A. Gabinii reditum, nocturnumque in urbem ingressum, omnium hominum odium adversus illum: accusationem de majestate, quod contra Senatus populique judicium, Ptolemaeum in regnum reduxisset: & quaedam alia, sed pleraque privata atque domestica. Inter proxime superioris libri epistolas, atque hujus, menses octo fluxerunt: nimirum ex Kalendis Jan. ad Nonas Sept. Malaspina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

CUM primum Romam veni, fuitque, cui recte ad te litteras darem, a nihil prius faciendum mihi putavi, quam ut tibi absenti de reditu nostro gratularer. [1] cognoram enim, (ut b vere scribam) te in consiliis mihi dandis nec fortiorem, nec prudentiorem, quam me ipsum: [2] nec etiam pro praeterita

a nil *alii.*

b bene *alii.*

1. *Cognoram enim (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis &c.*) Totum hunc orationis ambitum aliter legit & distinguit Junius, ex variarum lectionum de mss. Palat. comparatione; *Cognoram enim (ut vere scribam) te in consiliis mihi dandis nec fortiorem, nec prudentiorem quemquam; me ipsum nec, etiam pro praeterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis meae diligentem: eundemque te, qui primus temporibus erroris nostri ac potius furoris particeps, & falsi timoris socius fuisses, acerbissime discidium nostrum tulisse* Cleric.

2. *Nec etiam propter meam in te observantiam.*) Rarum omnino, atque haud scio an singulare, ut *Propter*, vim comparationis habeat, *Praque* aut *Pro* valeat. Finem quidem, efficientemque caussam significare, vel unus ille locus infra declarat: *Tironem, propter humanitatem & modestiam ejus, malo salvum, quam propter usum meum.* Sed neutra hic notio locum potest habere, ubi vis eadem indicatur, quae est in *Prae*, aut *Pro*. quae ut facilius dignoscatur, utriusque praepositionis exemplum afferam: primum ex Sextianae orationis principio, quod tale est: *Siquis antea, Judices, mirabatur, quid esset, quod pro tantis opibus Reip. tantaque di-*

ita mea in te observantia, nimium in custodia salutis meæ diligentem, eundemque te, qui primis temporibus erroris nostri, aut c potius furoris particeps, & 3 falsi timoris socius fuisses, acerbissime d discidium nostrum tulisse, plurimumque operæ, studii, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contulisse. itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, unum ad cumulandum gaudium conspectum, e aut potius f complexum mihi tuum defuisse; quem semel nactus g numquam dimisero: ac, nisi etiam prætermissos fructus tuæ suavitatis præteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutione fortunæ me h ipse

c alii totius. d alii dissidium e ac MSS. f alii amplex. g cum fuero nunq. alii.

P. LIII.

gnitate imperii, nequaquam satis multi civit, forti & magno animo, invenirentur, &c. Quorum sensus est: si magnitudo Reip. potentiaque spectetur, pauci inveniantur, &c. Alterum ex Livii primo lib. sic scribentis: *Qui omnes facile spem fecerant, parvam Albam, parvum Lavinium, præ ea quæ conderetur fore*: hoc est, Albam, si cum ea urbe quæ conderetur, conferretur, parvam fore. A qua significatione, cum *Propter*, ut quidem passim usurpatur, alienum sit, *Præ* aut *Pro mea in te observantia*, libenter legerem, nisi repugnarent exemplaria, & major æquo fiat litterarum jactura. Itaque nihil muto, contentus hæc ipsa indicasse, in mediumque protulisse. *Malaspin.* Reposui *nec etiam pro vetere tua*, cum offensus vulgata lectione, quam aures, Latinis scriptis probatis assuefactæ, ferre non possunt, tum ab uno codice Memmiano admonitus atque adductus; in quo scriptum est, *propterea tua. propterea* enim nimis depravatum a recto, *pro vetere*. Non celabo lectorem; tamen, in codice Turnæs. plane scriptum esse: *nec etiam propter meam in te observantiam, &c.* ut intelligat, quod sæpe admonui, libros veteres cum judicio, & caute esse tractandos, ut non usquequaque incorruptos. Non longe abiero. supra, eadem epist. pro, *ut vere scribam*, quod rectum est, in codice Turnæs. scriptum est, *ut bene scribam*: quod quis non videt depravatum? *Lambin.* Bosius expressit scripturam Decurt. *pro præterita mea*; cujus lectionis vestigia licet perturbata, in hunc modum exstant in Tornæs. *propter ita meam in te observantiam*. Alia autem est librorum nonnullorum lectio. Lambinus, vulgata lectione offensus, tum ab uno codice Memmiano admonitus atque adductus, in quo scriptum est, *propterea tua*: sic legit; *nec etiam pro vetere tua*. Canterus pro *nimium*, reponit *minus*, quod primum in *nimis*, deinde fuerit in *nimium* depravatum. vulgata lectio sic se habet, *nec etiam propter suam in me observantiam, nimirum in custodia salutis mea diligentem*. Cleric.

3. *Falsi rumoris.*) Pompejum, Cæsarem, & Crassum saluti meæ inimicissimos esse, ut Clodius prædicabat. orat. de Resp. pro Sest. & in Pis. alii, *timoris*. Corrad. *Falsi timoris* videtur legendum ex antiquo libro, & ex historia. *Ursin.*

4. Et

h ipse non satis dignum judicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem, & in senatu auctoritatem, & apud viros bonos gratiam magis, quam i optaramus, consecuti sumus. in re autem familiari, quæ quemadmodum fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras, valde laboramus: tuarumque non tam facultatum, quas ego nostras esse k judico, quam consiliorum ad colligendas & constituendas reliquias nostras indigemus. Nunc, l etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata: tamen ea m inscribam brevi, quæ te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. Pridie nonas Sext. Dyrrachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brundisium veni nonis Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brundisinæ coloniæ, 4 & tuæ vicinæ Salutis. quæ res animadversa a multitudine, summa Brundisinorum n gratulatione celebrata est. ante diem VI. id. Sext. cognovi, o cum Brundisii essem, litteris Quinti fratris, mirifico studio omnium ætatum atque ordinum, incredibili concursu Italiæ, legem 5 comitiis centu-

h ipsum *alii.*
i optamus *edd. vett.*
k video *MS. & alii.*
l si *MS.*
m scribā *MSS.*
n *tres seqq. voces desunt in MSS.*
o *tres seq. voces desunt in vett. edd.*

4. *Et tuæ vicinæ Salutis.*) Alii pro *Salutis*, *Sedis* legunt: alii aliis modis corrigunt. Nos communem lectionem, etsi nobis non parum suspectam, retinuimus. eadem enim in nostro vetere exemplari, & omnibus manuscriptis a nobis inventa est. Cum autem nihil certi haberemus, quid opus fuit veterem scripturam delere? quæ si non recta est, & integra, necesse est, quo minus contaminata est, magis propinqua sit veræ & sinceræ lectioni. *Victor.* *Tuæ vicinæ Salutis.*) Cujus ædes est prope domum tuam in colle Quirinali ep. 39. lib. XII. & *P.* Vict. regione 6. *Cortad.* Natalis coloniæ dicitur is dies quo colonia deducta fuit, ut Natalis Brundisinæ coloniæ NONÆ Sextiles, quo in agro Sallentino Brundisium deducta colonia fuerat anno DIX, Manlio Attico & Sempronio Blæso II. Coss. ut refert Vellejus libro primo. Sic Natalis Urbi dicitur XII. Kal. Majas, quod tum Roma condita fuit. Et Natalis Dei Deæve appellatur ille dies, quo templum habere cœpit, ut hic Natalis Salutis NONÆ Sextiles, quibus Saluti consecratum fuerat templum in colle Quirinali, in quo, ut Nepos scribit, Atticus habitabat, atque ita vicinam Salutem habebat; Natalis fortis Fortunæ VIII. Kal. Majas, quod tum ei positum fuit templum extra portam Capenam juxta Tiberim. Varro in Epist. ad Fufium; *Hodie quidem si veneris natali Fortis Fortunæ.* popma.

5. *Comitiis centuriatis.*) Comitia centuriata erant, cum populos non

p S. C. addebat Gul.

turiatis esse perlatam: inde [6] a Brundisinis honestissimis [p] ornatus, iter ita [q] feci, ut undique ad me cum gratulatione legati convenerint. ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venerit, præter eos inimicos, [7] quibus id ipsum non liceret aut dissimulare aut negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe [r] completi erant: a qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia [8] & plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque, & in ipso Capitolio miranda multitudo fuit: postridie in senatu, qui fuit dies non. Septemb. senatui gratias egimus. eo biduo cum esset annonæ summa caritas, & homines [9] ad theatrum primo, deinde ad senatum concurrissent, impulsu Clodii; mea opera frumenti inopiam esse clamarent; cum per eos dies senatus de annona haberetur, & ad ejus procurationem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompejus vocaretur, idque ipse cuperet; multitudoque a me nominatim, ut id decernerem, postularet; feci, & accurate sententiam dixi; cum abessent consulares, quod tuto se

q fecimus MSS.

r cooperti erant alii. P. B.

non fuisset in tribus convocatus, sed censu, ordinibus, ætatibus descriptus, suffragium, nec nisi singulis de rebus, ferebat, ideo centuriatis comitiis consules creabantur, & Cicero ab exsulio revocatus. Hæc uberius in libro de Comitiis: siquidem is, ad quem ego omnia refero, Deus optimus maximus mihi hoc dederit, ut ea, quæ distincta decem Antiquitatum Romanarum libris orsi sumus, liceat pertexere. *P. Manut.*

6. *A Brundisinis honestissimis ornatus.*) *Honestissime*, legebat Faernus, pro *honestissimis*, auctoribus veteribus libris. *Ursin. Honestissime* explica *honestum* dici, non moribus sed dignitate, qui est in honoribus & magistratu: sed placet conjectura Faerni, *Honestissime ornati*, ut intelligat de decretis honorificis Brundusinorum de Cicerone, & fortassis etiam munusculis. pro Quintio 50. *Magnifice & splendide ornatum convivium*. J. F. Gronov.

7. *Quibus id ipsum non liceret.*) Junius ex mss. Palat. legit, *quibus id ipsum se inimicos esse n. l.* Clericus.

8. *Et plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque & in ipso Capitolio.*) Alia est vulgi distinctio, *& plausus m. u. a. C. celebravit. In foro & in ipso Capitolio.* Idem.

9. *Ad theatrum.*) Pediani verba sunt in Miloniana: *L. Cæcilius Rufus prætor fuit Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote coss. quo anno Cicero restitutus est. is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo annonæ caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi gratia consederant, pelleretur.* P. Manut.

10. *Præ-*

ſe negarent poſſe ſententiam dicere, [10] præter Meſſalam & Afranium. factum eſt ſenatus conſultum in meam ſententiam, ut cum Pompejo ageretur, ut eam rem ſuſciperet; lexque ferretur. quo ſenatus conſulto recitato [11] cum continuo, more hoc inſulſo & novo, plauſum, meo nomine ſ recitando, dediſſet; [12] habui concionem: omnes magiſtratus præſentes, præter unum prætorem, & duos tribunos plebis, t dederunt. poſtridie ſenatus frequens, & omnes conſulares nihil [13] Pompejo

ſ alii in recit.
t alii nomen dederunt

10. *Præter Meſſalam & Geranium.*) Noſter antiquior liber *Ærarium* habet. Quod ſi E literam in F commutes, in qua ſæpe hic librarius peccavit, pro F illa ponenda, ut jam teſtati ſumus, omne mendum ſuſtuleris. Livium autem Afranium cum Quinto Metello conſulem fuiſſe, ex primo libro harum epiſtolarum colligitur. Idem erratum erat in penultima hujus libri epiſtola, in illo loco: *Monumentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, ut forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus, &c.* nam & in antiquis, & in excuſis libris pro *forum*, *Eorum* ſcriptum erat. *Victorius.*

11. *Cum concio.*) Quum multitudo, quæ a me nominatim, ut id decernerem, poſtularat. al. *continuo.* al. *quum populus.* fortaſſe rectius, quum paulo poſt dicat, *habui concionem* ita, ut nondum concio, quæ data non ſit, vere appellari poſſe videatur: κακέμφατον præterea ſic vitatur; quamvis Cicero non ſemper fugiat, ut *quum Coſſ.* ep. ſeq. *quum commodiſſime*, ep. 8. lib. 1. *qua quæſita*. Phil. 1. *Corrad. Cum continuo.*) Prætuli lectionem Decurtati vulgatæ: hoc eſt pro, *concio*, excudendum curavi. *continuo.* nam ἀπὸ κοινοῦ repeti debet, *multitudo*. Boſius. Balliolenſis etiam pro *cum concio* habet, *continuo*. Grævius.

12. *Habui concionem.*) Videtur eſſe oratio, quæ exſtat, poſt reditum ad Quirites. quod ſi ita eſt, præpoſtere factum ab iis, qui eam ante orationem in ſenatu habitam collocarunt: cum pateat ex hac epiſtola, poſt fuiſſe collocandam. *P. Manut. Habui concionem: omnes magiſtratus.*) Non illam orationem, quæ extat poſt reditum ad Quirit. ſed diverſam. hæc enim habita eſt de caritate frumenti, in illa de ea re tenuis eſt mentio, & ea, quæ oſtendat potius vilitatem fuiſſe: & veriſimile videtur, Ciceronem ſi minus, antequam Senatui gratias ageret, certe non poſt aliquot dies illam habuiſſe, ſed ſtatim, quum Senatui gratias egiſſet: ut alias conjecturas mittam. *Corrad. Habui concionem quam omnes magiſtratus.* Ita eſt in manuſcripto, cum in aliis deſit *quam*. Urſinus.

13. *Pompejo.*) Hiſtoriæ ratio, parum diligenter ſupputata, fefellit eos, qni Pompejum hoc tempore proconſulem appellant. nam, quod Cæſare lib. VI. Pædiano in commentario Milonianæ. Dione lib. XXXIX. teſtibus utuntur, infirmum eſt. data enim Pompejo eſt utraque Hiſpania rogatione Trebonia; quo anno conſul iterum fuit cum Craſſo: & poſt conſulatum ad urbem cum imperio

v nominaverit MS. pejo postulanti negarunt. ille legatos quindecim cum postularet, me principem v nominavit: 14 & omnia me alterum se fore dixit. legem consules conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur: 15 alteram Messius, qui omnis pecuniæ dat potestatem, & x adjungit classem & exercitum, & majus imperium in provinciis, quam sit eorum, qui eas y obtineant. illa nostra lex consularis nunc modesta videtur; hæc z Messii non ferenda. Pompejus illam velle se dicit, familiares hanc. Consulares, duce a Favonio, fremunt: nos tacemus, & eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc pon-

x adjunxit *alii.*

y obtinebant *MS.*

z Messæ *MSS.* P. LIV.

a Faonio *alii.*

rio mansit, Hispaniarum administratione tribus legatis, Afranio Petrejo, Varroni, mandata. de quo tempore Cæsarem, Pædianum, Dionem loqui, libros eorum qui diligenter inspexerit, intelliget. hanc autem epistolam biennio ante secundum Pompeji consulatum, Lentulo, & Metello coss. esse scriptam, quis non videt? Privatus igitur erat hoc tempore Pompejus. *P. Manut.*

14. *Et omnia me alterum se fore.*) Quum sic viderim esse in Balliolensi membrana, ex aliis MSS. idem notet Malaspina; etiam particula *ad* incommode suppleat, quod in pulcherrimo illo Græcismo latet; non dubitavi, quin ea non venisset ab Cicerone, & ideo deleri deberet, ut delevimus. plane ut Macrobius lib.vi. Saturn. 8. dicit *Ænean omnia pium*. Etiam epistola 4. videtur scripsisse, *quibus Tyrannio utatur glutinatoribus ac cætera administrit*. Gronovius. Malaspina conjicit: *Me principem nominavit, & omnino alterum se fore dixit.*

15. *Alteram Messius.*) Nisi *Messinius*, qui tunc erat Tribunus pleb. legatur, non video, qui privatus conscribere legem posset Nam etsi Messius Pompejo fuit familiaris, ep. 15. lib. VIII. illum tamen ego inter eos, qui magistratum tunc gerebant, numerari non video orat. post reditum in Senat. nisi forte Ædilis erat, ut significat Hirtius de Bell. Afr. unde cognoscimus duos fuisse Messios, alterum Pompejanum, alterum vero Cæsarianum al. *Messala*, quod nec multum placet, quod is erat privatus & consularis, & hic magistratum gerebat, quum legem scriberet, & a Consularibus separatur. *Corrad. Alt. Messinius* videtur legendum potius, quam, *Messius*, ut recte existimat Manutius; quamquam malim, *Mescinius*, quam *Messinius*. Sed codices Memm. plane habent, *Messallaisque*: a qua scriptura non longe abest Bessarionis liber, quo usus est Manutius. *Lambin. Mescinius* est in veteribus denariis, *L. Mescinii*, *L. F. Rufi*, quem puto filium fuisse *Mescinii* hujus Trib. plebis. In aliquibus manuscriptis est *Messalla*, pro *Mescinius*, & paullo post, *hac non ferenda*, sine nomine *Mescinii*. Ursinus. Sed *Messius* retinuit ex suis libris Bosius, idque retinendum ostendit Pighius in Annal. ad annum U. C. DCXCVI. & hoc loco & in oratione post reditum in Senatu. *Grav.*

16. *Ut*

pontifices b responderant. qui si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus; superficiem consules ex senatus consulto æstimabunt: c sin aliter, demolientur; suo nomine locabunt; rem totam æstimabunt. Ita sunt res nostræ; ut in secundis, fluxæ; ut in adversis, bonæ. In re familiari valde sumus, ut scis, perturbati. præterea sunt quædam domestica, quæ litteris non committo. Quintum fratrem, insigni pietate, virtute, fide præditum, sic amo, ut debeo. Te exspecto; & oro, ut matures venire; eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non sinas. alterius vitæ quoddam initium ordimur. d jam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipiunt præsentibus occulte irasci; aperte invidere. vehementer te requirimus.

b responderunt *Brut. ed.*

c *novem seqq. voces non sunt in MS.*

d nam *alii*

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

Si forte rarius tibi a me quam a ceteris litteræ redduntur, peto a te, 16 ut id non modo negligentiæ meæ, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officii mei. nam ut veni Romam, iterum nunc sum certior factus esse, cui darem litteras. itaque has alteras dedi. prioribus tibi declaravi, adventus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent, ut in secundis, fluxæ, ut in adversis, bonæ. Post illas datas e litteras, secuta est summa contentio de domo. diximus apud pontifices pridie Kal. Octobres. acta res est ac-

e *alii non habent* litteras.

16. *Ut id non modo negligentia.*) Victorius alteram negationem addidit hoc exemplo, *ut id non modo non negligentia mea.* quo pacto legitur in plerisque libris excusis. sed liquido jurare possum ab omnibus meis antiquis abesse alterum *non.* & sane quandoque cum apud alios veteres auctores Latinos, tum apud hunc nostrum, *non modo*, scriptum reperias in bonis exemplaribus, pro, *non modo non*; ut epistola quincta lib. XIV. *qui orbis terra custodiit non modo septi, sed etiam vagi esse debebant.* quo loco nos plura de hoc loquendi genere. *Bosius.* Hinc nec in Balliol. nec in Helmstad. alterum *non* scriptum extat. Plura autem hujus locutionis, cum *non modo* ponitur pro *non modo non*, exempla reperies apud Muretum Var. lect. x. cap. 7. & Manut. ad epist. 9. ad Fam. lib. 1. *Grav.*

17. *Ita-*

f nunquã alii. g doloris magn. alii. P. B. h itaque si MS. forte ita, quodsi Verb.

accurate a nobis : & si [f] umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si umquam alias fuimus, tum profecto [g] dolor & magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. [17] itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest : quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito : Cum pontifices decressent, [h] ita, SI NEQUE POPULI JUSSU, [18] NEQUE PLEBIS SCITU, IS QUI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRÆFECTUS ESSET, NEQUE POPULI JUSSU, AUT PLEBIS SCITU ID FACERE JUSSUS ESSET; [19] VIDERI, POSSE SINE RELIGIONE

20 EAM

17. *Itaque oratio jubet, ut in nostra fortunæ casu quod debere.*) Considera quæso, optime lector, quot maculis respersus fœdatusque fuerat hic locus. Quod enim nonnulli non intellexerant hanc sive scripturam, sive locutionem, multis additis parum aptis dictionibus, adeo hunc locum perverterant, ut sine bonorum librorum auxilio nullo modo emendari potuisset. Nec tamen negamus, esse etiam in illis aliquantulum importune dissolutam fractamque hanc vocem *Juventuti.* sic enim est in antiquis, *Itaque oratio jubent uti nostra debere non potest.* Quod si verbum illud stulte dissectum, iterum componas, nullus scrupulus restabit. quam enim passim *B* pro *V* capi solitum esset, omnibus jam notum est. Non debere autem orationem juventuti intelligit, quia tam perfectam illam esse sciebat, ut juventus nihil aliud desiderare posset. Quæ enim scribebat, juventutis studio incensus scribebat, ut ipse alibi inquit : Qui autem, quod a se expectatur postulaturque, exacte præstat, is non amplius debet. Quod si, *Deberi non potest*, scriberes, hic esset sensus longe melior meo judicio, Ciceronique magis familiari & consueta locutione: *Oratio non potest deberi juventuti* : id est, nos cogimut orationem ipsam edere, juveututique nostræ, ut sit unde discat, describendam dare. Cicero in extremo libro Tusculanarum quæstionum : *Sed tibi hoc video non posse deberi*. Item libro tertio de Oratore : *An me tam impudentem esse existimatis, ut vobis hoc præsertim munus putem diutius posse debere?* Et de Legibus, libro secundo : *Praclare exigis Quinte, at ego effugisse arbitrabar, & tibi horum nihil deberi potest.* Victorius. *Itaque oratio juventuti nostra deberi non potest.*) Restitutio hæc Victorio debetur, in cujus msf. scriptum erat, *Itaque oratio jubent uti nostra debere non potest* : Idem etiam legi in Tornæs. asserit Lambinus, cui hæc emendatio probatur. prius legebatur, *Itaque oratio jubet, ut in nostra fortuna casu. &c.* Cletic.

18. *Neque plebis scitu.*) Bosius ex Decurtato & Tornæsiano reposuit, *neque plebis scitu is qui se dedicasse diceret*; & mox, *aut plebis scitu id facere jussus esset.* vulg. *plebiscito*. Idem.

19. *Videri posse sine religione eam partem area.*) *Videri*, dixit, ex prisca consuetudine, qua in ferenda sententia Judices; etiam id quod scirent, videri dicerent, de qua in extrema quarta Academica, idem sic Cicero : *Quam rationem majorum etiam comprobat*

di-

[20] EAM PARTEM AREÆ MI RESTITUI; mihi facta statim est gratulatio. nemo enim [i] dubitat; quin domus nobis esset adjudicata. tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. nuntiat [k] jam populo, pontifices secundum se decrevisse; me autem vi conari in possessionem venire. hortatur, ut se & Appium sequantur, & suam Libertatem ut defendant. hic cum etiam illi infimi partim admirarentur, partim irriderent hominis amentiam; ego statueram illic non accedere, nisi cum consules ex senatus consulto [21] porticum Catuli restituendam locassent. Kal. Octob. habetur senatus frequens. adhibentur omnes pontifices, qui erant senatores: a quibus [l] Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, [22] quæsivit, quid essent in decernendo secuti. tum [m] Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis judices pontifices fuisse, legis senatum: se, & collegas suos de religio-

i dubitabat *Manut.*
k inani *MS.*
l Marcellus *MS.*
m M. *non est in aliis.*

diligentia: qui primum jurare ex animi sui sententia quemque voluerunt; deinde ita teneri, si sciens falleret, quod inscientia multa versaretur in vita: tum qui testimonium diceret ut arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset: quaque jurati Judices cognovissent, ut, ea non esse facta, sed ut videri pronuntiarentur. Unde infra hoc eodem libro epistola *Occupationum mearum. Drusus* (inquit) *& Scaurus, non fecisse videntur:* id est, absoluti sunt. Hoc verbum, juris fuisse, idem innuit, ad Trebatium his verbis: *Hoc, quemadmedum vos scribere soletis in vestris libris, idem Q. Corneliæ videbatur*. Malasp. *Videri.*) Est verbum modestiæ, quod servabant in judicando de rebus ambiguis veteres. De Har. Resp. 7. pro Mur. 32. sic etiam in caussis pronuntiabant Judices 11. ℣. 31. v. ℣. 6. in Pison. 14. *J. F. Gronov.*

20. *Jam partem areæ mi restitui.*) Manutius & Corradus, *Eam. Meam* fortasse melius, propterea quod ea esset etiam, ubi erat porticus Catuli. *Malasp.* In manuscripto est, *mi restitui*, ut fortasse legendum sit, *M. T. restitui*. Ursinus.

21. *Porticum Catuli.*) Quam in domo M. Fulvii Flacci eversa de Cimbricis manubiis a Q. Lutatio Catulo factam, P. Clodius cum Ciceronis domo everterat. pro Domo sua. Valerius lib. VI. cap. 3. *P. Manut.*

22. *Quæsivit, quid essent in decernendo secuti.*) Pulchra dicendi ratio, planeque seculi illius aurei finem significans. *Quæsivit*, inquit, *quid essent in decernendo secuti*: hoc est, qui sensus, quod consilium, quæ cogitatio fuerit illorum, cum dixerunt, Videri sine religione partem areæ posse restitui. Videri enim poterant nonnullis, judicasse restitui oportere. Itaque Lucullus ad ea: Pontifices de religione, quod sui fuit officii statuisse; nempe aream om-

ligione statuisse, [23] in senatu de lege statuturos. quisque horum, loco sententiam rogatus, multa secundum caussam nostram disputavit. cum ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere; neque ei finis est factus: sed
n alii IIII. tamen, cum horas [n] tris fere dixisset, odio, & strepitu senatus coactus est aliquando perorare. cum fieret senatus consultum in sententiam Marcellini; omnibus præ-
P. LV. ter unum assentientibus, [24] Serranus intercessit. de intercessione statim ambo consules referre cœperunt. cum sententiæ gravissimæ dicerentur; senatui placere, mihi domum restitui, porticum Catuli locari; [25] auctoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi; [26] si quæ vis

omni religione liberam esse: de lege Clodii constituere ad Senatum pertinere. *Malasp.*

23. *In Senatu de lege. Senatus, quisque h.*) Hanc lectionem & sententia confirmat, & MSS. consensio, Quid autem sit, *loco rogari sententiam*, exponit idem auctor lib. III. de legibus. *Junius*. Qui hunc locum fœdissimis istis deturparunt centonibus non intellexerunt elegantiam τȣ̃ *loco*, quod Ciceroni est suo loco, commodo loco, quo quisque debebat rogari. Cic. 3. de Orat. *Et alia multa, quibus loco positis, grandior atque antiquior oratio videri solet*. Cornif. 4. ad Heren. *Hac inclamatione si loco utimur, & raro, & cum rei magnitudo postulare videtur, ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus*. Terent. Adelph. *Pecuniam loco negligere maximum interdum est lucrum*. Cicer. Verr. 8. *Ut hac ipsa adilitas, non quia necesse fuerit; alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, recte collocata, & judicio populi in loco posita esse videatur*. Ubi itidem male inculcarunt scioli *digna loco*; sed *digno* dudum suffragantibus libris melioribus eruditi deleverunt. *Grav.*

24. *Serranus.*) Sext. Attilius Serranus Tribunus pl. ep. sup. *Corrad. Seranus* scribendum est unico *r*, licet in veteribus denariis Atiliæ gentis inveniatur *Saranus*. Ursinus.

25. *Auctoritatem ordinis.*) Voluntatem senatus de Ciceronis domo, & Catuli porticu. quam appellat *Auctoritem ordinis*, quia senatus consultum fieri non potuerat, intercedente tribuno pl. Sic in epistolis ad Lentulum *Senatus auctoritas* dicitur, cum senatusconsultum fieri ob intercessionem tribuniciam non potuisset. *P. Manut.*

26. *Siqua vis esset facta.*) Plerique meorum, *Siqua*. Priscianus quidem lib. V. cum illorum opinionem refellit, qui *Siquis*, *Nequis*, *Aliquis*, ad imitationem Græci εἴ τις, enclitice prolata putabant, ostendit *Siqua* dicendum esse: propterea quod Enclisis corrumpere dictiones non soleat: corruptas porro esse *Siqua*, *Nequa*, illud palam facere, quod simplex illorum, *Qua*, non *Qua* sit. Cujus si vera sententia est, multa erunt hujusmodi in libris Ciceronis emendanda. Nam infra lib. XII. ep. 4. De Cælio, *vide quaso, ne qua lacuna sit in auro*. Et lib. XVI. epistola: *Bina uno die.*

Et

vis esset facta, senatum existimaturum, ejus opera factum esse, qui senatus consulto intercessisset: Serranus pertimuit; & [27] Cornicinus ad suam veterem fabulam re-

Et metuo, ne qua Ἀῤῥεψίᾳ me absente. Et eodem libro. epist. *Ita ut heri. Quam ob rem, etsi magis est, quod tibi gratuler, quam quod te rogem: tamen etiam rogo: ut si qua minus antea propter infirmitatem ætatis constanter ab eo fieri videbantur: ea judices illum abjecisse.* Multa sunt hujus generis, tum in his libris, tum reliquis illius, aliorumque scriptis: quæ quo plura sunt, eo mihi fidem majorem faciunt, utrunque recte dici, quemadmodum *Siqui*, & *Nequi*, pro *Siquis* & *Nequis* in singulari numero: eoque magis, quod in Terentiana Heautontimorumeno, Prologus, *Siqua* scripsit, his trimetris,

Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt seni.
Siqua laboriosa est, ad me curritur:
Sin levis est, ad alium defertur gregem.

Nec me fugit in impressis legi *Siqua*, sed ut emendem *Siqua*, & vetustorum exemplarium auctoritas, & carminis ratio facit, quæ jambum fere in prima sede, aut Spondeum efflagitat, cum *Siqua*, Trocheus fit, ut illud Catulli manifestat,

Siqua recordanti benefacta priora, voluptas
Est homini, cum se cogitat esse pium, &c.

Quinimo, *Qua*, pro eo quod est *Aliqua*, vel dissecta compositione, vel prorsus sine *M* invenitur. Cicero enim ad Sulpicium, libro Epistolarum ad Memmium. *Sin autem propter verecundiam suam, minus se tibi obtulit, aut eum nondum satis habes cognitum; aut qua caussa est, cur majoris commendationis indigeat: sic tibi eum commendo, &c.* Et Varro de Lingua Latina, in fine lib. IV. *Ab eo Ennius scribit, Pœni stipendium pendunt. Ab eodem are impendendo, dispensater: & in tabulis, scribimus expensum: & inde prima pensio; & sic aut secunda, aut qua alia.* Quo in loco, ne Ciceronis tantum videamur habere rationem: pro *Impendendo*, *Dispendendo* puto legendum, unde *Dispensator* fiat; *Dispendere* enim est, pendendo distribuere, quod ad dispensatorem, hoc est, οἰκονόμον pertinet: vel certe *Pendendo*, sine præpositione. *Siqui* vero, & *Nequi*, pro *Siquis*, *Nequis* dictum priscis fuisse; hoc quoque, nequid, quod ad hanc rem pertineat, quodque utilitatem aliquam juventuti afferat, omittamus: exemplis est hisce probandum. Idem pro Cluentio: *Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio, siqui natus esset: ab secundo herede, nihil legat.* Et pro Sylla: *Atque illud etiam addam, nequi forte incipiat improbus, subito se amare Torquate, &c.* Item pro eodem: *In quo ego, tam subito & exiguo & turbulento tempore, multa divinitus, ut dixi, non mea sponte providi: primum, nequi posset tantum aut de Reip. aut de alicujus periculo meminisse, quantum vellet, &c.* Denique infra lib. VII. ep. 9. *subito consilium cepi, ut antequam luceret, exirem: nequi conspectus fieret, aut sermo.* Atque hæc hactenus. *Malasp.*

27. *Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit.*) Cn. Oppium significat. nam Cornicen Oppiorum cognomen fuit: ut apud Li-

rediit; abjecta toga, se ad generi pedes abjecit. ille noctem sibi postulavit; non concedebant. reminiscebantur enim kal. Januar. [28] vix tamen sibi de mea voluntate concessum est. postridie senatus consultum factum est id, quod ad te misi. deinde consules porticum Catuli restituendam locarunt: [29] illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. nobis superficiem ædium consules de consilii sententia æstimarunt H-S vicies; cetera valde illiberaliter: Tusculanam villam [30] quingentis millibus; Formianum H-S ducentis quinquaginta millibus. quæ æstimatio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam a plebe reprehenditur. dices, quid igitur causæ fuit? dicunt illi quidem, pudorem meum, quod neque negarim, neque vehementius postularim. sed non est id. nam hoc quidem etiam profuisset. verum iidem, mi T. Pomponi,

iidem

vium libro III. *Ad veterum* autem *fabulam* ideo dicit, quod etiam antea idem Oppius hunc ipsum generum suum, Kalendis Januariis, quo die P. Lentulus cos. retulit de restitutione Ciceronis, intercedentem suppliciter rogarat, ut desisteret: quod tamen non impetravit: idque omnino caussæ fuit, serius ut Cicero restitueretur. in oratione post reditum ad Quirites, & pro Sextio. *P. Manut.*

28. *Vix tamen sibi.*) *Vix tandem*, magis placeret. *Sibi* multi delent, quasi vero semper Laurentio Vallensi sit credendum, qui locutiones hujusmodi non probet. *Corrad.* Faernus delebat *sibi*, auctoribus (ut credo) antiquis libris. In fine epistolæ deest verbum *sensere*, ut integra lectio sit, *Præsentes sensere ii*, *&c.* Ursinus.

29. *Illam porticum.*) Necesse erat, ut redemptores, si eversam Catuli porticum restituere vellent, prius partem atrii Libertatis demolirentur. nam in ea porticu, quæ Ciceronis ædibus continens erat, itemque in ipsius Ciceronis ædium parte, atrium Libertatis Clodius ædificaverat. *P. Manut.* *Illam porticum.*) Quæ illa sit, nescio. Libertas non habebat porticum, sed legendum puto pro *porticum illam* πόρνην vel πορνίδιον. Nam quam pro statua libertatis Deæ ibi posuerat Clodius, ea fuerat imago Tanagreæ meretricis. pro Dom. c. 43. *J. F. Gronov.*

30. *Quingentis millibus.*) Duodecim aureorum millibus, & quingentis. *Corrad.* Hanc æstimationem Tusculani exiguam & illiberalem fuisse intelligitur ex Declamatione Sallustiana, in qua objicitur Ciceroni quod Tusculanum & Pompeianum infinito sumptu ædificasset. Et vero ambitus loci, fornices subterranei, ceteræque ruinæ Tusculani, quæ etiamnum visuntur in agro Romano eo loci ubi est monasterium monachorum, Italico sermone *La grotta ferrata* dictum, magnificentiam ejus testantur. *Popma.*

31. *Pen-*

iidem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi [31] pinnas inciderant, nolunt easdem renasci: sed, ut spero, jam renascuntur. tu modo ad nos veni: quod vereor ne tardius interventu Varronis tui nostrique facias. Quoniam acta quæ sint habes: de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me a Pompejo legari [o] ita sum passus, ut nulla re impedirer, [p] quod [q] ne, si vellem, mihi esset integrum, aut, si comitia censorum proximi consules haberent, petere posse; aut votivam legationem [r] sumpsisse [32] prope omnium fanorum, lucorum. sic enim nostræ rationes [s] [33] postulabant. sed volui meam potestatem esse vel petendi, vel ineunte æstate exeundi: & interea me esse in oculis civium, de me optime meritorum, non alienum putavi. Ac forensium quidem rerum hæc nostra consilia sunt; domesticarum autem valde impedita. Domus ædificatur. scis, quo sumptu, qua molestia [t] reficiatur Formianum; quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum [34] proscripsi: suburbano [v] non facile careo. amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit

[o] ita deest in MS.
[p] alii quin.
[q] nisi vel MS.
[r] alii suscipe-rem. P. B.
[s] alii addunt utilitates meæ.
[t] alii reficitur.
[v] non deest in MSS.

31. *Pennas inciderant.*) Scrib. MSS. ubique *pinnas* habent, sic est discrimen inter *pinnas* & *pennas*: Qui me debilitarunt & ad pauperiem redegerunt, nolunt me recipere pristinas opes; atque iis fretum liberius ac ferocius agere. sic *πτεροτρύειν aliquem* id est *pennas alicui fluere* eleganter dicunt Græci, cujus bona sublabuntur & quasi diffluunt. Aristoph. in Avib. p. 545. in fol. *J. F. Gronov.*

32. *Prope omnium fanorum ac sacrorum locorum.*) Hic locus imminutus decurtatusque est in manuscriptis codicibus, quem tamen, ut in vulgatis est, conservavimus. In illis autem scriptum est: *Prope omnium fanorum locorum*. Victor. Deleo *Fanorum*, & ne Fana a locis sacris videamur excludere: & quia (si veterum librorum scripturam animadvertimus) librariorum culpa factum arbitror, ut illud intruderetur. Ea est enim hujusmodi: *Omnium fanorum locorum*. quæ cum absurda sit, ut ex errore gignitur error, *Et sacrorum* posteriores agglutinarunt, ubi opus fuerat, *Fanorum*, in *sacrorum* mutare. Atque in hoc quidem Corradum sequor. *Malaspina*.

33. *Postulabant.*) Ut legationem a Pompejo delatam acciperem: quod futurum esset quasi vinculum arctioris cum potentissimo viro amicitiæ. in quo statuo firmum præsidium mihi esse constitutum ad impetus inimicorum ep. 9. lib. 1. Fam. *P. Manut.*

34. *Proscripsi.*) Hoc non reficio, ut Formianum, sed venditurus proscripsi. Proscribit enim domum, aut fundum, aut quidvis hujusmodi, qui divulgato scripto se esse venditurum significat. hinc Proscripti, quorum nomina in tabula palam constituta lege-

buit præter dedecus : quod 35 sensisti tu absens ; præsentes , quorum studiis ego & copiis , si esset per meos defensores licitum , facile essem omnia consecutus. quo in genere nunc vehementer laboratur . Cetera , quæ me sollicitant , μυστικώτερα sunt. amamur a fratre & a x filio. te exspectamus.

x alii filia.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

y te alii non habent.
z tum alii.
a aliis deest mea.
b quod alii.
c scribantur MSS.
d alii modo.

HAVERE y te certo scio, z cum scire, quid hic agatur , tum a mea a me scire ; non b quo certiora sint ea , quæ in oculis omnium geruntur , si a me scribantur , quam cum ab aliis aut c scribuntur tibi aut nuntiantur ; verum ut perspicias ex meis litteris , quo d animo ea feram , quæ geruntur ; & qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus , aut omnino vitæ status . Armatis hominibus ante diem tertium non. Novemb. expulsi sunt fabri de area nostra , disturbata porticus Catuli , quæ ex senatus consulto consulum locatione reficiebatur , & ad tectum pæne pervenerat . Quinti fratris domus primo fracta conjectu lapidum ex area nostra , deinde inflammata jussu Clodii , inspectante urbe , e conjectis ignibus , magna querela & gemitu , non dicam f bonorum , qui , nescio , an ulli sint , sed plane hominum omnium. ille vehemens g ruere : post hunc h furorem nihil nisi cædem inimicorum cogitare ; vicatim ambire ; servis aperte spem libertatis ostendere. etenim antea, cum 36 judicium nolebat, habebat ille quidem

P. LVI.
e alii injectis.
f alii bonor. omnium.
g furere alii.
h vero fur. alii.

bantur. ut ad cædem quærerentur, præmio percussori promisso. *P. Manut.*

35. *Sensisti tu absens , præsentes.*) Quod proxime dixit , placet esse dictum de exsulio potius , quam de domo : ut queratur , se sumptui fuisse amicis , non ut dignitatem aliquam , non ut commodum adipisceretur , sed ad sustinendam turpissimam exsulii fortunam. illud enim , *Benignitas exhausta* , de suppeditatis pecuniis accipio . Extrema verba , *Sensisti tu absens , præsentes* , quia suspicor a mendo non abesse, non interpretor. quamquam nihil est adeo mendosum , quin aliquid sententiæ possit extorqueri. sed ego , non ut extorqueam , sed ut eliciam , operam do . *Idem*.

36. *Judicium nolebat.*) *Tollebat*, magis placeret : ut vis intelligatur , qua Clodius a Milone accusatus judicia sustulerat , ante reditum

dem difficilem manifestamque causam, sed tamen causam: id poterat infitiari; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid jure factum defendere. post has ruinas, incendia, rapinas, desertus a suis, vix jam 37 Decimum designatorem, vix Gellium retinet: servorum

ditum Ciceronis ab exsulio. itaque in Oratione pro Milone, *Quis*, inquit, *hoc credat, Cn. Pompejum judicium exspectaturum fuisse in ejus judiciis vindicandis, qui vel judicia ipsa tolleret?* cum de Clodio intelligat. & in senatu post reditum, *Milo Clodium de vi postulavit. postea quam ab eodem judicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere, curavit.* Eodem loquendi genere usus est in oratione pro Sulla. *Autronius*, inquit, *ambitus judicium tollere, ac disturbare voluit, conflato gladiatorum ac fugitivorum tumultu*. P. Manut. *Nolebat.*) Fugiebat, atque adeo, ut multi etiam legunt, *tollebat*. orat. post reditum in Senat. atque idipsum Q. Metello Nepote fratre Cos. App. Claudio item fratre Prat. & Sext. Attilio Serrano Trib. pl. faventibus, qui potissimum exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de Rep. sustulerunt. ep. longa ad Lentul. *Corrad.* Cum lex de reditu Ciceronis lata fuisset, ipseque P. Clodius, studium populi erga illum vidisset: ut comitia impediret, cum gladiatoribus quos C. frater in ludos funebres comparaverat, impressionem fecit; multosque tum vulneribus tum caede multavit. Hujus rei caussa, de vi postulatus a Milone, ne judicium fieret, omni ope contendebat, ut comitia Aedilitia, quorum ipse candidatus erat, ante haberentur, sperans, se, si Aedilis fieret, ut factus fuit, judicium evasurum. Etsi enim nomen ipsius delatum fuerat, Judices tamen sortiti nondum erant, & Metellus Consul, qui Clodio studebat, praetori inhibuerat, ne quod ante sortitionem illam judicium faceret, comitiaque haberi volebat: quae Milo, quo judicium fieret, obnuntiationibus eximebat. Idque est, quod hac epistola scribitur. Historia est apud Dionem, lib. xxxix. *Malasp.*

37. *Decimum designatorem.*) Hic & Sext. Clodius facinorum, & stuprorum P. Clodii erant autores. pro Dom. Designatorem vero dicit vel qui vere designator esset, vel qui unumquemque ad caedem designaret, ut Catilina. orat. 1. in Catil. *Corrad.* Decimus & Gellius asseclae Clodii homines turpes & infames: de illo meminit pro Domo; de hoc Pro Sextio, de Aruspic. respons. In Vatinium. *Designator* est curator & arbiter vel ordinis, vel loci, vel praemii. Varium enim genus erat Designatorum, & errant qui illos ejusdem generis fuisse putant. Nam alii Designatores constituendae funebri pompae praeerant, singulis incedendi ordinem praescribentes; ipsi cum lictoribus atratis circumibant, ut turbam amoverent, teste Donato in Adelph. Terent. Hos intelligit Cicero hic, & Horatius libro primo ep. secunda,

Designatorem decorat lictoribus atris.

Seneca de Benefic. lib. vi. Tertullian. De Spectaculis: Alii loca publica in spectaculis curabant, & viros honoratos per turbam deducebant in suas sedes publico ministerio, ut indicat Prologus

rum consiliis utitur : videt, si omnes, quos vult, palam occiderit, nihilo suam causam difficiliorem, quam adhuc sit, in judicio futuram. itaque ante diem tertium idus Novemb. 38 cum sacra via descenderem, 38 insecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii, hæc improvisa omnia. discessimus in vestibulum i Tettii Damionis. qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. ipse occidi potuit. sed ego diætæ curari incipio ; chirurgiæ tædet. ille omnium vocibus cum se non ad

i *alii addunt* M.

Pænuli, *Neu Designator præter os obambulet*, *Neu sessum ducat*. Denique alii erant præsides & arbitri certaminum : leges & præmia agonistis dabant, Βραβευταὶ Græce appellati. De his loquitur Ulpianus in lib. IV. tit. De his qui notant. infam. *Popma*. Vid. ibi Bud. & Lips. de Amphitheatro 15. & P. Fab. Agonist. lib. XXIII. ex quibus fontibus hæc Popmæ annotatio est hausta, *Græv.*

38. *Cum sacra via descenderem.*) Hæc est omnium antiquorum excusorumque codicum lectio, Aldino excepto, qui *Discederem* habet. Fuit ille quidem in hujus voluminis editione sui dissimilis. Domus Ciceronis in Palatio fuit : descendebat igitur, cum in forum sacra via iret, quod etiam Horatius in Epodo tangit, *Intactus aut Britannus, ut descenderet sacra catenatus via.* Asconius item hoc ostendit pro M. Scauro : *Demonstrasse vobis nemini me hanc domum in ea parte palatii esse, qua cum ab sacra via descenderis, & per proximum, &c.* Plutarchus etiam in vita Ciceronis, προσελθὼν δὲ ὁ Κικέρων, ἐκάλει τὴν σύγκλητον εἰς τὸ Στησίου Διὸς ἱερὸν, ὃν Στάτορα Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὸ Παλάτιον ἀνιόντων. Templum igitur Jovis Statoris in principio sacræ viæ positum esse docet, illis qui ad Palatium ascendunt. *Victorius*. *Cum sacra via descenderem.*) Sic antea emendaram, conjectura ductus : quam scripturam postea Memmianorum codicum, & Turnæsiani auctoritate reperi confirmatam. *Lambin.* De Sacra via vide lib. II. ep. 24. Recte sic restituerunt viri eruditi. Nam quoniam plerique proceres habitabant in collibus & locis editioribus Urbis, hinc *descendere* simpliciter sæpe est in forum ire ex sua domo, prodire in publicum. Cic. II. in Verr. *Postridie mane descendit*; *Agathinum ad se vocat.* Phil. II. *Hodie non descendit Antonius*. Svet. Jul. *Cum mane ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reversurum.* Grævius.

39. *Insecutus est me.*) Alii putant periculum illud Ciceronis intelligi, de quo in oratione pro Milone his verbis : *Hæc eadem sica longo intervallo conversa rursus est in me, nuper quidem, ut scitis, ad Regiam pane confecit*. Ego aliter sentio. video enim hanc epistolam scriptam esse P. Lentulo, Q. Metello coss. orationem autem pro Milone habitam Pompejo tertium consule, id est, quinquennio fere interposito : ut eadem res significari non possit, cum in oratione dicat, *Nuper quidem, quod non diceret de re tanto ante confecta*. P. Manut.

40. *Ad*

ad judicium, sed [40] ad supplicium præsens trudi videret, omnes Catilinas, Acidinos postea reddidit. nam [41] Milonis domum, [42] eam quæ Germalo, pridie idu No-

40. *Ad supplicium præsens trudi.*) Nos quamvis variatum, vel potius depravatum hunc locum in cunctis manuscriptis invenerimus, tamen nihil permutavimus. Verum quia non sine causa tot melioris notæ codices a vulgatis dissentire existimandum est, prætermittere noluimus, quin veterem scripturam, etsi deformatam, notam testatamque relinqueremus. Acrioris judicii viri diligenter considerabunt, an genuina sit vulgata lectio, simulque an verior & sincerior ex hac vetere scriptura elici possit, quæ hic interim notata, nemini molesta erit. est autem hæc: *Sed ad supplicium præsens videri videret*: Victorius. Pro *trudi* est in antiquo libro *videri*, ex quo Pantagathus faciebat *voveri*. Ejusdem est vulgata sequentis loci correctio. *Domum utramque in Germalo*; pro *domum meamque in Ceramio*, & superioris etiam loci, *immanifestamque* pro eo, quod in vulgatis est, *manifestamque*. Ursinus. Ball. etiam & Helmst. *videri*, sic se in omnibus antiquis codicibus reperisse Victorius & Manutius testantur. legendum autem, *ad supplicium præsens vadari*. hoc est, in judicium vocari, ut damnetur. *Vadari* enim aliquem est in jus vocare, diem dicere. Cic. 3. Verr. *Cum Apronius de Leontino usque Lilybeum aliquem vadaretur ex miseris aratoribus*. Orat. pro Quint. *Se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere*. hoc est, neque in jus vocare, neque in jus ire. Horat.

Et casu dum respondere vadato

Debebat, hoc est, respondere adversario qui in jus vocaverat. Plaut. Aulul. 2, 4. *Ut sibi liceret milvum vadarier*. hoc est, diem Milvo dicere. Proprie quidem *Vas*, *vadimonium*, *vadari* dicitur de judiciis privatis, sed & de publicis, seu capitalibus, Auson.

Quis subit in pœnam capitali judicio? vas,

Nam vades qui in judiciis privatis promittebant, eum, qui in jus vocabatur, venturum dicta die, in capitalibus judiciis se supplicium id daturos, quod luendum erat reo, nisi præsto esset, spondebant. Hinc & apud Cicer. *vas mortis* dicitur. Igitur *ad præsens supplicium vadari*, est sic accusari, ut certo constet, eum, qui accusatur, damnatum iri. sic *præsens mors*, *præsens periculum*, *præsens remedium*. Hanc emendationem quin docti probaturi sint nullo dubito. Vocabula *vadari* & *præsens* cum non intelligerent descriptores, aut ineruditi interpretes, mutatum est *vadari* in *videri*. Sed cum in his nullus sensus esset, editores substituerunt vocem ad sensum utcunque accomodatam, sed longissime a vestigiis codicum recedentem satis audacter. *Gravius*.

41. *Milonis domum, eam quæ Germalo.*) Hæc est conjectura Turnebi, quam verissimam putat Bosius, adduciturque etiam antiqua lectione Decurt. quamquam depravata, quæ ita se habet *Geranslo*. Vulgo legebatur *meam Ceramio*, vel *in Ceramio*, sed præpositionem *in*, neque Cavalcantis liber habet, neque Bessarionis: *Ceramio* au-

Novemb. expugnare & incendere ita conatus est, ut
k deductis MSS. palam hora v. cum scutis homines, k eductis gladiis,
alios cum accensis facibus adduxerit. ipse domum P.
l assumserat MS. Sullæ pro castris sibi ad eam impugnationem l sumpserat, tum ex Anniana Milonis domo 43 Q. Flaccus eduxit viros acres; occidit homines ex omni latrocinio
P. B. Clodiano notissimos; ipsum cupivit; 44 sed ilicet interiorem ædium; Sulla se in senatu postridie idus. domi Clo-

tem uterque, sed quid sibi velit hæc vox, ignorat Manutius, conjicitque legendum *in Germalo.* quidam legunt *domum utramque in Germalo*: Malasp. legebat *in Carinis.* Lambinus, *domum eam quæ est in Germalo.* Cleric.

42. *Eam qua Germalo.*) Scilicet in eam domum quæ sita est in Germalo, in loco vel parte urbis, quæ sic vocatur Var. lib. iv. de L. L. p. 16. *Germalum a Germanis Romulo & Remo &c. Qua Germalo* dicit pro *in Germalo*, uti loquuntur de partibus urbis sine præpositione. sic dicitur *habitat Esquiliis* pro *in Esquiliis.* Vide me ad Liv. 21, 28. *J. F. Gronov.*

43. *Quintus Flaccus eduxit viros acres &c.*) Libri manuscripti habent: *Q. Flaccus eduxit viros ac tres occidit homines.* Ursin.

44. *Sed ille se in interiorem partem ædium abdidit. Sulla in Senatu, postridie Idus domi Clodius.*) Et hunc locum mancum invenimus, diminutumque in antiquis exemplaribus: qui multis postea additis verbis suppletus fuit. Nobis rectius visum est, sublatis quæcunque adcreverant, legitimas tantum Ciceronis voces relinquere. Sic enim facilius puto posse veram lectionem investigari. *Victorius.* Pantagathus hunc locum ita legebat, *Sed ille exiit tenente medium Sulla se.* Dein idem Pantagathus, *in Senatu postridie Iduum idem Clodius*: & paulo post, pro *Oppio*, legebat *Appio.* Ursinus. Totum hunc locum ita legendum & distinguendum arbitror, *sed ille se in interiora ædium, Sulla in Senatu postridie Idus, domi Clodius; egregius Marcellinus.* aperta sententia: Clodius cum a Q. Flacco peteretur, se in interiorem partem ædium abdidit, aut proripuit: Sulla postridie Idus in Senatu questus est de vi, quod Clodius domum ipsius occupasset, Clodius ipse domi se continuit, Marcellinus Cos. designatus se virum egregium præbuit adversus Clodium, omnes etiam Senatores acres in illum fuerunt. *Popma.* Balliol. *Sed ille ex interiore ædium. Sulla se in Senatu postridie Idus domi Clodius.* plane ut ex suo edidit codice P. Victorius. Et sic fere Helmstad. *Sed ille in exteriorem ædium Sylla se in Senatu post. Id domi Clodius.* Priora recte constituit Manutius: posteriora etiam in MSS. bene se habent, distinctione prava tantum laborant, quam bene constituit Popma: *se*, quod omnes MSS. agnoscunt, non erat delendum. *Sulla se in Senatu*: scilicet excusavit. Totus itaque locus sic constitutus optime videtur esse, si sic, ut fecimus, ex antiquis libris refingatur: *Sed ille se in interiorem ædium, Sulla se in Senatu postridie Idus, domi Clodius, egregius Marcellinus.* Corradus. Junius, & Bosius hic nihil sani. Mi-
rum

Clodius, egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi tempus exemit, adjuvante m Oppio; etiam hercule familiari tuo: [45] de cujus constantia, virtute verissimæ litteræ. Sestius furere. ille postea, si comitia sua non fierent, urbi minari. proposita Marcellini sententia, quam ille [46] de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam areæ, incendiorum, periculi mei,

m Appio *Manut.*

jurum vero Bosianam emendationem in contextum receptam. *Grævius.* Jac. Gronov. legit *sed ilicet interiorem*.

45. *De cujus constantia, virtute verissima littera Sestii fuere.*) Manuscripti codices, *Sestius furere.* ut sit *furere*, pro furebat: quod frequens est. Debebant tamen a superiori periodo hæc duo verba punctis distingui. Non poterat ullo pacto, inquit, hęc ferre Sestius, ideoque fremebat. Nec tamen hujus lectionis aliud testimonium habemus, quam veterum codicum auctoritatem: quare qui vulgatam sequi mavult, suo arbitrio, me non repugnante, faciat. *Victorius. Constantia.*) Præsertim quum Serranum generum rogabat, ne intercederet. Orat. post reditum ad Quir. & pro Sest. quamquam per notam *Hercule*, videtur significare nescio quem, qui vel *Hercules* diceretur ab illis: vel ipse frequenter hac particula *Hercule*, sive *me hercule*, uteretur, ut ep. 6. h. l. Dein pro *Litera Sestius furere* al. *litera Sestii fuere*: quod magis placet, quum & oratio melius cohæreat, & illis temporibus Sestius non modo literas Orat. post reditum in Senat. sed pueros etiam ad Ciceronem miserit. ep. 17. lib. III. quamvis porro his indignitatibus Sestius furere dici possit. Cicero tamen, mea quidem sententia, furere non diceret virum de se tam bene meritum, etsi non ita multo post illius perversitatem accusavit ep. 4. lib. II. ad Q. fr. *Corrad.* Antonianus liber, & cum eo aliquot alii, *De cujus constantia vita tua verissima littera.* Prorsus enim *tua* vel hujusmodi quippiam desideratur, quod liquescere in proximum nomen, ob vocis similitudinem, sane facile potuit. Qua ratione autem ex *m*, & *vita virtute* fiat, quivis potest videre. Nam ex *m* facto *vi*, & ex *vi*, tu, plena fere dictio erit: quæ absolvetur apiculo; quo *R* notabatur. Omnino mihi oratio manca & mutila, sine pronomine *Tua* vel *Mea* videtur. *Malasp.* Faernus vocem *virtute* mutabat in *viri tua*, legebatque translata interpunctione, *de cujus constantia viri, tua verissima littera.* Pantagathus autem pro *virtute* corrigebat *nutante*, & *Sextius* nomen mutabat in vocem *fratris*: atque ita totum locum legebat: *De cujus constantia nutante verissima littera fratris. furere ille postea.* Ursinus. Invitis Musis τὸ *invita* intrusum fuit a Bosio ex unico Decurtato. Balliolensis, & Helmstad. ut editiones priscæ: *de cujus constantia virtute verissima*; lege: *de cujus constantia ac virtute tua verissima littera.* Grævius.

46. *De scripto.*) Non peregit ore tantum, sed domi conscriptam orationem, allatamque recitavit in senatu, ne qua in re memoriæ periculum adiret, ut solebant interdum facere in gravioribus caussis. Ac. 10. Fam. 13. *J. F. Gronov.*

47. *Pre-*

judicio complecteretur, eaque omnia comitiis antefer- a super omn. MS. ret: 47 proscripsit, a se per omnes dies comitiales 48 de cælo

47. *Proscripsit.*) An Marcellinus? rationes adversantur duæ, consuetudo Latini sermonis, & mos legitimus auspiciorum. primum, cui probatur hoc, vel mediocriter Latinæ linguæ perito? Proposita Marcellini sententia, proscripsit Marcellinus, se per omnes dies comitiales de cęlo servaturum. deinde, servare de cælo, cum magistratum hoc tempore Marcellinus non gerat, prorsus ei non licet. id aperte declarat Varro, cujus hæc recitat Nonius verba, ex libro Rhetoricorum XX. *Eo die cis Tiberim redeundum est, quod de cælo auspicari jus sit nemini, præter magistratum.* Nisi si quis adeo peregrinetur in reb. Romanis, ut ideo magistratum gerere Marcellinum putet, quia sit consul designatus. in quo fuit quidem auctoritas major aliquanto, quam in ceteris privatis: itaque sententiam in senatu primi rogabantur consules designati, deinceps autem magistratus, pretores, ædiles, reliqui; sed potestas tamen nulla: unde illud in Pisonem, de Metello Celere, consule designato: *Quod potestate nondum poterat, auctoritate obtinuit.* Preterea non sella curuli, non pretexta, non viatoribus, non lictoribus, ne servis quidem publicis, quod equidem legerim, fandove audierim, consul designatus utebatur. quod si neque potestatem habet, nec ea, quę magistratus insignia sunt; sequitur ut magistratus non sit: & si hoc, simul illud: ut Marcellinus non proscripserit. Quis igitur? Sextius, opinor, de quo dixit paullo ante; *Sextius furere.* Is autem, cum tribunus pl. esset hoc anno, quod ignorare arbitror neminem, poterat servare de cęlo. non enim majoribus tantum, sed minoribus etiam magistratibus id licebat. Id ostendit Cicero Philipp. 2. cum ait: *Nos nunciationem solum habemus, consules, & reliqui magistratus etiam spectionem.* apertius etiam Gellius lib. XIII. cap. 14. *In edicto,* inquit, *consulum, quo edicunt, quis dies comitiis centuriatis futurus sit, scribitur ex vetere forma perpetua; ne quis magistratus minor de cælo servasse velit.* Quibus etiam ex verbis perspicuum fit, quo die de cęlo servaretur, eo die fieri comitia non potuisse. Erant omnino leges, ne comitiis magistratuum de cęlo servaretur: quod in 2. in Antonium declarat his verbis: *Quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de cælo servare constituit? quod neque comitiis licet per leges, & si quis servavit, non, habitis comitiis, sed, prius quam habeantur, debet nunciare.* Vetabant igitur leges, comitiis magistratuum de cęlo servari, sed, quia sępe leges contemnebantur, ideo consules edicto etiam id prohibendum putabant. nam, si leges valuissent quid erat, cur edictum adderent? Nec longe absunt exempla auspicantis de cęlo magistratus, contra quam legibus cautum erat, ut comitia impedianrur. nam hoc ipsum, *Proscripsit se per omnes dies comitiales de cælo servaturum,* non ad injiciendam comitiis ędiliciis moram spectat? Milo autem, cum obnuntiat Metello consuli, non eadem caussa obnuntiat? Poterat autem, quia tribunus pl. erat. Comitii vero, quibus leges ferrentur, servari de

cælo servaturum. conciones turbulentæ Metelli, [o] temerariæ Appii, furiosissimæ Publii. hæc tamen summa; [49] nisi Milo in campum [50] obnuntiasset, comitia futura. ante diem XII. kal. Decemb. Milo [p] media nocte [51] cum magna manu in campum venit. Clodius, cum haberet fugitivorum [52] delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permansit ad meridiem mirifica hominum læ-

o temeritate o *MS.*

p *alii* ante mediam noctem.

[illegible]

de cęlo licuisse cognoscitur ex oratione de provinciis *P. Manut.*

48. *De cælo servaturum,*) Ne agi cum populo possit. nam libri Augurum negant fas esse, agi cum populo, quum de cœlo servatum sit. orat. pro Dom. ita dies comitiales eximentur, ut ep. 4. lib. II. ad Q. fr. & judicium constituetur, ut sententiam dixit Marcellinus. ep. 1. lib. II. ad Q. fr. *Corrad.*

49. *Nisi Milo in campum obnuntiasset.*) Cum libro Cavalcantis; a quo minimum differt Bessarionis liber, (habet enim, *Miloni campum*) ita lego, priore lectione repudiata; cujus, ut mihi quidem videtur, ejusmodi sententia est, ut a veritate dissentiat. neque enim quisquam erat, qui Miloni obnuntiaret, (quippe, tribunus pl. cum esset, comitiorum ędiliciorum ejus non ad eum, sed ad Metellum consulem pertinebat) verum ipse Metello consuli obnuntiabat, ut comitia, quibus ędilitatem Clodius petebat usque eo protruderet, quoad judicium ante fieret de vi, nihil dubitans, quin eo judicio Clodius condemnaretur, preterea, si legas, ut antea, C. Appius, prenomina simul erunt duo, quę esse non possunt. Nam, quod ad locutionem attinet, *Obnunciare in campum*, me quidem non offendit; cum etiam verbo, *Nuntiare*, quandoque veteres eadem ratione uterentur & in loco, & ad locum; ut, *Ponere in gratia*, & *in gratiam*; *Esse in potestate*, & *in potestatem*. quod Gellius observavit lib. I, cap. 7. Sic, *Nuntiatum Romam esse*, dicit Cicero in epist.ad D.Brutum, *Nuntiatur donum*, in Verrem, & Plautus in Trunc. *Magna nuntias ad me gaudia*. P. Manut. *In campum.*) In campum Martium, ubi comitia habere solent. ep. 2. lib. II. ad Q. fr. al. Miloni C. Appius. *Corrad. Campo* est in antiquo: & *Metellus* paulo post, pro *Marcellus*. Ursinus.

50. *Obnuntiasset.*) Ut comitia impediret ita, ut judicia fierent, quibus Clodium de vi postularet. obnuntiat porro, qui rem malam nuntiat. nam proprie obnuntiare dicuntur Augures, qui aliquid mali ominis, servumque viderint. Donat. in Adelph. ut fulmen, quod comitiorum est vitium, quum nefas sit Jove tonante, fulgurante comitia populi habere lib. II. de Divin. *Corrad.*

51. *Cum magna manu.*) Balliol. & Helmstad. *magnâ manu in campum venit.* Hęc ellipsis Ciceroni non est infrequens, ut & Livio. Hic lib. V. *Quod restat, nisi jam novis copiis veniat.* & lib. XXVII. *Advenit Livius omnibus copiis.* Virg. *Venit vi pontus, & undis.* Paulo post in hac epistola: *Milo permansit ad meridiem mirifica hominum lætitia*. Grevius.

52. *Dejectas.*) Placet ut legatur, *delectas*, pro *dejectas*. Ursin.

53. *Fra-*

lætitia, summa cum gloria. contentio [53] fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse, quod in campum nocte veniretur: se hora prima in Comitio fore. itaque ante diem XI. q Kal. in Comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deviis currebat: [54] assequitur inter lucos hominem Milo: obnuntiat. ille se recepit, magno & turpi Q. Flacci convicio. ante diem X. Kal. nundinæ. concio biduo nulla. ante diem VIII. kal. hæc ego scribebam, hora noctis nona. Milo campum jam tenebat. Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nunciabatur: [55] paucis pannosis linea laterna. meo consilio

q alii Kal. Januar.

P. LVII.

53. *Fratrum trium.*) Metelli, Appii, Publii. & Metellum etiam in oratione pro Domo sua P. Clodii fratrem appellat. idque ob eam rationem, quod Cæcilia mater fuerat Appio, & Publio, soror autem duobus Cæciliis, ei, qui Metellum Nepotem, & ei, qui Celerem genuerat, ita duo Metelli, Nepos, & Celer, Appio, & Publio Clodiis fratres erant patrueles. nam & in oratione pro Cœlio, *Quonam modo*, inquit, cum de Celere loquitur, *furenti fratri suo patrueli consularis restitisset, qui consul incipientem furere, atque conantem, sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit?* Ipsos autem Metellos, Celerem, & Nepotem, fratres fuisse, ex duabus ep. lib. V. Fam. notissimum est: germanos fuisse ideo non existimo, quod Quincti prænomine uterque utebatur. fratribus igitur geniti: quorum soror App. Claudio nupserit, qui postea Appio, & Publio pater fuit. *P. Manut.*

54. *Assequitur inter lucos hominem Milo:*) Ante quam ille in campum perveniret, eum assequitur Milo inter lucos, qui multi sunt præsertim in regione Esquilina. Varr. de Ling. Lat. & P. Victor. reg. 5. *Corrad.* Fortasse, ubi a Romulo conditum Asylum fuit, Capitolium inter & campum, ex ea parte scilicet clivi ejus, quæ est comitio & foro Romano opposita. Ita enim Livius libro primo: *Locum qui tunc septus densis sentibus, inter duos lucos est, Asylum aperuit:* non secus ac Dionysius: τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε Καπετωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, μεθόριον δυοῖν δρυμῶν. De Esquilinis lucis, vix est ut possit intelligi, qui prorsus a campo Martio recedunt. *Malaspina.* Recte Malaspina. Meminit hujus loci etiam Cicero 2. de Nat. Deorum: *Deos enim ipsos jocandi caussa induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos ob metum ruinarum.* Et Ovid. III. Fast. canit in illo spatio Vejovis templum fuisse:

Una nota est Martis nonis sacrata quod illis
Templa putant lucos Vejovis ante duos. Grævius.

55. Pau-

lio omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo heroe esset animi, quantum etiam consilii. miranda virtus est. nova quædam divina [1] mitto. sed hæc summa est. comitia fore non arbitror. [56] reum Publium, nisi an.

[1] mittite MSS.

55. *Pauci pannosi sine laterna.*) Nescio an hic locus corruptus sit, non parum certe timeo: Vetus noster codex sic habet, *Paucis pannosi sine alanterna.* ut nihil relinquamus eorum quæ in illo diversa sunt, maximeque ubi mendi suspicio est, ut aliorum industria, quum nobis non licuit, aliquando possit præclarus hic auctor hac etiam parte juvari, & purgari. *Victorius. Sine laterna.*) Ut eorum, qui Clodium exspectabant, ignobilitas, & infima conditio notetur, qui sine laterna noctu præstolarentur. *P. Manut. Paucis pannosis linea laterna.*) Sic emendavit Bosius, ut disertim scriptum erat in Decurtato. Victorius testatur, in vetere suo codice legi, *paucis pannosi: sine alanterna.* Lambino teste quidam legi volunt, *sine lacerna*, dicitque veteres libros fere omnes, *sine lanterna*, aut *alanterna.* sed mendose: vulgata lectio quam retinet Junius, *pauci pannosi sine laterna.* Cleric. illustrat hunc locum pater citatione ad Bacchides Plauti III. 3, 42. *Gronov.*

56. *Reum Publium: nisi ante occisus erit, fore a Milone puto.*) Nos, nisi fallimur, auctoritate meliorum codicum moti, melius hunc locum restituimus. transpositæ erant dictiones, puncta perperam collocata, quædam etiam vox temere inculcata. Non enim primo dicit, *nisi ante occisus erit a Milone*, sed *reum Publium fore a Milone puto.* κατὰ παρένθεσιν autem, *nisi ante occisus erit. Reum* autem *a Milone*, id est, Milone accusatore. non autem primo pronuntiat a quo occidi debeat, sed indefinite (*nisi ante occisus erit*) inquit. a pluribus enim periculum mortis Clodio impendebat, siquidem tam seditiose se gerebat, ut singulis diebus mors ei instaret. quod etiam supra hac epistola dixit. *ipse occidi potuit.* M. etiam Antonius Clodium interficere voluit, cum gladio stricto eum insecutus est, negotiumque transegisset (ut inquit Cicero in 12. Philippica,) nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, iisque oppilatis impetum Antonii compressisset. Ariolatur autem a Milone occisum iri, si se interim ei obviam obtulerit, id est, antequam in judicium ab eo vocatus sit. Est autem aliquantum perversionis in hac altera parte: unde nonnulli ex re gesta, *Ituro Lanuvium*, restituerunt. Nos parcius (vetere scriptura diligenter considerata) *Si se interim obviam obtulerit*, scripsimus. Quia tamen falsa nostra conjectura esse potest, veterem scripturam hic omnibus discutiendam proponimus: ut si cui nostrum judicium displicuerit, ipse habeat, ubi ingenium suum exercere possit. Est autem hæc: *Si sentitur vejam obtulerit.* Victorius. Fallitur Lambinus graviterque peccat. Tum non præturam Clodius, sed ædilitatem petebat, ut notum ex iis quæ leguntur in hac epistola & antecedente, *Reus a Milone*, est reus Milonis ut bene Popma. Sic *ancilla ab Andria* apud Terent. est ancilla Andriæ. & apud Plautum *esse ab illo* est ejus servum esse. *Fulgor ab auro* apud Lucret.

te occisu erit, fore a Milone puto. 57 si se inter viam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video. non dubitat facere; præ se fert; casum illum nostrum non extimescit. numquam enim cujusquam invidi & perfidi consilio est usus: nec inerti nobili crediturus. Nos animo duntaxat vigemus, etiam magis, quam cum florebamus: re familiari s comminuti sumus. 58 Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, 59 ne omnino exhaustus esset, illo recusante, subsidiis amicorum 60 respondemus. quid consilii de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus. quare appropera.

s conjuncti MS.

EPI-

cret. *fulgor auri*. Grævius. Locum hunc sic explicabat Pater. *Reum fore a Milone* est reum Milonis, ut *Anyti reum* dicit Horatius II. sat. 4. Socratem ab Anyto accusatum. Sic Terentius *injuria ab illo* Andr. I, I, 129. *Credo te esse ab illo* Plautus Curcul. III, 82. *Quenque a milite*, id est, quem militis hominem domesticum vel servum, in Milite II, 2, 5. *Gronov.*

57. *Si se ut iturbe.*) Variat hic veterum codicum scriptura. Victorius tradit in antiquo suo ita esse, *Si sentitur vejam obtulerit*: Tornæsianus sic habet, *si se ut it urbe jam obtulerit*: sicque etiam Decurt. & Crusell. Alii legunt, *si se inter viam obtulerit*: alii, *si se ituro Lanuvium obtulerit*, quomodo Aldus Manutius edidit, alii *si se ultro in via*. Victorius. *si se interim obvium obtulerit*, quæ est vulgata lectio. Junius proxime veterem mss. lectionem, & Ciceronis mentem secutus (ut ait) edendum curavit, *si se istic turba jam obtulerit*. Cleric.

58. *Q. fratris tamen liberaliter, &c.*) Hunc locum sic optime restitutum esse confido, & bonos animadversuros in hanc sententiam: Re familiari comminuti sumus quidem, & in arctum coacti plurimum: sed mihi duo sunt modi, quibus in præsentia rei familiari meæ respondeam, id est, expleam sufficiamque quod opus est. Primum enim Q. fratris liberalitate respondeo pro facultatibus nostris, id est, quæ adhuc supersunt nobis ex ante acceptis damnis, quæ sunt gravissima (nam absque hoc foret, omnino exhaustus essem; quod ne fiat, diligenter opus est provideri) deinde vero illo recusante propter difficultatem rerum suarum, subsidia amicorum occupare non dubito. Aut plurimum fallor, aut hoc Cicero in hac scriptione voluit. Quod si quis, *nam*, pro *ne*, substitui malit, ut a Fulvio adducitur docti cujusdam emendatio, per me utatur licet. *Junius.*

59. *Ne omnino exhaustus essem.*) Videtur legendum *sit* pro *essem*; & ita animadverti emendatum a doctissimo viro. In alio autem libro ita vidi hunc locum emendatum: *Quinti fratris tamen liberalitate pro facultatibus nostris, nam omnino exhaustus essem, &c.* Ursinus.

60. *Respondemus.*) *Respondere* dicuntur eleganter debitores, qui ad diem solvunt. Inferius lib. XVI. ep. II. *Quanquam enim reliqua*

sa-

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

PERIUCUNDUS mihi Cincius fuit ante diem [t] tertium kal. Febr. ante lucem. dixit enim mihi, te esse in Italia, seseque ad te pueros mittere: quos sine meis litteris ire nolui: non [v] quo haberem, quod tibi, præsertim jam prope præsenti, scriberem; sed ut hoc ipsum significarem mihi tuum adventum suavissimum [x] exspectatissimumque esse. quare advola ad nos, eo animo, ut nos ames, te amari [y] scias. cetera coram agemus. hæc properantes scripsimus. Quo die venies, utique cum tuis [61] apud me sis. perbelle feceris, si ad nos veneris. [62] offendes designatione Tyrannionis mirificam librorum meorum bibliothecam; quorum reliquiæ multo meliores sunt, quam [z] putaras. etiam [a] vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos; quibus Tyranio utatur [63] glutinatoribus, [b] ad cetera administris: iisque imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices

t IIII MSS.
v quod alii.
x spectatiss. MSS.
y sinas alii.
P. B.
z putarã alii.
a alii velim.
b ad hoc cet. alii.

satis apta ad solvendum, tamen fit sæpe, ut ii, qui debent, non respondeant ad tempus. Senec. ep. 87. *Familiam nemo speciosiorem habet, sed nominibus non respondet.* Quint. VI. c. 4. *Et dispensatori, qui cum ad reliqua non responderet, dicebat subinde: non comedi panem, & aquam bibo: Pasce & redde quod debes.* J. F. Gronov. Apud quem plura vide II. Observat. cap. 4. *Grævius.*

61. *Apud me.*) Domi meæ cœnato, etiam si ego absim. Erat enim Antii: ut ep. 8. Sic etiam in epistola 2. lib. 11. *in qua eum domum suam invitat, cum ipse abesset.* P. Manut.

62. *Offendes designationem Tyrannionis mirificam, in librorum meorum bibliothecam.*) Vocem, *bibliothecam*, ex ora libri in contextum librorum Ciceronis translatam, secutus veterum librorum auctoritatem, deleri jussit Lambinus. Sed aliter distinguit vulgus, *offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam.* Cleric. Edidi, ut indicavit pater Ciceronem scripsisse, quod & verissimum puto. Mox σιττύβας volebat Vossius ad Catullum pag. 53. Helmæstad. clare *Syllabos*. Gronov.

63. *Glutinatoribus.*) Glutinatoribus non solum utebantur ad voluminum terga exornanda, sed ad chartas membranasve conglutinandas ut in longum possent extendi. In volumine enim chartaceo chartæ chartis adtexebantur in longitudinem, ut volvi possent in rutulum. In codicibus plures tabellæ ac paginæ, cujuscunque essent materiæ, aliæ aliis superstruebantur, eaque massa paginarum, quæ quin glutine quoque fuerint compactæ non est dubi-

ces fiant, quos vos Græci, ut opinor, [64] συλλάβους appellatis. Sed hæc, si tibi erit commodum. ipse vero utique fac venias, si potes in his locis adhærescere, & c Piliam adducere. ita enim, & æquum est, & cupit Tullia. [65] Medius fidius næ tu emisti [66] locum præclarum. gla-

c *alii* Pilaiam.

bitandum, dicebatur codex, cujus forma eadem fuit quæ nostrorum librorum, qui ex nostrate charta compinguntur. *Cl. Salmas.* de Usurarum modo cap. x. quem vide pluribus de hac re disputantem. *Grav.*

64. Συλλάβους. Legendum est, σιλλύβους. Membranulæ enim, quibus indices librorum inscribantur, σίλλυβοι sunt dicti. Hesych. Σίλληβον, ἀκάνθιον, ἀδρὸν καὶ ἐδώδιμόν τι, καὶ τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. dicuntur aliter πιττάκια, illi indices, sive membranæ, quibus inscribebantur nomina auctorum, & quæ voluminibus adglutinabantur, σίλλυβοι & σίλλυβα sunt etiam pelles, quas oræ vestium adsuebant, ut ex Polluce, Hesychio & Eustathio docuit Salmasius ad Historiam Augustam. Sicut autem pelles oris vestium adsuebantur, sic etiam pelliculæ, seu membranulæ cum nominibus scriptorum & operum affigebantur tergis voluminum & codicum. Hinc etiam dicit in epistola sequente & 8, bibliothecam suam talibus sillybis illustratam, & pictam fuisse ab his librariis. Nam & in illis sic legendum est, non *sittybis*, ut libri præ se ferunt. Josephus Scaliger pro συλλάβους censet scribendum συττύβους. Σιττύβαι quidem apud Hesychium sunt δερμάτιναι στολαί, sed sic non possunt dici membranulæ, quibus inscribuntur indices seu tituli librorum, de quibus hic Cicero agit, & in quem finem præcipue hos glutinatores poscebat: Sic quidem possent appellari membranæ, quibus involvuntur libri, involucra librorum, nostra lingua nostræque ætatis consuetudine *de banden van de boecken*, sed non membranulæ quibus tituli librorum inscribebantur, minio plerumque, ornatus caussa. Σίττυβος autem est olla, ut ex Antiphane Pollux ostendit. Hinc mihi persuassimum est in tribus his Ciceronis locis legendum: σιλλύβους, & *sillybis* pro συλλάβους, & *sittybis*. Idem.

65. *Medius fidius na tu emisti* λόγον *praclarum*.) Recte hunc locum emendavit Bosius, cum prius pro λόγον, *locum*, haberent editiones: Lambinus conjecturam Manutii sequens, hanc lectionem, ut quæ ferri non potest, rejicit; id est pro, *ne tu*, legit, *Nomenti*. Cleric. Sed nos relictis aliorum acutis inventis, veterem lectionem, & simplicitatem explicationis paternæ amavimus, quam aperuit lib. II. de Pecun. Vet. cap. 7. ubi quem adscripserat locum Plutarchi e Graccho, addidimus; unde pater locupletes solitos sedilia exstruere, ut elocarent. Quod ut ipsis liceret, omnino videntur eam veniam a republica argento redemisse, quod emisse nunc vocat Tullius. Quum videam tamen in Balliolensi & Helmæst. legi *tu venisti*, cogitandum an non innuant fuisse Tullii *ne invenisti locum*. Gronov.

66. *Locum*.) Intelligo ad spectaculum gladiatoribus. Sic lib. II. ep.

gladiatores audio pugnare mirifice. si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses. Sed hæc posterius. tu fac venias: & de librariis, si me amas, d diligenter.

d *alii* diligadverte. Vale.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

67 AIN tu? an me existimas ab ullo 68 malle mea legi probarique, quam a te? cur igitur cuiquam misi

ep. I. *Num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare*. Sic inter honores legatorum *ædes liberæ, loca, lautia*. Talem locum emerat, opinor, Atticus in diem: ideoque nondum liberum eum habebat, sed vel pro omni pecunia, quæ convenerat, quamque pro illo etiam tum debebat, vel pro parte ejus obligatum, obnoxiumque venditori. Quum autem proximis diebus a nescio quo muneratore dati essent gladiatores eximii, qui magno concursu & voluptate hominum spectarentur, scribit Attico Cicero, si locum illum locare voluisset, potuisse ex locario tantum reficere, quantum pro eo adhuc debeat, quantum solvendæ pecuniæ liberum illum Attico esse patiebatur. *Liber* enim *locus* est nullis debitis gravatus. Brutus ad Ciceronem: *Tantum abest, ut mea rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obstrinxerim*. Quintil. declam. CCLXXIII. *Bona mea*, id est, *quod liberum in patrimonio meo est, & quod proprie meum, ad te transire debet*. Sic *liberare*, prima Agraria: *Jubet decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem possint & liberare agros, quos commodum sit, & quos ipsis libeat publicare*, ne scilicet vectigal pendant. Sic in libris juris *liberare prædia*, & *liberata legata* debitori. Gronov. II. de Sestert. c. 7. Hæc obscuri istius loci expositio digna est tanti viri ingenio; quam tamen ne amplectar hoc unum me moratur, quod loca in amphitheatris, circis, & theatris emi nusquam legerim; nec sit verosimile. Censeo potius locum emisse, in quo exercerentur gladiatores, Atticum & ante habuisse gladiatores, quos per lanistas exercuerat, non tam ut ipse munus ederet, quam ut aut illis locandis, aut vendendis, rem faceret, cui tuendæ augendæque semper studuit. Vide vitam ejus a C. Nepote scriptam. *Grævius*.

67. *An tu me existimas ab ullo malle.*) Vetus codex habet, quod nos recepimus., *Ain tu? an existimas?* cum interrogatione pronunciatum, quasi familiariter & amice corrigat, quod id suspicatus sit. Lib. XII. *Venio ad Tyrannionem, ain tu? Verrum hoc fuit? sine me, &c.* Lenis est autem jucundaque reprehensio. quasi dicat, itane facere oportet? Sæpe etiam *ain tandem*? pari significatu dicit. ut libro sexto: *Ain tandem, Attice, laudator integritatis & elegantiæ nostræ*. Item in epistola ad Pætum: *Ain tandem? insanire tibi videris, quod imitere meorum verborum (ut scribis) fulmina*. Victorius.

misi prius? urgebar ab eo, ad quem misi, & non habebam exemplar. [69] quid? etiam (dudum enim circumrodo, quod devorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία sed valeant recta, vera, honesta consilia. non est credibile, quæ sit perfidia in istis principibus, ut volunt esse, & ut essent, si quicquam haberent fidei. senseram, noram, inductus, relictus, projectus ab iis; tamen hoc [e] erat in animo, ut cum iis in republica consentirem. iidem erant, qui fuerant. vix aliquando te auctore [f] resipui. dices, ea te [g] monuisse, suasisse, [h] quæ facerem; non etiam ut scriberem. ego mehercule mihi necessitatem volui imponere hujus novæ conjunctionis; [i] ne qua mihi liceret labi ad illos, qui etiam tum, cum misereri mei debent, non desinunt invidere. sed tamen modici fuimus ὑποθέσει, ut [k] scripsi. erimus uberiores, si & ille libenter accipiet, [70] & hi subringentur, qui villam me moleste ferunt habere, quæ Catuli fuerat, a Vettio [71] me emisse non co-

e eram animo *alii*.
f resipivi *alii*
g tenuisse *MSS*.
h quo *Brut*.
P. LVIII.
i neque *MSS*.
k scripsimus *MSS*.

68. *Malle mea legi*.) Deest *me*, ut sit, *malle me mea legi*. Ursinus.

69. *Quid etiam*.) Quid præterea caussæ fuit, cur eum librum tibi non miserim? etiam hoc: subturpicula mihi videbatur παλινῳδία. Tale illud epistola 11. lib. 1. *Novi tibi quidnam scribam? quid? etiam. Messalla consul Autronianam domum emit*. & ep. 6. lib. 11. *De muro, statue, quid faciendum sit. Aliud quid? etiam, quando te proficisci istinc putes, fac ut sciam*. P. Manut.

70. *Et hi subrogentur*.) Nos ex cunctis melioribus libris *subringentur* scripsimus. Ringi autem est irasci & stomachari. Horat. lib. 11. epist. *Quam sapere & ringi*. Est autem notissimum & elegantissimum verbum, licet de ejus etymologia pugnent inter se Grammatici. *Victor*.

71. *Aut etiam emisse non cogitant*. Faerni liber & Antonianus, *A vettio*, pro eo quod hic est, *aut etiam* quam eleganter, quam festive, ii facile animadvertunt, qui frigus sentiunt vulgatæ. Quid enim insulsius dici potuit? Moleste ferunt, quod villam Catuli habeam homo novus, nec cogitant me emisse. Quid? si cogitassent emisse? num minus invidissent? vide ne multo etiam magis, quam si vel testamento, vel quavis alia ratione accepisset: quippe qui ita accusari non potuerit affectatæ quæsitæque nobilitatis, ut potuit emendo. Itaque injuria hæc dicta in Ciceronem conferuntur. Sin *a Vettio* emendetur; quam acute, quam solerter; Ægre ferunt, inquit, atque indignum putant, me hominem Arpinatem quidem, sed tamen Consularem, nobilissimi viri Catuli villam habere: nec cogitant Vettii fuisse hominis mancipis ac publicani, de quo ego emerim. Hunc enim intelligi arbitror hoc loco: quem cum contemptu quodam appellat lib. vi. ita ad At-

cogitant ; qui domum negant oportuiſſe l me ædificare , vendere ajunt oportuiſſe. ſed quid ad hoc? m ſi , quibus ſententiis dixi , quod & ipſi probarent , lætati ſunt tamen me contra Pompeji voluntatem dixiſſe ? n finis ; 72 ſed quoniam, qui nihil poſſunt , ii me nolunt amare; demus operam , ut ab iis , qui poſſunt , diligamur. dices : vellem jampridem. ſcio te voluiſſe ; & 73 me aſinum

l me *non eſt in MSS.*
m ſed quib. *Vict.* ſed in quib. *alii.*
n *ita MSS.* *in aliis deeſt* finis.

Atticum, qui Græcos judices irrideret, ſcribens : *Græci vero exultant , quod peregrinis judicibus utuntur : nugatoribus quidem inquies. Quid refert ? Tamen ſe αὐτονομίαν adeptos putant . Veſtri enim credo gravis habent Turpionem ſutorium , & Vettium mancipem .* Quanquam & de judice poteſt accipi , de quo ſupra . De ſcriptura illud adſcribam . Vettius non modo apud Dionem , quod ſupra tetigimus ; ſed in vetuſtis etiam Latinis marmoribus, geminato T ſcribi . Vidi ego Firmi, cum ad Bernardinum Cyrillum divertiſſem , virum mihi , non modo meritis in me illius , ſed moribus etiam ſuaviſſimis , ſingularique & eleganti doctrina , colendum ; in ipſo foro lapidem , petantiquis atque pulcherrimis litteris, ita inſculptum :

ALLIENÆT. F. BERENICE,
C. VETTIUS POLUS
UXORI SANCTISSIM' ET
C. VETTIUS POLUS MATRI PIISSIMÆ.
PATR. COL. FABR.
ET CENT. L. D.
D. D.

In quo illa etiam animadvertenda ſunt , eliſionem eſſe factam ſequente vocali : & *Polus* , unico L. etiam ſcribi . Extrema verba, ut hoc addam quaſi corollarium, ita interpretor . Patrono collegii fabrum & Centonariorum, locum Decuriones dono dederunt , ut ii locum de publico Vettio dederint , quo cadaver uxoris polset inferte. *Malaſp.*

172. *Sed quoniam qui nihil poſſunt.*) Ante hæc verba in manuſcripis, (quod mirum eſt) omnibus, verbum eſt, *Finis:* nec quo modo huc irrepſerit, in mentem venit. niſi ſi illud Germanum eſſe credimus: ut hoc uno verbo , Cicero , erroris ſe finem ſui facere, viamque inire aliam, præciſe ſignificet . Quod ſi accipimus, quod certe odioſum non eſt, etiam concedi mihi velim , ut *Et quoniam* , pro *Sed quoniam* ſcribatur : tranſitu ſane facili unius litteræ, ex antecedenti dictione. *Malaſp.* Vocabulum hoc, *finis* , in omnibus noſtris legebatur. quare referendum id putavi in noſtrum exemplar, ſequutuſque ſum conjecturam Malaſpinæ in mutando τῷ *ſed*, in *&*. Boſius. Extat *finis* etiam in Balliol. & Helmſt. omnes autem libri *ſed* non *&*. forte: *finis ſit quoniam qui nihil poſſunt* , & quæ ſequuntur. Finis hic ſit hujus narrationis, quem reſpicio unice. Ne multis tecum agam, hic finis ſit, ad quem meas actiones & ſententias dirigam *quoniam qui nihil poſſunt* . Grævius.

num germanum fuisse. sed jam tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam quod crebro o invisis, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes præripit. Tu de via recta in hortos. 74 videtur commodius ad te. postridie scilicet: quid enim tua? sed viderimus. Bibliothecam mihi tui 75 pinxerunt p 76 constructione & sittybis. eos velim laudes.

o invises *Manut.*

p constrictione *Scal.*

EPI-

73. *Me ast num geram manum fuisse.*) Nos, quod etiam in Germanici libri margine adnotatum est, *Germanum*, scripsimus: id est, pristinis nostris actionibus congruens & consentaneum. Græci Ἀδελφὸν dicunt. Isocrates in Panegyrico, καλὰ μὲν ἐν ταῦτα, καὶ πρέποντα τοῖς περὶ ἡγεμονίας ἀμφισβητοῦσιν, ἀδελφὰ δὲ τῶν εἰρημένων. Plato libro tertio de legibus, ἐν παθήμασι ἀδελφοῖς ὧν τοῖς γενομένοις Θησεῖ πρὸς τὸν δυστυχῶς τελευτήσαντα Ἱππόλυτον. Sed & Græcæ, & Latinæ vocis plura exempla adfert Gulielmus Budæus, in suis commentariis: ut qui utrumque nomen exacte intelligere velit, illuc eum rejiciamus. Unde enim hæc melius disci possunt, quam ab illo, qui utriusque linguæ thesaurum ita uno libro complexus est: ut aliis facultatem quicquam in tali generre scribendi eripuerit? quamvis locum hunc in oratione contra L. Pisonem non oportere puto, quemadmodum ille jubet, corrigi: *Illud verum geminum consiliis Catilinæ & Lentuli, quod me domo mea expulisti.* nam *geminum* eandem vim & significatum, quam *germanum* habere duco. & in cunctis exemplaribus nulla varietate ita legitur. Præterea in Partitionibus *Gemina*, non *Germana*, ut ipse legit, omnes codices habent: ut eo exemplo recepta potius Ciceronis in Pisonem lectio, quam illius castigatio probari & corroborari videatur. *Victorius.* Nos ita legendum esse contendimus: *& me asinum germanum fuisse:* ut, *quid nunc te asine literas doceam?* orat. in Pis. & Terent. *caudex, stipes, asinus, plumbeus.* Corrad. *Nugigeram manum.*) Locus hic ex illis est, quos ego quidem sine libris antiquis posse corrigi non sperarim. itaque ut aliquid ex ingenio liceat comminisci, placet tamen fateri potius nescire quod nesciam, quam afferre quod non probem. Alberti Ferri, & Bessarionis libri habent: *Noluisse ast num geram manum fuisset.* P. Manut. Quid si legatur, *ast nunc geram morem?* superiori sententiæ certe convenire videtur. in quodam libro vidi emendatum, *Et me Astyagis germanum fuisse.* Ursinus.

74. *Videtur commodius.*) Aliter distinguit Manutius, *tu de via recta in hortos, videtur commodius ad te. postridie scilicet, quid enim tua?* Cleric.

75. *Pinxerunt.*) Gratiorem visu reddiderunt, cum forulis & ordine, tum scorteis involucris, pellibus, quibus libros incluserunt. Hesychius: Σιττύβαι δερμάτιναι στολαί, τὰ μικρὰ ἱματίδια. *J. F. Gronov.*

76. *Constructione & si scribis.*) Noster antiquior codex, *Et sit tibiscos habet*: supra quas voces alia nova manu vulgata lectio perscripta

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

De Lentulo scilicet sic fero, ut debeo. virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus; nosque malo solatio, sed q nonnullo tamen, consolamur, quod ipsius vicem minime dolemus, 77 non ut Saufejus

q non multo edd. vett.

scripta fuerat. unde in excusos omnes codices, ut puto, fluxit. Nullum mendum est in antiqua scriptura, nisi quod librarii vitio, una dictio divulsa fuit, cujus fractæ partes cum vicinis dictionibus cohæserunt: ut si eas iterum conjungas, nihil scrupuli restet. Sic igitur legendum est: *Constructione & sittybis*. Sunt autem Hesychio σιτ]ύβαι, δερμάτιναι σολαὶ, μικρὰ ἱματιάρια. ut fortasse hic *Sittybas* appellet, quas antecedente epistola membranulas vocat, sive potius lora & corrigias librorum. Quam falsa autem & inepta esset vulgata lectio, unusquisque jam facile perspicere potest. *Victorius*. Pingere hic est variare, ornare, illustrare, ut Lucretius libro secundo,

— pinguntque rosarum
Floribus;

& Virgilius,

Flore solum vario depingit odoriferum ver.

Constructio autem est compactio sive contabulatio ligneorum loculorum, in quibus libri disponuntur, Pegma vocat Epistola octava. Sittybæ sunt scortea librorum integumenta, quibus inserri a situ & pulvere conservantur. Hesychius Σίτ]υβαι δερμάτιναι σολαὶ μικρὰ ἱματιάρια, id est, vestes e corio, & parvæ quædam pelles. *Popma*. Pro *sittybis*, legendum *sillybis* ostendi ad ep. 4. hujus libri. G. Vossius in Etymol. *sittybus* dicit esse pellem libris involvendis, sed σίτ]υβος est olla. σιττύβη autem δερματίνη σολή. ἱματιτάριον autem, pro quo Salmasius legebat ἱματιάριον, adversus analogiam, esse amulam, seu urnulam, sive illa scortea sit, sive lignea, qua hauritur aqua, istaque verba Hesychii, quæ laudavit P. Victor. sic esse legenda:

Σιτ]ύβαι δερμάτιναι σολαί.
Σίτυλαι, τὰ μικρὰ ἱματιάρια.

Reinesius docuit Variarum Lectionum lib. III. *Gravius*.

77. *Non ut Saufejus, & vestri*.) Non ideo vicem ipsius minime dolemus, quia Saufejum, & reliquos Epicureos sequamur, qui nihil dolere soliti sunt, nisi quod ad ipsos pertinet, aliena non curant; sed mehercule, quia minime dolendum ejus interitu videtur, qui tamquam deorum beneficio, cum patria civilibus discordiis arderet, ex ejus incendio videatur esse ereptus. Saufejus, & vestri; quia & Saufejus, & Atticus Epicurei ep. 19. lib. v. & Nepos in vita. *P. Manut.*

 78. im-

jus & vestri; [78] immo hercule qua sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videatur ex ejus incendio esse ereptus. nam quid fœdius nostra vita? præcipue mea? nam tu quidem, etsi es natura πολιτικὸς, tamen nullam habes propriam [r] servitutem: [79] communi frueris nomine. ego vero, qui si loquor de republica, quod oportet, insanus; si, quod opus est, servus existimor? si taceo, oppressus & captus; quo dolore esse debeo? quo sum scilicet, hoc etiam acriore, quod ne dolere quidem possum: ut non ingratus videar. quid, si cessare libeat, & in otii portum confugere? nequicquam. immo etiam in bellum & in castra. [80] ergo erimus ὀπαδοὶ, qui ταγοὶ esse noluimus? sic faciendum

r virtutē alii. P. B.

78. *Immo hercule.*) Ipsius vicem minime dolemus. fuit tamen, quum putavimus legi posse, *Hermachi*, ut sit *vestri Hermachi*, ab Hermacho, qui successit Epicuro, & sane Epicurei dolorem malorum omnium maximum putabant: ego vero, etsi vicem ipsius minime doleo, non sum tamen prorsus sine dolore. vel ita dicas: *vestri Mehercule*, id est, familiaris ille tuus, qui Mehercule sæpe usurpat ita, ut a nobis Hercule, & Mehercule per notam dicatur ep. 3. h. l. *Corrad. Immo Hercule.*) Vulgati, *mehercule*: Decurtatus, *immo hercule*: quam lectionem veram esse neminem dubitaturum puto. *Bosius.*

79. *Communi frueris nomine.*) Hæc verba num vacent mendo, haud satis scit Manutius. suspicionem augent, Bessarionis & Alberti Ferri libri, in quibus scriptum, *communi frueris nonne*, & proximo superiori membro, *virtutem*, pro, *servitutem*. quod etiam mire probatur Junio ex suis omnibus mss. sic enim legit, *nullam propriam habes virtutem, communi frueris, nonne?* Cleric.

80. *Ergo erimus ὁπλῖται, qui togati esse voluimus.*) Noster melior liber, & integrior, *ERGO ERIMUS* ὅπλοι, *qui* τέλοι *esse noluimus*. Nos ita scripsimus, *Ergo erimus* ὀπαδοὶ, &c. defectum unius literæ in antiqua scriptura esse arbitrati. Queritur Cicero, sibi non licere in otio vivere: sed cogi in bellum, & in castra alios sequi, cum semper civilia bella detestatus sit & fugerit: atque hoc etiam id indignius putat, quod nunc, si ad arma veniendum erit, ipse alios cogetur duces habere, & illorum consilio & quasi jussu res gerere, cum olim, si pugnare voluisset, ipse dux esse potuerit, & aliis imperare, & quid faciendum fuerit mandare: nec tamen voluit. significat autem tempus, quo magnas copias paratas habuit pro se pugnare, contra vim & furorem Clodii, ut eum in civitate retinerent: quando ipse, quia a cæde civium abhorrebat, potius cedere voluit, & illis sua studia & ardores animi remisit. Hanc sententiam præ se ferre Græca verba, notissimum est. quare non erimus in illis declarandis longiores. Amazonas appellatas esse ὀπαδοὺς Martis, propter robur & animi præstantiam in rebus bellicis, tradit Proclus

dum est. tibi enim ipsi, cui utinam semper paruissem! sic video placere. [81] reliqua est, Σπάρταν ἔλαχες, [82] ταύταν κόσμει. non mehercule possum: & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. verumtamen id ipsum mecum in his locis commentor, [83] ut ista improbem; idque tu, cum una erimus, ſ confirmabis. A te litteras crebro ad me scribi video; sed

t omnes

ſ confirmabimus MS.

clus in commentatiis in Politiam Platonis his verbis. Ἀμαζόνας λέγω τὰς διὰ τὴν ῥώμην καὶ Ἄρεως εἶναι ῥηθείσας ὀπαδοὺς καὶ τιμηθείσας μετὰ τὴν ἧτταν. *Victorius.*

81. *Reliqua est.*) Ita legendum ex libris antiquis & mente Ciceronis. Duas sententias proposuit, Unam ut cessaret ab administratione reipublicæ, & in otium se conferret: quod non libebat facere, ne ingratus videretur erga eos, qui ipsum ab exilio revocaverant; quibus omni studio, officio, publice volebat satisfacere: Alteram ut Pompejum & Cæsarem sequeretur etiam in bellum, a quo abhorrebat, turpe judicans se qui dux esse noluerit bonorum civium contra vim & furorem Clodii pugnare cupientium, ut ipsum in civitate retinerent; nunc alios in bello assectari, & eorum consilio & jussu parere. Reliqua erat sententia, Ut rempublicam, quam ante susceperat regendam, nunc omni opera & studio juvaret atque ornaret. Sed tunc oportebat loqui ad eorum voluntatem, qui privatam potentiam saluti publicæ anteponebant: quod non poterat facere, malebatque iterum exilii calamitatem perferre, quam aliorum flagitiosa acta probare: sicut Philoxenus poeta, qui carcerem reduci maluit, quam Dionysii tyranni versus laudare, de quo Athenæus libro primo, Diodotus Siculus, & alii. *Popma.* Balliol. & Helmst. æque ut plerique alii *reliquia est.* Mich. Brutus edidit *reliquum est.* Sed recte P. Victorius & Manutius retinent vulgatum: *reliqui est.* & iste bene monuit subintelligi hoc quod dicam. Sic enim veteres loquebantur. Cic. orat. de Provinc. *Cum nihil sit reliqui.* 1. in Verr. *Quibus iste nihil reliqui fecerat*, & *quibus aliquid reliqui fuerit.* Id. de Amic. *Quid enim est huic reliqui?* C. Nep. in vita Att. *Nihilque reliqui feci, quod ad sanandum ne pertineret.* Grævius.

82. Ταύταν.) Hic malo notam subdistinctionis apponere, quam post ἔλαχες. non enim societatem cum Pompejo & Cæsare Spartam appellat: sed, addendo *hanc* significat, qualiscumque sit. *P. Manut.*

83. *Ut ista improbem.*) Manutius interpretatur: quomodo illorum acta sine offensione ostendam mihi displicere. Malaspina, *ut ista probem.* contra Bosium. Verum tamen est illud Malaspinæ. sensus est: id cum maxime ago, hoc meditor, & mecum disputo, quomodo salva existimatione boni viri & civis ista quæ toleramus, quæque non ferrem, si omnino liber essem, aliquo modo approbem & iis subscribam: & puto me invenisse viam quæ tibi placebit. *J. F. Gronov.*

 84. *Qui-*

t omnis *MSS.* t omnes uno tempore accepi. quæ res etiam auxit dolorem meum. casu enim v trinas ante legeram, 84 quibus, v ternas *MSS.* meliuscule Lentulo esse, scriptum erat. ecce quartæ fulmen. 85 sed ille, ut scripsi, non miser; 86 nos vero x servi *Vict.* x ferrei. Quod me admones, ut scribam 87 illa Hortensiana: in alia incidi, non immemor istius mandati tui. sed mehercule incipiendo refugi; ne, quod 88 videor

84. *Quibus melius Lentulo esse scriptum erat.*) Scripsimus nos ex antiquiore nostro codice *meliuscule*. Quo diminuto adverbio utitur etiam in prima epistola ad Tironem: *Volebam ad te Marionem remittere, quem cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres*. Errorem autem fortasse fecerat, quod in ea voce Q pro C scriptum est. Alibi autem ostendimus, quam sæpe has litteras nullo discrimine permutarent. *Victorius*.

85. *Sed ille non miser.*) Sed quid illum lugeamus? cum ille si non beatus, certe non miser sit, qui has miserias evasit, nos autem ad omnia indigna & tristia adeo duri & patientes & assuefacti, ut non magis dolere posse videamur quam ferrum. Eleganter significat publicam ignaviam & socordiam turpemque patientiam Romæ ferentis paucorum tyrannidem. Juv. Sat. 1. ℣s. 30. Lusus similis est apud Plaut. de Servo, Pseud. sc. 1. *Pumiceos oculos habeo*. J. F. Gronov.

86. *Nos vero ferrei.*) Emendavimus *Servi*, non parum adjuti ab antiquo exemplari: etsi ne in illo quidem integra est hæc dictio. nam in una litera aliquantulum peccati est: sed maxime ratione ducti. iterum enim superiorum verborum sententiam (ut ipse etiam testatur) brevi persequitur. Supra autem bene cum Lentulo actum putat, quod morte illorum temporum iniquitatem fugerit: se & Atticum, qui vivunt, potius miseros appellandos, præcipue tamen se. nam nullam habere Atticum propriam servitutem, communi tantum nomine servum esse. cum enim omnes sint, neque ipse excipitur, sed aliorum fortunæ comes esse intelligitur. Explicat autem multis verbis, quare ipse præter alios servus sit: ex quibus omnibus manifesto comprehenditur, hic *Servi*, non *Ferrei* legendum esse. nam locum etiam illum emendavimus, qui corruptissime pro *Servitutem*, *Virtutem* ante habebat. *Victorius*. Ball. & Helmst. stant a vulgata *nos vero ferrei*, quamvis receperint emendationem Victorii Manutius & M. Brutus, quam tamen ipse Victorius non ausus fuit recipere. *Grav.*

87. *Illa Hortensiana.*) Illum librum Hortensianum, in quo philosophia ab Hortensio vituperetur, & a nobis defendatur lib. 1. de Fin. & lib. II. Tusc. quamquam multo post scripsit. epist. 15. lib. XIII. *Corrad.*

88. *Videor.*) Videor quidem aliis in eo stulte fecisse, quia tulerim: at ipse mihi non videor, tuli enim non injuriam, sed, non intemperiem, eamque hominis amici. qui videor igitur in ea re stultus fuisse, in qua minime debeo; quanto magis videbor in hac, in qua jure possum? *P. Manut.*

89. Stul-

deor ſtulte illius amici intemperiem non tuliſſe, rurſus 89 ſtulte injuriam illius faciam illuſtrem, ſi quid ſcripſero: & ſimul, ne βαθύτης mea, quæ in agendo apparuit, in ſcribendo ſit y oculatior; & aliquid ſatisfactio 90 levitatis habere videatur. Sed viderimus. tu modo quam ſæpiſſime ad me aliquid. Epiſtolam, Lucceio z nunc quam miſi, qua, meas res ut ſcribat, rogo, fac ut ab eo ſumas: valde bella eſt: eumque, ut appropecret, adhorteris: &, quod mihi ſe ita facturum reſcripſit agas gratias. Domum noſtram, quoad poteris, inviſas. Veſtorio aliquid ſignifices. valde enim eſt in me liberalis.

y *alii* occultior.

z *alii* nūquam *aut* numquem.

P' LIX.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

91 NIHIL εὐχαιρότερον epiſtola tua, quæ a me ſollicitum 92 de Quinto noſtro, puero optimo, valde levavit. venerat horis duabus ante 93 Chærippus; b mera monſtra nuntiarat. De Apollonio quod ſcribis, qui illi dii irati, homini Græco, qui conturbare quidem putat ſibi licere; 94 quod equitibus Romanis. nam Teren-

a *alii non habent* me.

b & moram noſtram *Jun.*

89. *Stulte injuriam illius faciam illuſtrem.*) Helmſt. *Stulte injuriam illius illuſtre.* Forte Cicero ſcripſit: *Stulte injuriam illius illuſtrem*, lib. 1. ad Fam. ep. 6. *Præſta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. illuſtrabit; mihi crede, tuam amplitudinem hominum injuria.* Grævius.

90. *Levitatis.*) Si Hortenſium laudarem, cui me ante nimis iratum oſtendi: ideo laudare eum viderer, ut illa quaſi ſatisfactione lenitus mihi reconciliaretur. in quo lenitatis opinionem ſubirem, cum eum, quem in agendo læſiſſem, in ſcribendo ornarem. In antiquo Alberti Tertii libro video ſcriptum eſſe, *Satis tacito levitatis:* in Beſſarionis autem, *Satis facere levitatis.* quod etſi non inconcinnam habet ſententiam: veteres tamen alios libros libentius ſequor, in quibus eſt *Satisfactio levitatis.* P. Manut.

91. *Nihil εὐχαιρότερον.*) Ducendum ab his verbis *Nihil εὐχαιρότερον.* initium hujus epiſtolæ, ex Decurtato didicit Boſius; ut etiam Lambinus ex Tornæſiano, & multi alii docuerant. Vulg. rejiciuntur in ſuperiorem epiſtolam. *Cleric.*

92. *De Quinto,*) Q. Cic. Q. fratris filio, ep. 2. lib. 11. perleviter commoto. ep. 4. lib. 11. ad Q. fr. *Corrad.*

93. *Charippus.*) Ep. 4. lib. v. & ep. 1. lib. 1. ad Q. fr. *Idem.*

94. *Quod equitibus R.*) Conturbare ſolis licet equitibus R. homo Græcus Apollonius putat idem ſibi licere. *Conturbare* eſt, omiſſis ve-

rentius suo jure. 95 De Metello 96 οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν.

sed

veteribus creditoribus, satisfacere iis, qui posterius crediderunt. perspicuum est vel maxime in oratione pro Plancio. *Fac*, inquit, *me multis debere, & in iis Plancio. utrum igitur me conturbare oportet, an, ceteris, cum dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc, cum petitur, dissolvere?* P. Manut.

95. *De Metello.*) Corradus, temporum inscitia lapsus, arbitratur hunc esse Q. Metellum Nepotem. sed annorum diligens examinatio secus esse ostendit. nam hæc epistola videtur scripta anno post, quam Cicero ab exsulio rediit, id est Marcellino, & Philippo coss. adhuc enim suam domum ędificari, significat, cum ait: *Mea mandata de domo curabis: præsidia locabis: Milonem admonebis.* & epistola, quę sequitur, cum L. Domitii Ahenobarbi, consularis candidati, qui competitor fuit Pompeji Magni, mentionem faciat, plane demonstrat, has epistolas Marcellino, & Philippo coss: esse scriptas. quo anno qui credam obiisse Metellum Nepotem, cum eum vivere videam biennio post, Domitio, & Appio coss.? reus enim Scaurus factus est, ut affirmat Pędianus, iis, quos nominavi, consulibus. & ante quam de eo sententias judices ferrent, laudatum idem ait a novem consularibus, in quibus Metellum Nepotem appellat, Verum facile est intelligere, quę Corradum caussa in errorem induxerit. Legerat in Appiano lib. 11. de Bell. Civ. Metellum Nepotem, cum Hispaniam proconsul administraret, obiisse. quod verum esse confiteor: sed hoc nego, Marcellino, & Philippo coss. obiisse. siquidem, ut dixi, Scaurum laudavit biennio post, missa videlicet Romam laudatione. id quod Pędianus quoque significat. nam, cum nominasset eos qui Scaurum laudarunt, subjunxit: *Horum magna pars per tabellas laudaverunt, quia aberant.* Eodemque anno, quo Scaurum laudavit, periisse eum existimo, cum Romam paullo post decessurus esset, Hispanię utriusque administratione Pompejo data, qui tamen, missis eo legatis, ad urbem ipse cum imperio mansit. Quem igitur hunc esse dicemus? an Metellum Pium, Numidici filium? temporum ratio non patitur. nam cum, eo mortuo, C. Cęsar in ędilitate pontifex max. surrogatus sit; satis constat, eum vita excessisse Cotta & Torquato coss. Fortasse Metellum Celerem aliquis existimabit. at is perierat Cęsare & Bibulo coss. quod oratio in Vatinium demonstrat. puto igitur Metellum Creticum significari, qui Silano, & Murena coss. triumphavit. *P. Manut.*

96. Ἠχεῖ *σὺν φθιμένοισιν.*) Vetus codex, οὐχ' ὁσίη φθιμένοισιν. quę vera est & casta lectio hujus loci. Est autem Hemistichium Homeri, οὐχ' ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Raro autem Cicero integra proverbia citat: prima tantum verba ponit. Satis enim illi est, loca indicasse: quoniam erant tunc in ore fere omnium. Non fas autem esse dicit, adversus mortuos se jactare. De mortuo autem loquitur, ut ipsius verbis declaratur. Simile est hoc proverbium illi, *Cum mortuis non nisi larvas luctari.* Victorius.

97. Ne-

sed tamen multis annis civis [97] nemo erat mortuus, qui quidem. [98] tibi nummi meo periculo sint. [99] quid enim vereris, quemcumque heredem fecit? nisi [c] Publium fecit? verum [1] fecit non improbe; quamquam fuit ipse. qua-

[c] publicum *MS.*

97. *Nemo erat mortuus, Quid quidem tibi? nummi meo periculo sint.*) Ego hæc ita interpungo atque emendo: *Nemo erat mortuus. qui quidem. Tibi nummi, &c.* ita ut reticentia sit, in, *Qui quidem:* taceaturque deterior, improbior, minus e Rep. mihi inimicior fuerit, vel tale quippiam. Idque sileri declarat Homeri carmen. quo significatur impium esse, mortuos conviciis, & maledictis petere. Nam re ἀποσιώπησις quidem, quo nunc loco, ex interpunctione posita est, reticentiæ nullam habet imaginem: nimium præcisa est, nec eo deducta, ut quod reticetur, legentis cogitatione suppleri possit. debet quidem sententia imperfecta relinqui, sed tamen inchoata. Sequere deinceps reliqua: *Tibi nummi, meo periculo sint:* quæ ut εἰρωνικῶς dici suspicer, quæ attexuntur, faciunt. *Quare in hoc thecam nummariam non retexeris; in aliis eris cautior.* Quæ item postrema verba satis manifesto docent, *Retexeris* hoc loco, a *Retego*, non a *Retexo*, inclinatum esse: valereque Proferre, Expedire, jocosa dicendi ratione Quod non ideo monui, quasi quenquam ignorare putem, a *Texo* in præteritis *Texus* & *Texuerim* declinari, id quod satis erat, ad hoc quod dico probandum; sed nequis perfugio syncopæ valde consideret, sententia repugnante. Indicatur enim his verbis, non esse cur magnam spem Atticus sibi proponeret, recuperandæ pecuniæ. *Malasp.* Recte Malaspina legit, *qui quidem*, & post, *quidem*, interpungit. est enim ἀποσιώπησις, qua Cicero aliis cogitandum relinquit, quid ipse sentiat de Metello, ne, si forte quod in animo habebat expromeret, hominem mortuum maledictis incessere videretur. innuit vero improbum virum fuisse. *Bosius.*

98. *Tibi nummi meo periculo sint.*) Εἰρωνικῶς. indicat enim nullam spem esse eorum nummorum recuperandorum. ideo mox subjicit, *in hoc thecam nummariam ne retexeris.* Idem.

99. *Quid enim vereris.*) Sensus est, quid vereris, quemcumque Metellus heredem fecit, ne is scilicet hereditatem non cernat, quod eam damnosam existimet, nisi forte Publium heredem fecit? non enim verendum est, sed pro certo habendum, neminem eam hereditatem aditurum præter Clodium; qui ære alieno cum totus sit obrutus, nullam quantumvis damnosam repudiaturus est hereditatem. Verumtamen improbe non fecit Metellus quod affinem suum heredem fecit, quem sciebat certo hereditatem suam aditurum. itaque hujus rei caussa ne thecam nummariam retexeris, id est, aperueris, ut in eam nummos indas tibi debitos a Metello. ii enim tibi perierunt. *Idem:*

1. *Fecit non improbe; quam fuit ipse.*) Bessarion. liber habet, *improbi quemquam;* alii *improbo quamquam*, sed mendum in utraque lectione subesse putat Manutius. Junius legit ex mss. Palatin. *fecit non improbum, quamquam ipse fuit.* Cleric.

2. *Fre-*

d malus eris *MS.*

e prædia *Victor.*

quare in hoc thecam nummariam non retexeris: d in aliis eris cautior. Mea mandata de domo curabis: e præsidia locabis: Milonem admonebis. Arpinatium 2 fremitus est incredibilis de Laterio. quid quæris? equidem dolui. 3 ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων. 4 Quod superest, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

MULTA me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam 5 patina 6 tyrotarichi. 7 nam de rauduſculo

2. *Fremitus incredibilis de Laterio.*) Sic distinxit Manutius, qui testatur in omnibus libris typis impressis antea scriptum fuisse, *arpinatum fremitus est incredibilis. De Laterio quid quæris?* Cleric.

3. Ο'δε ὐκ ἔςι μῦθ@.) Nos scripsimus, ὁ δὲ οὔτ᾽ ἐμπάζετο μύθων. quæ sint itidem verba Homeri, hoc sensu: Hic vero nihil curabat de sermonibus & fabulis illis. Est autem hæc epistola obscurior sua brevitate. tantum enim res indicat, & non longiore sermone, ut ei mos est, explicat, ut videatur studio & industria cum de rebus domesticis agat, voluisse esse obscurior. Videndum autem, an pro *præsidia*, *Prædia*, in hac ipsa epistola legendum sit, quod ego sane puto. prædia enim locantur, non præsidia. Quid autem nunc de præsidiis agat? & sane frequenter invenies in hoc peccasse etiam antiquos librarios, cum alteram pro altera ponerent harum vocum, quemadmodum in Aldinis etiam codicibus in libello de Senectute, *prædio* pro *præsidio* scriptum est: *Vetatque Pythagoras, injussu imperatoris, id est Dei, de prædio & statione vitæ decedere.* cum *præsidio* procul dubio legendum sit. Qui opinionem nostram probarit, *Prædia locabis* leget: nos tamen in antiquis & excusis simul libris, inventam vocem veriti sumus nostra auctoritate delere. *Victorius.*

4. *Quod superest: etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis ut facis.*) Legit Muretus, *quid superest? etiam. Puerum Ciceronem curabis, & nos amabis ut facis.* Cleric.

5. *Patina Cyrotari.*) Hic locus flagitiose corruptus est. nam Beroaldus, qui corrigere voluit, magis depravavit. Nos sinceram lectionem restituimus ex vetustis codicibus. quos si diligenter studiosi inspicerent, non tantis vulneribus oprimi auctores confecti essent. Nulla prorsus erat in nostro meliore libro nisi unius literæ perversio. *PE* enim pro *DE* scriptum erat eo loco, *Nam de Rauduſculo*, qui errores æquiore animo ferri possunt, & sine impudentiæ crimine tolli: de *tyrotaricho* autem in epistolis ad Pætum: *Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad Tyrotarichum*

dusculo quod ſcribis, [8] *μήπω μέγαν εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.* ædificati tibi in agris nihil reperio. in oppido

chum antiquum redi. In eadem autem epiſtola: *Quem denarium narras, quam Tyrotarichi patinam*. Quid autem per Rauduſculum intelligat, non plane mihi notum eſt. Lib. XIV. *Nec mehercule me Rauduſculum movet, ſed homines benivolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumelia*. Sic enim in noſtris exemplaribus legimus, non *Randuſculus*. De porta Rauduſcula meminit M. Varro de Lingua Latina, ſic appellata, quod ærata fuit, ab ære raudo: & Valerius Maximus lib. V. cap. 5. de Pietate. nam Sex. Pompejus., *rodus*, vel *raudus* ſignificare rem rudem, vel imperfectam tradit. *Victorius*.

6. *Tyrotarichi*.) Condimenti cujuſdam, quod deſcribit Apitius lib. IV. ep. 18. lib. IX. & ep. 16. lib. IX. Fam. & Cælius Rodig. lib. VII. cap. 46. *Corrad.* Videtur Atticus, iis quæ de tyrotaricho, & de rauduſculo ſcripſerat, notaſſe miram Ciceronis parſimoniam, qua grande æs alienum, quod rebus ſuis adverſis conflaverat, ita minuerat, ut id modicum jam eſſet. nam rauduſculum eſt modicum æs. tyrotarichus autem genus erat obſonii vilioris, ruſticis familiare, quod caſeo, & ſalſamentis conſtabat: unde & nomen acceperat. *Boſius*. Scripſerat Atticus Ciceronem parce & tenuiter vivere & inter obſonia habere tyrotarichum, edulium ex caſeo & ſalſamentis, ita ſe ære alieno facile extricaturum, & divitem ac fortunatum fore. ad quod poſtremum Cicero reſpondet verſu Sophoclis,

Neminem magnum dixeris, priuſquam mortuum videris.

Poſſum enim in eandem calamitatem, & fortunarum mearum jacturam denuo recidere. De tyrotaricho plura dixi libro XIV. *Popma*.

7. *Nam de rauduſculo*.) Nam de ære, de quo in mancupiis ita ſcriptum erat: *rauduſculo libram ferito*. epiſt. 16. lib. XIV. de nummis igitur, quos te exacturum putas ep. ſup. *Corrad. Rauduſculo*.) Modico illo ære. *Raudum* enim pro ære apud veteres. Scribis inquit, ſi domum habueris in Antiati, patina tyrotarichi, non pretioſi edulii, te fore contentum, & rauduſculum, id eſt minimum ſumptum cogitare. *P. Manut.*

8. *Μήπω μέγαν εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.*) Nos hunc Sophoclis ſenarium repoſuimus, tam integra & tam certa vetere ſcriptura, ut nihil ferme in ea deſideretur. ſed hæc poſtea cum in veram lectionem incideris, cognoſci poſſunt; ante enim unius literulæ perverſio, vel defectus, tantam gignit obſcuritatem, ut nihil moleſtius ſit, quam ex his ita ſcriptis characteribus velle veram lectionem elicere. Invenimus hunc verſiculum apud Johannem Stobæum *λόγῳ ργ ὅτι ἀβέβαιος ἡ εὐπραξία*, ſub nomine Sophoclis. *μήπω μέγαν εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς*. Explicat autem fere Solonis ſententiam, qui neminem beatum antequam obiiſſet dici volebat. *Victorius*. Verſus eſt Sophoclis, ut obſervavit Victorius, apud Stobæum. 1. *Ne magnum dixeris, priuſquam videas mortuum*: & ſic idem ſenſus qui dicti Solonis apud Ovid.

Sed

f alii non habent. pido est quiddam, de quo est duorum, sitne venale, ac proximum f quidem nostris ædibus. hoc scito, Antium g Buthrotum esse Romæ, ut Corcyræ illud tuum. nihil quietius, 9 nihil h alsius, nihil amœnius. 10 εἴη μισητὸς φίλος οἶκος. postea vero quam Tyrannio mihi libros dispoſuit, mens addita videtur meis ædibus: qua quidem in re mirifica opera Dionysii, & Menophili tui fuit. nihil venustius, 11 quam illa tua pegmata, 12 postquam

quidem. g Bitht. MS. P. B. h falsius MSS.

Sed hic sensus is non convenit. melius erit, si legas; Μήπω μεγ' εἴπῃς &c. id est: *Ne quid magnum dicas, priusquam mortuum videris:* seu ne glorieris de adversario, priusquam jaceat. Est autem τελευτᾶν non modo mori, sed etiam quocunque modo finiri aut desinere. ita τελευτῶν ponitur sæpe pro eo quod est *denique* vel *ad postremum*. Itaque Cicero elegantissime abusus hoc dicto, accipit τὰ τελευτήσαντα quasi esset accusativi pluralis neutrius, & significat de nummis ne gratulare tibi, priusquam *finientiam* vel finem negotii videris. *J. F. Gronov.*

9. *Nihil alsius, nihil amœnius.*) Post hæc verba invenimus in nostro antiquo exemplari quasdam Græcas voces, quas non potuimus intelligere, omni diligentia adhibita. Quod restabat; conati sumus, characteres illos imitari, & effingere, ut aliorum labore & industria aliquando hic locus restituatur. Sententia valde convenit (& extrema etiam verba non parum similia sunt) cum loco illo in xv. lib. *Hæc loca venusta sunt, abdita certe, & si quid scribere velis, ab arbitris libera: sed nescio quomodo* οἶκος φίλος. multum tamen discrepant priores partes: quare melius & certius quiddam quærendum est. Sunt autem verba illa Græca, ex fabula Æsopi de testudine. *Victorius*. Manutius ex depravata codicum vetustorum lectione sic restituere conatus est: εἰ μὴ ἴση τῷ φίλῳ οἶκος, vulgo legebatur, ΕΙΜΗΙCΗΤΩ ΦΙΛΟC ΚΟC. *Cleric.*

10. Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος.) Ita concepta erant hæc verba in Decurtato, ΕΙΗ ΜΗΣΗΤΟC ΦΙΔΟC ΟΚΟC: reposui, εἴη μισητὸς φίλος οἶκος, hoc sensu, familiaris tua domus tibi odio fuerit præ Antiatibus illis ædibus. proverbium Græcum est, φίλος οἶκος ἄριστος, quo familiaris cujusque domus laudatur, verum ita amœnæ erant ædes illæ Antiates, ut nemo esset qui suis illas longe non anteferret. *Bosius*.

11. *Quam illa tua pegmata.*) Al. *pegmata*. idque rectius, nisi malis legere, pigmenta: id quod verba, *venustius illustrarunt*, hoc loco, & *pinxerunt* ep. 5. h. l. videntur postulare. *Corrad.* Per *pegmata* Pluteos intelligit, in quibus libri collocabantur cum auctorum imaginibus, de quibus accipiendus est locus ille Juvenalis,

Indocti primum: quamquam plena omnia gypso
Chrysippi invenias. nam perfectissimus horum est
Si quis Aristotelem similem vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.

Plura de his imaginibus videnda apud Plinium libro trigesimo quinto.

quam mi sittybis libros illustrarunt. valde i est. Scribas ad me velim de gladiatoribus, sed ita, 13 bene si rem gerunt: non quæro male si se k gessere. 14 Apenas vix discesserat, cum epistola: quid ais? putasne fore, ut legem non ferat? dic, oro te, clarius: vix enim mihi exaudisse videor. verum statim fac ut sciam, si modo l tibi est commodum. Ludis quidem, quoniam dies est additus, eo etiam melius hic eum diem cum Dionysio con-

i Et scrib. *Grav.* k cessere *MS.* l tibi *deest in aliis.*

quinto. *Tua*, autem scribit. quia ea pegmata Atticus ei dederat, aut certe curarat. Sed & Atticus imagines habebat in sua bibliotheca, ut perspicitur ex epistola proxime sequenti. *Bosius*. Pegmata hic sunt constructiones ligneorum loculorum, in quibus libri reponuntur: sicut in Circo pegma erat contabulatio sursum paulatim surgens, in qua impositi gladiatores depugnabant. Unde *Pegmatores* dicti Svetonio. Ejus pegmatis formam describit Seneca ad Lucilium, Josephus libro septimo de Bello Judaico. *Popma*. *Pegmata*.) Lignei cancelli, in quibus libros tuos soles disponere, quales mihi Dionysius, & Menophilus tui faciundos curarunt. vel, Pegmata, conglutinationes, quibus te uti solitum in libris compaginandis Dionysius; & Menophilus ajebant, ep. 4. *P. Manut.*

12. *Postquam mi sittybis libros illustrarunt. valde est. Scribas ad me velim*.) Liquida hæc est scriptura Decurtati, quam Bosius edidit: vulgus autem aliter prorsus legit, & distinguit: *postquam misisti libros, illustrarunt valde. Et scribas ad me velim &c.* Cavalcantis, Bessarionis & Ferri libri, *misit*, pro *misisti*. Manutius autem si ab antiquis libris discedendum est, in quibus *misisti* non est, malit sic legi; *eos, quia mihi libros illustrarunt, laudes*. Lambin. Panthagathi conjectura, quæ & Malaspinæ probatur, magnopere placet: ea autem talis est: *post qua sittyba libros illustrarunt valde*; Præsertim cum auctoritate Tornæsiani cod. confirmetur; in quo ita scriptum est; *postquam sittyba libros illustrarunt valde*. Malunt quidam sic legi, ut ad scripturam codicis Antoniani & Memmianorum propius accedant, *postquam sittybas misisti, libros valde illustrarunt*. Bosii lectionem optimam asserit Junius, sed alia est ipsius distinctio, *postquam mihi sittybis libros illustrarunt. Valde, ut scribas ad me velim de gladiatoribus &c.* Cleric. Vulgatam lectionem celeberr. Grævius secutus est.

13. *Si bene rem gerant*.) Non auctorati, sed spectatores: si scilicet populus liberior fuerit & dederit justas ἐπισημασίας vel significationes: si plausu, intrantibus principibus qui merebantur, sibilo aut sine honore tacitus excepit graves dominos. Hoc est ut scirent boni, putabant ad se pertinere. sup. 11, 19. Alioquin non est Attici, qui nihil a populo peteret, eum delinire gladiatoribus aut muneribus. non est Ciceronis curare qua fortuna aut audacia vilissimi homines se invicem conciderint. *J. F. Gronov.*

14. *Apenas*.) Hic videtur Manutio principium alterius epistolæ, cui assentitur Junius. *Cleric.*

Oo

conteremus. De Trebonio prorsus tibi assentior. De Domitio;

Σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα σῦκον οὐ δὲ ἓν
15 Οὕτω ὅμοιον γέγονεν,

m *alii* nostra. quam est 16 ista περίστασις in nostræ: vel quod ab iisdem, vel quod præter opinionem, vel quod viri boni nusquam. unum dissimile, quod huic merito nam de ipso casu nescio, an illud melius. quid enim hoc miserius, quam eum, qui tot annos, quot habet, 17 designatus consul fuerit, fieri consulem non posse? præsertim cum aut 18 solus, aut certe non plus, quam cum altero petat.

15. *Οὐδὲν ὅτω ὁμοιῶται νῦν εἴδωλον.*) Nos, nisi fallimur, hunc etiam locum restituimus, a nullo alio quam ab antiquo codice adjuti, qui incorruptam servat adhuc (ut nos putamus) scripturam. Est sane integer senarius, & dimidius: cujus autem, dicere non possumus. nusquam enim alibi hæc verba legimus. credimus comici alicujus esse. De ficorum autem inter se similitudine proverb. hoc Græci habebant, *σύκυ ὁμοιότερος*. Plutarch. etiam in commentario de communibus notionibus adversus Stoicos, *εἰ μήτε φάττα φάττῃ, μήτε μελίττῃ μέλιττα, μήτε πυρός πυρῷ, ἢ σύκῳ, τὸ τῦ λόγυ σῦκον, ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ γέγονεν ἀπαράλλακτον.* *Victorius.*

16. *Ista περίστασις nostra.*) Iste status, iste casus, ut paulo post ipse videtur interpretari: ep. 10. lib. XVI. istud negotium, Quintil. lib. III. cap. 5. *περίστασις δὲ ἐστι τό πᾶν ἐν ἡμῖν καὶ λόγοις, καὶ πράγμασι, καὶ δίκαις, καὶ ὑποθέσεσι, καὶ βίῳ, τόπος, χρόνος τρόπος, πρόσωπον, αἰτία, πρᾶγμα*, Hermog. lib. III. *περὶ τῶν εὑρέσ.* *Nostra* scilicet, quæ fuit nostris temporibus, quando sumus ejecti. sic ep. 5. & 6. lib. I. Fam. *Corrad.*

17. *Designatus Consul fuerit.*) Ut sibi ipse videbatur, vel ita certus Cos. fore putatus, ut pæne Des. videri posset. *Corrad.* Consul autem fieri non potuit, quia ex interregno facti sunt Cn. Pompejus II. & M. Crassus II. per vim & factiones. Nam cum Cæsar, partis aliquot victoriis, jam diceretur Gallias confecisse: magnaque & ob hoc in gloria, & propter liberalitatem, etiam in gratia esset: veritus Pompejus, ne si ille Romam rediret, minus ipse gratiosus in vulgus, minusque potens esset in Rep. æmulatione invidiaque permotus, quo par illi esset, aut etiam superior; coitione facta cum M. Crasso, Tribunorum pl. intercessionibus, curavit, uti res ad interregnum rediret, atque ita Consules ipsi crearentur: &, quo munitiores essent contra potentiam Cæsaris, ipse Hispanias cum imperio per quinquenium, Crassus Syriam obtineret. Dio auctor est. *Malasp.*

18. *Solus.*) Quid est hoc? petit ne quisquam consulatum solus, cum duo consules rogentur? numquam certe. verum, Solus, opinor, dixit de plebejis. nam, vel si decem patricii simul cum eo peterent: nihil tamen obstabat, cur fieri consul non posset

cum

tat. si vero id est, quod nescio an sit, ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas [19] habeat, quam factorum, quid illo miserius? nisi respublica; in qua ne speratur quidem melius quidquam. De Natta ex tuis primum scivi litteris; oderam hominem. De poemate quod quæris; quid si cupiat effugere? [n] quid? sinas? De Fabio Lusco quod eram [o] exorsus; homo peramans semper nostri fuit, nec mi umquam odio. satis enim acutus & permodestus, ac [p] bonæ frugi. eum, quia non videbam, abesse putabam. audivi ex Gavio hoc Firmano, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum. percussit animum. dices, tantulane causa? permulta ad me detulerat non dubia de Firmanis fratribus. quid sit, quod se a me removit, si modo removit, ignoro. De eo, quod me mones, ut & πολιτικῶς me geram, [20] & τὴν ἔσω γραμμὴν teneam; ita

n quid si finat *alii.*
o exosus *Bosius.*
p bene *alii.*

P. LX.

cum omnino de consulibus alterum plebejæ gentis esse lex Licinia juberet. *P. Manut.*

19. *Habeat.*) Omnes intellexere de Domitio ineptissime. scrib. *Habeant.* intelliguntur Cæsar, Pompejus & Crassus, & sensus est hic: si Cæsar, Pompejus & Crassus jam inter se convenerunt de Coss. in multos annos quos sint fieri passuri, idque habent perscriptum in codicillis: ut jam aliquot annorum Coss. non P. R. sed suo arbitratu fecerint. *J. F. Gronov.*

20. *Et in eo γραμμὴν teneam.*) Vet. cod. Et τὴν ἕω γραμμὴν teneam. Quamvis autem falsam hanc lectionem putem, & sane repudiaverim, volui tamen eam hic proponere. Quid enim quod hic quadret ἡ ἕω γραμμὴ, id est, matutina linea, significare potest? Si enim τὴν ἄνω γραμμὴν habuisset, supremam lineam significasset: quod fortasse potuisset defendi. dixit enim etiam Euripides, summam lineam malorum, cum extremum terminum miseriarum intelligere vellet. Hæc ejus verba, ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν τῶν κακῶν. Hic autem tenere lineam arbitror significare, in eo negotio ita se gerere, ut a recto & tuto tramite ne digitum quidem recedatur. ideo autem non penitus eam contempsi, quia miratus sum rudem Græcarum litterarum librarium, cum rectam scripturam conservare non potuisset, ita peccasse, ut aliquem tamen sensum illæ litteræ retinerent. *Victorius.* Γραμμὴν.) Lineam, orbitam, metam, βαλβῖδα. ἡ γὰρ ὑπὸ τὴν ὕσπληγα θινομένη γραμμὴ διὰ τὸ ἐπ' αὐτῆς βεβηκέναι τοὺς δρομέας βαλβὶς καλεῖται. Aristoph. interpretes in Equitib. al. τὴν ἕω γραμμὴν, unde libenter ita legerem, τὴν ἔσω γραμμὴν, lineam, vel metam, quam Statius interiorem vocat. lib. VI. hoc est, mediam quandam viam, quam tenens, neque potentiores, neque principes offendat. ep. 5. h. l. *Teneam*, ut Poeta. *metamque tenebant.* & Homer. εὖ σχεθέειν περὶ τέρμα, dixit Iliad. ↓ *Corrad.*

ita faciam. sed opus est majore prudentia ; quam a te , ut soleo , petam . Tu velim q e Fabio , si quem habes aditum , odorere ; & illum convivam tuum degustes ; & ad me de r his rebus , & de omnibus , quotidie scribas. ubi nihil erit, quod scribas, id ipsum scribito. Cura ut valeas.

q & e Fab. *Lamb.* & Fabium *alii.*
r istis *alii.*

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

SANE velim scire ; num [21] censum impendant tribuni diebus [22] vitiandis, (est enim hic rumor) totaque de cen-

Τὴν ἔσω γραμμήν.) In Scidis erat τὴν σω γραμμήν. in aliis , τὴν ἔω γραμμήν. emendavi τὴν ἔσω γραμμήν. id est , interiorem lineam , quæ media inter extremas duceretur. significat media via utendum esse, ut idem alibi loquitur: quod fit, cum quis nimis non inclinat in alterutram factionum partem. *Bosius*. Sensum hujus loci recte cepit Bosius . Est autem traslatio a lineis stadii , quæ duæ erant , altera prima a qua cursus fiebat initium, quæ etiam dicebatur interior, ut & *prima meta* & *intima* , & pars circi *intima* , in qua erant primæ metæ. de his lineis videndus Lipsius ad Sen. ep. 49. & Salmas. Exercit. Plin. & Fabri Agonisticon II. *Grav.*

21. *Censum impendant.*) Rectius, *Impediant* . Horum censorum nomina nondum invenire potui. puto alterum fuisse M. Valerium Messallam , qui consul fuit cum M. Pupio Pisone. nam censorium Messallam nominat Valerius . Quod sequitur , *Vitandis* , placeret , *Injiciendis*, eo magis , quod in Bessarionis antiquo libro scriptum est, *Initiandis*. injiciuntur autem dies, cum interkalatur. interkalatio autem omnium rerum statuta tempora protrahebat , cum esset dierum interpositio. interkalatione igitur tribuni pl. impedire censum , & extrahere poterant. Vel , *Vitiandis diebus* , obnuntiationibus interponendis : quod fiebat a tribunis : ut ep. 16. *P. Manut. Impendant censum* . Volunt hoc tenere mordicus , & explicant, impendant tempus præstitutum censui : & bene dicitur *impendant* pro consumant , sed tamen assentior conjecturæ Manutii: *impediant*, & codex Malaspinæ ita habet. id est, prohibeant censores censum agere , diebus vitium addendo obnunciationibus. ista phrasis *vitiare diem* est apud Gell. XIII. 15. qui autem fuerint censores ignoratur. Certe annus hic legitimus erat creandis censoribus. videndus Sigonius in Fastis . *J. F. Gronov.*

22. *Vitandis.*) Manutio placeret *injiciendis*, eo magis quod in Bessarionis antiquo libro scriptum est, *initiandis*, quæ conjectura Lambino non displicet , qui & in codd. Memmianis , *initiandis*, legi testatur. *Cleric.*

23. *Sit*

tensura, quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompejo [f] fuimus. multa mecum de republica, sane sibi displicens, ut [t] loquebatur: (sic est enim in hoc homine [v] dicendum) Syriam spernens, Hispaniam jactans: hic quoque, ut loquebatur; & opinor; usquequaque de hoc cum dicemus, [23] sit hoc quasi, καὶ τόδε Φωκυλίδου. tibi etiam gratias agebat, quod signa componenda suscepisses: in nos vero [24] suavissime hercule effusus. venit etiam ad me in Cumanum [25] a se. nihil minus velle, mihi visus est, quam Messalam consulatum petere:

f fumus *alii.*
t loquitur *MS.*
v ne dicend. *MSS.*

tere:

23. *Sit hoc quasi* καὶ τόδε Φωκυλίδου.) Et hoc Phocylidis: illud fortasse κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν. *Corrad.* Alludit M. Tullius ad Phocylidis versus, ex quibus complures hoc habent initium, καὶ τόδε Φωκυλίδου, quod eo consilio a Phocylide factum esse probabile est, ne quis alius his versibus suum nomen inscriberet, neve se eorum auctorem faceret. Profert hos Phocylidis versus Dion Chrysost. in orat. περὶ ὁμονοίας καὶ τόδε Φωκυλίδου. πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον Οἰκοῦσα, σμικρὴ κρέσσων Νίνου ἀφραινούσης. Reperi & hos apud Stobæum, καὶ τόδε Φωκυλίδου. τὸ πλέον γένος, εὐγενὲς ἐστιν, Οἷς οὐδ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. *Lambin.* Ut Phocylides poeta suis præceptis præponere solitus est illum dimidiatum versiculum:

Τὰ δὲ Φωκυλίδου:

Sic nos cum Pompeji sermones referemus semper addemus, *Ut loquebatur*: quoniam ille aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habebat. Ep. 15. & Famil. lib. VIII ep. I. *Popma.*

24. *Suavissime hercule & effusus.*) Nos, *Suavis mehercule, & effusus*, scripsimus: quam lectionem veriorem & elegantiorem visum iri putamus. *Victorius.*

25. *A c se.*) Non placet hoc; primum quia nemo de veteribus, ut opinor, ita locutus est, *Visus est se nihil minus velle*: deinde quia Bessarionis antiquus liber aliter habet, nempe sic, *A si.* Ferri alter liber, *Ac si.* hæ caussæ faciunt; ut *Ac se*, non placeat. quid autem placeat, & cur placeat, ostendam. Satis putantur belle corrigere, qui unius litteræ mutatione corrupta loca restituunt. non igitur temere faciam, si pro, *Ac se*, reponam, *A se.* quamquam ne unam quidem mihi videor litteram immutare. nam primas duas a Bessarionis libro, tertiam ab aliis veteribus libris accipio: cum in illo sit, ut dixi, *A si*, in aliis, *Ac se.* & ita distinguetur. Venit etiam ad me in Cumanum a se. nihil minus velle *&c.* ut sit, *A se*, a villa sua; sicuti, *Ad me*, valet, ad villam meam. Nec est, cur hoc loquendi genere quisquam offendatur. Sic ipse locutus est epistola 31. lib. XIII. *Ego autem tibi confirmo, a me non habere*: pro, ab ædibus meis. & lib. I. de Orat. *Quem ruri apud se esse audio*: id est, in villa sua. & in dialogo de Fato: *Cum esset apud se, ad Lavernum Scipio.* Et lib. III. de Rep. *Cujus focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, visere*

tere : de quo ipso si quid scis, velim scire. Quod Luccejo scribis te nostram gloriam commendaturum, & ædificium nostrum quod crebro invisis, gratum. Quintus frater ad me scripsit, se, quoniam Ciceronem suavissimum

x tecum haberes *Manut.* y haveret *Bos.* x secum y haberet, ad te nonis Maj. venturum. Ego me de Cumano movi ante diem v. Kal. Maj. eo die Neapoli apud [26] Lætum ante diem IV. kal. Maj. iens in Pompejanum, bene mane hæc scripsi.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

P. B. [28] PUTEOLIS magnus est rumor, Ptolemæum esse in regno. Si quid habes certius, velim scire. Ego hic pascor [28] bibliotheca Fausti. fortasse tu putabas, [29] his rebus Puteolanis & Lucrinensibus. ne ista quidem desunt. sed mehercule a ceteris oblectationibus deseror [30] ut voluptatum, propter rempublicam, sic literis su-

solebat. Sic ille, quem hic noster tanti fecit, Terentius in Heauton. *Hinc a me quisnam egreditur?* & alibi cum ipse, tum optimus Latinitatis auctor, Plautus. *P. Manut.*

26. *Lætum.*) Manutio placeret *Pætum:* ut sit *Papirius Pætus*, de quo ep. ad Famil. lib. IX. *Cleric.*

27. *Puteolis est rumor.*) Hoc est principium epistolæ in Decurtato, quod tamen cum superiori epistola conjungit vulgata editio. Bosio Junius assentitur alterius epistolæ principium esse. *Idem.*

28. *Bibliotheca Fausti.*) L. Cornelii Fausti L. Syllæ. F. orat. pro Sylla, Joseph. lib. XIV. cap. 8. & Dion lib. XXXIX. *Corrad.* Hic est L. Cornelius Sulla Faustus, Sullæ Dictatoris filius, Pompeji gener, quem magnam & exquisitam bibliothecam habuisse licet suspicari ex eo quod Sulla pater devictis Athenis inde aliquot librorum millia abstulerit, ut tradit Plutarchus in vita. *Popma.*

29. *His rebus Puteolanis & Lucrinensibus.*) Placet ut legatur *ostreis*, pro *his rebus:* nam de Lucrinensibus ostreis facit Plinius mentionem. itaque recte scriptum est in antiquis libris paulo post, *Ne ista quidem*, & *propterea*, pro *propter remp.* Ursinus. *His rebus Puteolanis.*) Piscibus & ostreis, quibus sinus Puteolanus & lacus Lucrinus abundabant. Varro Sexagesi; *Tum nuptiæ videbant ostreas Lucrinas*. Popma.

30. *Et voluptatibus propter rempublicam.*) Valde suspectum habemus. nam in manuscriptis, *Voluptatum* legimus, non *Voluptatibus:* & monosyllabum illud *Sic*, non intelligimus cui parti respondeat. Eruditiores accuratius hæc considerabunt. utinam nostra suspicio inanis sit & curiosa. *Victorius.* In Scidis, Tornæsiano, & Crusellino

sustentor & recreor; maloque in illa tua [z] sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli; tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video esse ambulandum. Sed de illa ambulatione fors viderit, [a] aut si qui est, qui curet deus. Nostram ambulationem & [b] Laconicum, eaque, [31] quæ Cyrea sint, [32] velim, [c] quod poteris, invisas; & urgeas Philotimum, ut properet; ut possim tibi aliquid in eo genere respondere. Pompejus in Cumanum Patilibus venit: misit ad me statim, qui salutem nuntiaret. ad eum postridie mane vadebam, cum hæc scripsi.

z *alii* sedicula.

a *alii* delent aut.

b Laconicam *MS.*

c *alii* quã *mule.*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

DELECTARUNT me epistolæ tuæ: quas accepi uno tempore duas ante diem [33] II. kal. perge reliqua.

sellino constanter exaratum erat, *& voluptatum*, mendose, pro, *ut voluptatum*. Declarat enim particula, *sic*, quæ mox sequitur, Ciceronem hic scripsisse, *ut*, quo modo edidimus. nam altera alteri respondet. *Bosius*. *Et voluptatum* etiam codex Balliol. habet. sed Helmst. *& voluptatibus*. Videtur *ut* suo loco excidisse, dein permutatum in *&* has peperisse corruptiones. Forte Cicero sic scripsit: *Sed mehercule ut a ceteris oblectationibus voluptatum deseror propter rempublicam, sic litteris sustentor & recreor*. Viderint acutiores. Interea dum certi quid ex libris eruatur, retinui lectionem, quam omnes ante Bosianam, præ se ferunt editiones, firmatam Helmstadiensi codice. *Gravius*. Vide an non molestia exstiterit ab commissione duarum vocum, quæ quum in primo exemplari non essent satis perspicue distinctæ, conjunxerunt scribæ, nempe, *sed mehercule a ceteris oblectationibus ut deseror & voluptatibus* (vel *& voluptatum*, ut τὸ *&* positum habeatur pro etiam) *propter rempublicam, sic litteris &c.* Gronov.

31. *Eaqua quæ circa sint.*) Nos veterem scripturam restituimus: cum enim de ædificiis agat, *Cyrea* intelligimus, ea quæ à Cyro architecto, quo in suis ædificationibus plurimum utebatur, fabricata sint. magni autem hic nominis ea tempestate fuit. Meminit illius Cic. pluribus locis, ut sæpe in oratione pro Mil. semel autem his verbis: *Sed subito ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum, itaque Romam repente constituisse proficisci*. Victorius. *Cyrea sint.*) A Cyro architecto facta sint. ep. 3. lib. II. al. *circa sunt*, id fortasse rectius, ut balnearia significet. ep. 1. lib. III. ad Q. Fr. *Corrad.*

qua. gestio scire ista omnia. etiam illud cujusmodi [d] sit, velim [e] perspicias: potes a Demetrio: dixit [f] Pompejus, Crassum a se in Albano exspectari ante diem IV. Kal. is cum venisset, Romam [g] esse statim venturos, ut rationes cum publicanis putarent. quæsivi, gladiatoribusne? respondit, ante quam inducerentur. id cujusmodi sit, aut nunc, si [h] scias, aut cum is Romam venerit; ad me mittas velim. Nos hic voramus [i] litteras cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te omnesque vos salutat. οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντ' εἰδέναι. quare, ut homini curioso, ita perscribe ad me, quid 34 primus dies, quid secundus, quid censores, quid

d sit *deest in MSS.*
e *alii* persp. si pot.
f Pomp. mihi *Brut.*
g & se stat. venturum *alii.*
h scies *MSS.*
P. LXI.
i literas *deest in MS.*

32. *Velim cum poteris invisas.*) Balliol. *Velim q poterit invisas.* Helmstad. *Velim quod poteris invisas.* lege: *Velim, quod poteris, invisas.* hoc est, quando poteris. lib. I. epist. 7. *Cui tua littera, quod facile intellexerim, perjucunda fuere.* hoc est, quantum intelligere potui. In lib. XIV. *Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quam longissime poteris, obviam nobis properes.* Grævius.

33. V. *Kal.*) Sic omnes, quos viderim, antiqui libri. mihi mendosa dies videtur. nam, si epistolas Attici uno die duas, V. *Kalend.* accepisset; non id ei significasset proximis litteris quas. IV. Kalend. iens in Pompejanum scripsit. accepit igitur eas epistolas non modo post V. sed etiam post. IV. Kalend. sic enim necesse est. quod etiam hujus argumentum epistolæ declarat. scripta enim est post superiorem, cum in ea de Pompeji sermone, habito in Cumano, jam narraverit. quod si accepit eas post IV. Kalend. nimirum aut III, aut II. accepit. II. autem potius existimo, quam III. cum ob alia quædam, quæ placet omitti, ne quis fortasse meam, quasi nimis argutam, rideat diligentiam; tum quia mutatio facilis est ab V. in II. item ut ab II. in V. itaque alibi quoque alterum pro altero mendose positum inveni. Et paullo post, ubi IV. *Kalend.* Non loquitur de II. Kalend. tamquam de die, cum hæc scripsit, futuro, (nam hanc epistolam post superiorem esse datam constat: illa porro IV. *Kalend.* Neapoli, in discessu: itaque non est, ut ante IV. *Kalend.* opinemur datam) sed, ut de die, qui, quo tempore locutus est cum Pompejo, futurus erat. sermo autem ille cum Pompejo, ut jam dixi, aliquot diebus ante, hoc est postridie Parilia, habitus erat. *P. Manut.*

34. *Primus dies.*) An, gladiatorum? ut quærat ἐπισημασίας. nam gladiatoribus, ludisque de bonis, improbisve civibus quid populus sentiret, perspiciebatur, epist. 5. lib. I. & XVIII. lib. II. An, *primus dies*, & *secundus*, & ceteri, postquam urbe exivi? at hoc superioribus potius litteris Attico mandasset. An, primus dies, ubi consules, Pompejus & Crassus, Romam venerint? forte hoc verisimilius: ut, quemadmodum de censoribus, ita de con-

quid Appius, quid [35] illa populi Appuleja. denique; etiam quid [k] a te fiat, ad me velim scribas. non enim (ut vere loquamur) tam rebus novis, quam tuis litteris delector. Ego mecum, præter Dionysium, duxi neminem: [36] nec metuo tamen, ne mihi sermo desit [l] abs te.

k ad te *Brut.* ante fiat *alii.*

l abs *te* *delet J. F. Gronov.*

consulibus ab Attico quærat: cum præsertim, quod exspectaret, non esset nihil, ut de comitiis prætorum hujus anni; quæ non ante III. Id. Maji. habita esse a consulibus, locus indicat in ep. ad Quinctum, lib. II. ep. II. *P. Manut.*

35. *Illa populi Apuleja.*) P. Clodius, qui Tribunus pl. Remp. perturbavit & me ejecit, ut L. Saturninus Apulejus Remp. perturbavit, & Metellum ejecit. Liv. lib. LXIX. quum prius Cilicum libidines, barbarorumque satiasset, Orat. de resp. ita, ut Apuleja potius, quam Apulejus appellari debeat. sic filiola Curionis, ep. II. lib. I. quod si, *Apulia*, legatur, exponi possit, sitis quædam, & æstus, ut hirudo ep. 13. lib. I. siticulosa enim dicitur Apulia ab Horat. & ejus loca calidiora & graviora a Varr. lib. I. cap. 6. de Re Rust. vel corruptela, quod in ea sit Salapida oppidum Annibalis meretricio amore inclytum. Pl. lib. III. cap. II. quin olim quum maximis terræ motibus conquassata esset, magna populo Ro. bella sunt denuntiata lib. I. de Divinat. *Corrad.*

36. *Nec metuo tamen ne mihi sermo sit abs te, quo magnopere delector.*) Sic quondam legebatur: sed aut nulla, aut admodum frigida erat (nisi fallor) sententia eorum verborum. Alii postea reliquis ejus partibus conservatis pro *sit*, *desit* scripserunt: quemadmodum est in antiquis libris. Quod si facili quadam & plana lectione contentus esse vis, & veterem scripturam non curas, hanc potes eligere & tenere: apertus enim sensus ejus est. antiqua autem valde diversa est, habetque non parum difficultatis & obscuritatis: quam tamen in medium proposui, ut accuratius a disertis viris considerari possit. nec enim arbitror sine causa antiquos omnes libros ab impressis tantopere dissentire, existimoque nonnullos ejus obscuritate offensos illam repudiasse, & duabus interjectis dictionibus apertiorem & clariorem lectionem facere voluisse. quod si verum esset, non me pœniteret veterem potius, quamvis suspectam & duram restituisse, quam ab illis concinnatam & factam: nunquam enim ratio illa corrigendi libros mihi placuit. Adverbium illud *opere* non alias, ut puto, ab hoc autore simplex usurpatum est, nisi fuerit illinc etiam sublatum ubi esse debebat: quemadmodum hic ei fortasse acciderat, cum alia voce, nec una tantum, complicatum frequens est, ut *magnopere*, *summopere*, & aliis: significaret autem hic *valde* si proba & fidelis hæc lectio est. Livius tamen non semel eo usus est, etsi *opere* apud eum aliud videtur significare libro primo. *Quæ longo effata carmine non opere est referre*. Et v. etiam, *Postquam audivit aruspicem esse haud intacti religione animi, causatus de privati portenti procuratione, si opere il-*

te. Opere delector. Tu Luccejo nostrum librum dabis ... Demetrii Magnetis tibi mitto; statim ut sit, qui a te mihi epistolam referat.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

m ante *alii*.

EGNATIUS Romæ est. sed ego cum eo 37 de re Halimeti vehementer m Antii egi. graviter se acturum

li esset, consulere velle, ad colloquium vatem elicit. Id est, si commodum ei esset, nullo majore negotio impediretur. Utuntur & alii non incelebres autores hoc adverbio. De sinceritate loci Ciceronis quid judicandum sit, eruditi & ingeniosi viri statuent. Cum autem in hac epistola de duobus Demetriis agat, qui fuerit ille, de quo sermo est in extrema ejus parte, dubium non est: ipse enim aperit. de quo autem Demetrio loquatur cum in prima parte epistolæ dixit, *Potes a Demetrio*: non tam perspicuum est. Puto autem intelligi Demetrium quendam libertum Cn. Pompeji, qui magnam apud eum auctoritatem habuit, & omnium ipsius consiliorum particeps fuit. unde Cicero cupiens scire vim & sensum sermonis Pompeji, quem habuerat cum Crasso, hortatur Atticum ut inde quærat: facile enim ex eo omnem rem intelligi posse. Plin. lib. XXXV. cap. XVIII. cum numeraret eos quos e servili conditione fortuna in altum evexisset, quia eos patroni valde dilexerant, non prætermisit hunc, sic enim inquit: *Sed quid hos refero aliquo literarum honore commendatos? talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ, Ampionem Qu. Catuli, Heronem L. Luculli, Demetrium Pompeji.* Tradit etiam Dion, cum de Theatro Pompeji in historia sua loqueretur, se audivisse illud non Pompejum ædificasse, sed Demetrium quendam ejus libertum e pecunia quam sibi paraverat in cunctis expeditionibus cum patrono versatus. Qua de causa merito ei operis illius cognomen attribuit, ne Pompejus ipse male audiret, quod ejus libertus tam multam pecuniam coegisset, ut hujusmodi sumptus facere posset. Mira etiam quædam de hujus potentia & opibus Plutarchus narrat, qui hortos etiam illos magnificos eum ædificasse tradit, qui horti Demetrii sunt postea appellati. *Victor. Opere delector.*) Ita libri veteres, quasi dicat se nolle otiosum esse: sed libenter operam impendere mittendis & accipiendis litteris. Ego non dubito quin legendum sit *eo vere delector*, supra, *Non enim, ut vero loquamur, tam rebus novis quam tuis litteris delector.* Popma. Recte mss. Omnis difficultas orta est a prava distinctione: hæc verba *opere delector* credunt pertinere ad præcedentia.

Sed

rum cum Aquilio confirmavit. videbis ergo hominem, si voles. 38 Macroni vix videor præsto esse. enim auctionem Larini video, 39 & biduum præterea. id tu, quoni-

Sed post *abs te* πελσία ϛιγμὴ ponenda. & sic scribendum: *Nec me- tuo tamen ne mihi sermo desit abs te. Opere delector*. Scilicet de quo ad me scripsisti, & forte de ędificio Ciceronis, de quo in epistolis præcedentibus agit, scripserat Atticus, id sibi placere respondet Cicero. *Gravius*.

37. *De re Halimeti*.) Fortasse, *Thallumeti* ep. 12. lib. v. vel *Alimentii*, ut significet Cincium, ep. 5. lib. I Alimentius enim est cognomen Cinciorum. Liv. lib. XXIX. *Corrad. De te alimenti*.) Sic Mss. duo. Hoc autem cognomen gentis Cincię. *Junius*.

38. *Macroni vix videor præsto esse posse. Idibus enim auctionem*.) Diversam invenimus lectionem in manuscriptis exemplaribus: nec tamen receptam & communem rejecimus. hic igitur illam testatam relinquemus. Nos sane in antiqua nonnihil vitii putamus esse: quin etiam vulgatam mendo vacare non arbitramur. Quid igitur in tantis tenebris aliud gerere potuimus, aut quod tutius consilium capere: quam doctiorum judicium expectare, copia illis antiquæ lectionis facta; Sic ergo melioris notę liber habet, *Macroni vix videor præsto esse. enim auctionem Larini video & iduum præterea*. Victorius. Forte scripsit Tullius: *Macroni vix videor præsto esse. Esse enim Idibus auctionem Larini video*. Ita ut *esse* bis fuerit positum in fine prioris periodi, & initio sequentis. Alterutrum autem oscitantia librariorum excidisse, quod mendi genus frequentissimum occurrere in veteribus libris non ignorant, qui eos evolverunt. Vulgatam interim cum Lambino tenebimus, firmatam veterum etiam quorundam librorum auctoritate, ut cognosces ex nota sequente Lambini, donec verum eruatur. *Gravius*. Quum in agitato hoc loco ipse oculis viderim in Balliolensi exstare, ut ex suo fatetur Victorius, & nihil ea habeat in sensu, & ipsa loqutione scrupuli, penitus ita hanc editionem formavi, præsertim quum in simili constructione τὸ *posse* ejecerim quoque lib. I. ad Lentulum ep. 7. & τὸ *enim* sic occurrat lib. IV. Tusc. quęst. 13. ut mutatio distinctionis Bosiana non requiratur. *Gronovius*.

39. *Et biduum præterea*.) Sic habent omnes libri vulgati: neque longe secus codex Turnæs. nisi quod pro, *biduum*, habet usitato illorum temporum vitio, *viduum*. u, pro, b. quemadmodum *vene*, pro *bene*. & contra, *jubentuti*, pro, *juventuti*, supra scriptum esse in codice illo Turnæs. lectorem admonuimus: & paullo ante pro, *levitatis*, scriptum est, *lebitatis*. Quare nihil est, quod hic anxie tricetur Victorius. sententia plana est: scriptura vulgata recta & sincera. *& biduum præterea autem*, subintell. Larini mihi commorandum est, aut, aliquid aliud tale. Supra autem, codex Turnæsianus, & Huraltinus habent, *Idibus enim auctionem video*, ut & vulg. a cæteris abest vox, *Idib*. Victorius porro sic edidit. *Macroni vix videor præsto esse. enim auctionem Larini video &c*. Lambin.

40. Ka-

quoniam Macronem tanti facis, ignoscas [n] mi, velim: *n alii* mihi Sed, si me diligis, postridrie [40] Kalend. cœna [41] apud me cum Pilia. prorsus id [o] facies. kalend. cogito in hortis *o alii* facias. Crassipedis, [42] quasi in diversorio, cœnare. facio fraudem senatus consulto. inde domum cœnatus, ut sim mane præsto Miloni. ibi te igitur videbo, & [43] promonebo. Domus te nostra tota salutat.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

NOs in Tusculanum venisse a. d. XII. Kal. Decemb. video te scire. ibi Dionysius nobis præsto fuit. *p alii* XIV. P. B. Romæ a. d. [p] XIIX. Kalend. volumus esse: quid dico, volumus? immo vero cogimur. Milonis nuptiæ; comi-

40. *Kalendis.*) Quibus? Maji, non puto. nam in proxima superiore epistola, quam diximus post IV. kal. Maji esse datam, verbum nullum posuit, unde pateat Romam ire velle: potius indicat, per aliquot dies non esse in urbem rediturum. itaque litteras ab Attico flagitat. *P. Manut.*

41. *Apud me.*) Domi meæ. nam, *Apud aliquem cœnare*, non est, cum illo cœnare, sed in ejus ædibus; ideo dixit ep. 6. lib. V. *Secum* & *apud se*; pro, & cum ipso, & in ejus ædibus. potest enim aliquis cum aliquo, nec tamen apud eum cœnare: rursus potest aliquis apud aliquem, nec tamen cum eo cœnare: ut hic Cicero cupit Atticum apud se cœnare, cum ipse Romæ non esset. Sic locutus ep. 2. lib. I. Fam. & in dialogo de Fato apud Macr. & ep. 9. lib. I. *Cœnavit apud me in mei generi Crassipedis hortis.* Et hic ep. 6. lib. V. Et libro I. de Orat. *Quem non longe ruri apud se esse audio.* Et Catull. epigram. 13. ad Fabullum, *Cœnabis bene, mi Fabulle, apud me, &c.* Ter. in Heaut. *Ubinam est quæso? apud me, domi.* Et in Eum. *Apud Antiphonem, domi.* Pro Sextio, *Apud se ruri.* Idem.

43. *Quasi in diversorio.*) Divertit enim a via in hortos Crassipedis generi, ne si recta Romam ivisset KAL. in Senatum vocaretur. nam absens vocari non poterat. ita fraude subterfugit pęnam Senatusconsultus quo cautum erat, ut Senatores qui in urbe essent in Senatum vocati adessent, non venientibus pignora auferrentur Philipp. I. *Popma.*

43. *Promonebo.*) Puto quid significetur minime multis liquere. sunt etiam, qui mutandum existiment. ego tueor antiquum verbum, & explano, *Promovebo*, proficiam aliquid in Alimenti re. quo sensu & Terentius in Andria dixit, *Nihil promoveris.* P. Manut. Quod erat in Scidis & Tornæsiano, Bosius edidit, ut etiam legendum prius censuerat Manutius. Malasp. vult legi *præmonebo*,

Lam-

mitiorum nonnulla opinio est. 44 ego, ut sit rata, abfuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non moleste. nam aut defendissem, quod non placeret; aut defuissem, cui nom oporteret. sed mehercule velim, res istas, & præsentem statum reipublicæ, q & quo animo consules ferant 45 hunc σκυλμὸν, rescribas ad me, quantum potest. valde sum ὀξυπείνος &, si quæris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate ajunt profectum paludatum, quam olim æqualem ejus L. Paullum, iterum consulem. o hominem nequam! De libris oratoriis factum est a me diligenter. diu multumque in manibus fuerunt; describas licet. Illud etiam te rogo, τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς. ne istuc hospes r veniam.

q æquo an. *MSS.*

r venias vale. *alii.*

E P I S T O L A XIV.

CICERO ATTICO S.

VESTORIUS noster me per litteras s fecit certiorem, te Roma a. d. VI. id. Mai. 46 putare profectum esse, tar-

s *alii* facit.

Lambino teste, cui placet magis lectio quæ in uno codice mſ. reperitur, ea autem talis est, *& pervidebo*. Bosii lectionem confirmat Junius. *Cleric.*

44. *Ergo & si rata fuisse me in altercationibus.*) Locus manifesto corruptus. Nos conati sumus, dum melior lectio indagetur, ita locum castigare, ut probabilis aliqua sententia eliciatur, nec tamen valde illi confidimus. Veterem autem scripturam hic constituemus, ut possint ingeniosiores videre, an suo labore & industria maculæ labesque ex hoc loco tolli queant. est autem hæc cum fide huc translata: *Ergo & si irata fuisse me, &c.* Victorius. *Ego, ut sit rata, affuisse me &.*) Depravate Tornæſ. & Crusellin. & Hutaltinus, *erge & si irata*, quod ita plane legi in suis mſſ. testatur Victorius. Emendavit ex Decurtato Bosius *ego, ut sit rata*, cui lectioni assentitur Lambinus; præter quam pro *ego*, legit *ergo* Cleric.

45. *Hunc ὄχλον.*) Nos σκυλμὸν, ut in antiquo exemplari invenimus, scripsimus: id est, perturbationem, & tempestatem civitatis. σκυλμὸς enim, ταραχὴ καὶ σάλος. Artemidorus Onirocritican lib. II. ἀσυνομεῖν ἢ παιδονομεῖν, ἢ γυναικονομεῖν φροντίδας καὶ σκυλμὰς ὑποτίθησιν τῷ ἰδόντι διὰ δημοσία, ἢ διὰ παιδία, καὶ διὰ γυναῖκας. Paulo post, συστημάτων δὲ ἢ οἰκίας ἄρχειν καὶ ἐπιτροπεύειν πᾶσι, σκυλμὸς καὶ ἀηδίας βιωτικὰς περιφθησιν. Intelligit autem altercationes, quas in Senatu factas audierat. *Victor.* Σκυλμὸν.) Perturbationem. al. ὄχλον, turbam. al. σκύχμον.

tardius, quam [47] dixerat, quod minus valuisses. si jam melius vales, vehementer gaudeo. Velim, domum ad
t tuos alii t te scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis. est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo: quos, ut spero, tibi valde probabo.
v Et MS. v Tu velim, si quid forte novi habes, maxime a Quinto fratre, deinde a C. Cæsare, & si quid forte de comitiis, de republica, (soles enim tu hæc [48] festine
x conscribas alii. odorari) x scribas ad me. si nil habebis, tamen scribas aliquid. numquam enim mihi tua epistola aut intempestiva aut loquax visa est. maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum revisas. Dionysium jube salvere. Cura, ut
P. LXII. valeas.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

[49] DE Eutychide gratum; qui vetere prænomine, novo nomine T. erit Cæcilius; ut est ex me, & ex te junctus Dionysius, M. Pomponius. valde mehercule

σκύαμον, ut forte legere possimus, κύαμον, hoc est suffragationem quandam tunc in actis Cæsaris comprobandis factam. est enim κύαμος ὀλιγαρχικός, ut scripsit Arist. *Corrad.* Consules autem illius anni erant L. Domitius Ænobarbus, & Appius Claudius Pulcher. *Grav.*

46. *Putare profectum esse.*) Faerni liber, atque item Car. mei. *Putare possum profectum esse.* quorum ille sensus est. Vestorius certiorem me fecit, te Roma a. D. VI. Id. Maii proficisci statuisse. Sed quando tu eo tempore, quo mihi ille scripserat, profectus non es: putare possum ea de caussa tardius exisse, quam dixeras, quia minus valuisses. Neque hæc eo pertinent, ut propensior in hanc lectionem, quam in vulgatam sim: sed ut servem institutum meum. *Malasp.*

47. *Dixerat.*) Mihi coram ipse Vestorius. alii. *dixeras.* Corrad. Faernus corrigebat, *dixeras* pro *dixerat*, & ita videtur legendum. *Ursinus.*

48. *Festine odorari.*) Videant eruditi, an rectius quod manuscripti adhuc retinent libri, & Germani in margine sui codicis adnotarunt, *Festive* legatur: id est, eleganter, & suavibus quibusdam blanditiis. *Victorius.*

49. *De Eutychide.*) Servum Eutychidem Atticus liberaturus eum de suo vetere prænomine, novo nomine, quod ipse a Cæcilio

avun-

cule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me benivolentiam cognoscet, [y] & suam illam in meo dolore συμπάθειαν, neque tum mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse. numquam enim tu sine justissima causa tam longe a [z] tot tuis, & hominibus, & rebus carissimis abesse voluisses. [a] sed humanitatem tuam amoremque in tuos reditus celeritas declarabit. [50] sed vereor, ne lepore te suo detineat diutius [51] rhetor Clodius, [b] & homo pereruditus, ut ajunt, [52] & nunc quidem deditus Græcis literis [c] Pituanios. sed, si vis homo esse, recipe te ad nos ad quod tempus confirmasti. cum illis [d] tamen, cum salvi venerint, Romæ vivere licebit. [e] Havere te scribis, accipere aliquid a me litterarum; dedi, [53] ac multis quidem de rebus, [f] ἡμερόλεγδον perscripta omnia: sed,

y *alii delent* et. *Malasp.* etiam.
z tot *deest in MSS*
a *Jun. delet* sed.
b *alii delent* &
c *Manut.* Pituanius *Bosius* D. Turanius.
d *alii* tum.
e *alii* habere.
f ἡμερολογεῖον *MS.*

avunculo adoptatus acceperat, T. Cæcilium Eutychidem appellare constituerat. *P. Manut.*

50. *Sed vereor, ne lepore te suo detineat diutius, rhetor Clodius, & homo pereruditus, ut ajunt.* Addidit Bosius ex fide Decurtati pronomen, *te*, post vocem *lepore*, & pro *Prætor Clodius*, reposuit, *rhetor Clodius.* vulg. sic legitur, *sed vereor ne lepore suo detineat diutius Pr. Clodius & homo pereruditus (ut ajunt,)* Cleric.

51. *Rhetor Clodius.*) Ita reposui, *pro prætor Clodius.* intelligit enim Sex. Clodium rhetorem, cujus idem in Philippicis meminit his verbis: *audite, audite Patres conscripti, & cognoscite Reip. vulnera; duo millia jugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia, ut tanta mercede nihil sapere disceres.* Plura de hoc Clodio rhetore Svetonius in libello de Claris Rhetoribus. *Bosius.* Lactantius etiam citat librum ejus Græce scriptum de diis. *Grav.*

52. *Et nunc quidem deditus Græcis literis ac pituaniis.*) Nos cum locum hunc perversum esse liquido credamus, veterem scripturam, qualis qualis est, reposuimus, putantes omnino illam minus depravatam, & contaminatam esse: notam autem, quæ mendum indicaret, prope eam adposuimus. Præterea videndum est, an pro *Præter Clodius*, *Pub. Clodius* legi debeat. Nam sæpe invenimus, quod ante testati sumus, veteres etiam libros, & aliis partibus probatissimos, in his prænominibus turpiter deformatos: quod accidit librariorum imperitia. Cum enim per notas prænomina scribere moris esset, hi autem interpretari vellent, sæpe voces risu dignas scribebant, quod fortasse etiam hic accidit. *Victorius.*

53. *Ac multis quidem de rebus ἡμερολογεῖον perscripta omnia.*) Noster antiquus, & Germanicus etiam codex, ἡμερόλεγδον. ut sit adverbium: id est, prout singulis diebus gesta sunt. Hanc vocem suo loco apud Suidam reperies, etsi illam non exponit: ut puto, quia satis nota & vulgata erat. *Idem.*

54. Quæ

sed, ut conjicio, 54 quoniam mihi non videris in Epiro diu fuisse, redditas tibi g non arbitror. genus autem mearum, ad te h quidem, litterarum ejusmodi i fere est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum redditurum. Nunc Romanas res accipe. A. d. III. non. Quint. 55 Sufenas, & Cato absoluti: 56 Procilius condemnatus. ex quo intellectum est, 57 τρισαρειοπαγίτας ambitum, comitia, interregnum, majestatem, totam denique rempublicam flocci non facere. k debemus patrem familias domi suæ occidere nolle; neque tamen id ipsum abunde. nam absolverunt XXII. condemnarunt XXIIX. Publius sane diserto epilogo criminans, mentes judicum moverat. l Hortalus in ea causa fuit, cujusmodi solet. nos verbum nullum. 58 verita est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animi in Pu-

g *alii delent* non.
h quidem *deest in aliis.*
i forte *MSS.*
P. B.
k *quad. edd. delent* debemus.
l *alii* Ortalus.

54. *Quoniam mihi non videris in Epiro.*) Scripsimus. *Quoniam mihi vero videris*: ex vetusto nostro exemplari. Conjectatur Cicero Attico non redditas esse litteras, quia diutius mansit in Epiro, quam dixerat, cum autem propter iter Asiaticum, quod ab illo susceptum erat, existimaret Cicero Atticum jam in via esse: in alia loca epistolam illam, quo venturum ipsum putabat, miserat. cum igitur videat illum diu in Epiro moratum, conjicit literas eas non redditas. *Victor.*

55. *Sufenas.*) Cognomen est Noniorum, ut apparet ex veteri nummo argenteo, in cujus altera parte legitur, SEX. NONIUS PR. L. P. F. in altera, SC. SUFENAS. *Bosius.*

56. *Procilius condemnatus.*) Noster antiquus liber, *Commendatur*. Non tamen receptam lectionem repudiavimus. *Victorius.* Recte Manutius a me admonitus reposuit *Procilius* cum legeretur: *Porcilius* cujus familię mentio est in antiquis denariis. *Ursini.*

57. Τρισαρειοπαγίτας Εἰρωνικῶς corruptissimos judices uno verbo τρισαρειοπαγίτας vocavit. nam sępenumero τὸ τρὶς in compositione vim habet augendi, ut τρισόλβιος, τρισάθλιος, τρισάσμενος. inde Horatius, qui sæpe græcissat, cum Latine reddere vellet, hæc duo vocabula, τρισκαρτερόφρων, & τρισχαλκεόφρων scripsit, *illi robur & æs triplex circa pectus erat*. Bosius. Recte Bosius. Sic *triscurrium* apud Juv. Sat. VI.

Qui spectat triscurria Patriciorum.

Vide Eustath. ad Illiad. Θ, qui multas hujus generis voces afferte *Gravius.*

58. *Verita est enim pusilla, quæ nunc laborat.*) Locum hunc a mendis quibus scatebat, vindicavit Bosius. Tornæs. Huralt. & Crusell. sic habebant, *veritas est enim pusilla ne animum Publio offenderet*: eademque fere erat lectio Decurtati, extra quam, quod pro, *animum Publio*, edebat, *animi in Publio*, atque ita excudendum curavit: id præterea mutavit, quod pro, *veritas*, reposuit, ve-

Publio offenderer. His rebus actis, 59 Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam 60 contra Interamnates apud consulem, & decem legatos; quod lacus Velinus, 61 a m M' Curio emissus, intercisso monte, m *alii* M. in

verita. & pro, *offenderet*, *effenderer*; ut totus locus ita concipiatur, *verita est enim pusilla, quæ nunc laborat ne, animi in Publio offenderer*. Manutius in hoc verborum ambitu, mendum latere videns, sic restituere conatus est, *verita est enim filia, quæ nunc laborat, ne animum Publii offenderem*: vel, *ne animus Publii offenderetur*. Junius ex mss. Palat. vulgatam lectionem quæ sic se habet, *veritas est enim pusilla; qua nunc laborat, ne animum Publii offenderet*, prorsus sequitur, una littera mutata legendo, *offenderit* pro, *effenderet*. Cleric.

59. *Eratini me ad sua tempora.*) Castigavimus ex vetere codice, *Reatini me ad sua τέμπη*. Habet autem idem codex, *Contra ènamnatis*: non *Interamnatis*, una syllaba suppressa. nam apud Strabonem etiam *Interamna* appellatur. Sic autem hunc locum legi debere, confirmant etiam verba illa Varronis lib. III. de Agricultura, *Axius Appiæ subridens, Recipe nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aves. Ille, Ego vero, inquit, te præsertim, cujus aves hospitales etiam nunc ructor, quas apposuisti paucis ante diebus in villa Reatina, ad lacum Velini eunti, de controversiis Interamnatium & Reatinorum cognituro*. Dionisius Halicarnasseus libro primo Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, cum loqueretur de urbibus, in quibus primo Aborigines habitarunt (erant autem hæ in Reatina regione) mentionem fecit etiam seu oppidi, seu pagi *Septem aquæ* appellati. paucas autem admodum illarum sua tempestate manere dicit. plurimas vero bello & aliis injuriis dirutas & eversas, habitatoribus vacuas relictas esse. *Victorius*. *Reate* vetustissimum oppidum Sabinorum, de quo vide Cluv. Ital. antiquæ lib. II. cap. 8. Ubi autem fuerint Reatina ista *tempe* ignorare se ait. Verum Lucas Holsteinius in animadversionibus Ciceronem ostendit intellexisse omnia illa amœna loca apud lacum Velinum, ut in Sicilia dicta fuerint *Eleria tempe* loca amœna ad Elorum fluvium. *Grav.*

60. *Contra Interamnates.*) Cognomine Nartes, id est Naris accolas, qui ea parte qua Velinus amnis in Narem defluit, habitabant ad confluentem: ex quo Interamnates dicti. Hi autem videntur alveum Velini amnis inferius derivasse suo commodo, intercisso monte, supra quem amnis prius ferebatur dextrosum in Narem: qua ratione Velinus lacus minuebatur. minusque humoris inferne, & roris superne proximis Reatinorum agris suppeditabat. Hujus enim quotidiani roris materia eadem est a Velino lacu prodiens, de cujus allisu Sol irin quotidie efficit: Plinius lib. II. natur. hist. cap. 62. *In Italia Locris, & in lacu Velino, nullo non die apparere arcus*. Junius.

61. *A M' Curio emissus.*) Hoc est a Manio Curio. prave enim quidam scribunt a M. id est, a Marco. *Bosius*. An igitur antea non defluebat? Etiam. Sed angusto tantum Velini ore, quod natura fecerat. Consul autem *M' Curius* Dentatus, postquam anno Urbis

n *alii* in n in Narem defluit : 62 ex quo est o illa siccata, & humida tamen modice 63 Rosia. 64 Vixi cum Axio. p 65 quin

n *alii* in Nar.
o villa *Cluv.*

bis Romæ CCCCLXIII. ante natum Christum CCXL. Sabinos devicit, monte intercisso latius ipsi lacui aperuit ostium, quo nunc quoque e celsissimis præruptissimisque cautibus in subjectum Narem se præcipitat, ubi spumans cœlumque obnubilans unda cum sole perpetuam reddit iridem. Ph. Cluv. II. de Ital. antiq. cap. 8. *Grav.*

62. *Ex quo est illa siccata & humida tamen modice Rosia.*) Sic in duobus antiquis libris, Cavalcantis, & Bessarionis, est tamen, cur aliquid desiderem. placeret tale quippiam, *Ex quo est illa quidem siccata, sed humida tamen modice Rosea.* quale illud in epistola ad Quinctum fratrem: *De novis tribunis plane est ille quidem in me officiosissimus Sextius, sed valde adversante Clodio.* Aut, si veterem lectionem conservari placet, explanemus, Illa, cujus maxime laudatur ubertas. Festus enim hæc de Rosea: *Rosea in campo Reatino campus appellatur, quod in eo arva rore humida semper servantur.* & Plinius lib. XVII. cap. 3. *P. Manut.*

63. *Defluit in Cumanum.*) Loco horum verborum, *Rosia vixi cum Axio*, habent manuscripti codices: recte profecto, & vere. *Rosia* autem seu villa, seu ager in his locis, M. Varro de Agricultura: *Cæsar Vopiscus ædilitius causam cum ageret apud censores, campos Rosiæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.* Virgilius, *Rosea rura Velini* appellat. Axium autem hunc esse credo, de quo meminit M. Varro in superiore a nobis citato loco, qui agros ea regione possidebat. *Vivere autem cum aliquo*, frequens est sermo Ciceronis lib. XIV. *Cum Pansa vixi in Pompejano.* & aliis plurimis locis. *Victor. Rosea* fuit campus Reatini agri fertilissimus, Virgilio VII. Æn. *Rosea rura Velini.* laudatur a Varrone, Plinio, Festo, Servio, quorum testimonia vide apud Cluverium Mss. & edd. *Rosia.* sed M. Brutus cum aliis omnibus auctoribns *Resea*, scripsit. Fuit autem circa lacum Reatinum sive S. Susannæ, & hodie priscum nomen retinet. Nam *le Rose* vulgo vocatur. sic dicuntur campi, qui sine ulla stercoratione sua sponte quotannis in fructus exuberant. *L. Holsteinius.*

64. *Vixi cum Axio,*) Editio Victorii sic legit hunc locum: *ex est quo villa siccata, & humida tamen modice. Rosia vixi cum Axio. quin etiam me ad VII. aquas deduxit.* Cluverius vero sic scribendum existimat. *ex quo est villa siccata. & in humida tamen modice Rosea vixi cum Axio.* Cluverii mera conjectura est, qui in emendandis antiquorum scriptorum locis non tam felix est, quam in inveniendis vetustis & sepultis nominibus urbium, montium, & regionum. Unde hanc lectionem hauserit Victorius in notis non meminit. Solet religiose is veteres codices sequi. Vereor tamen ut inductus loco Varronis hic a se desciverit ipse, & nimis ingenio indulserit, & cum pro *illa* substituisset *villa*, necessario etiam *Rosea* & distinctio fuit mutanda. Omnes sane veterrimi codices, quos Manutius, Malaspina, Lambinus, Bosius, Junius inspexerunt,

p [65] quin etiam me ad Septem aquas duxit. Redii Romam Fonteji caussa [66] a. d. VII. idus q Quint. veni r in spectaculum; primum, [67] magno & æquabili plausu: (sed hoc ne curaris; ego ineptus, qui scripserim) deinde, Antiphonti operam. [68] is erat ante manumissus, quam

p *alii* qui. q Sextil. *MS.* r in *deest in MSS.*

runt, respuunt hanc scripturam; nec est ut a vulgato discedamus ulla caussa. Nam cum dicit se vixisse cum Appio, satis intelligebat Atticus se in villa Axii nora in campis Roseis convivatum esse, & hinc ad aliam villam ejusdem Axii, ad aquas VII. sitam deductum esse. Hanc villam Holsteinius ait fuisse ad intimum recessum Velini lacus Pedeluco Reate pergentibus ad dextram haud procul a colle, quem *Corigliano* vocent, eamque villam rusticam fuisse non magni momenti. In novissima editione correxit hunc errorem Victorius, & reposuit *illa* pro *villa*, quod in priorem receperat. *Gravius.*

65. *Qui etiam me ad* VII. *aquas duxit.*) Quæ stadiis quadraginta distabant a lacu, ut scribit Dion. Halicarn. lib. I. ubi fortasse villam alteram Axius habebat: etsi Varro ad angulum Velini ponit. al. *quin etiam me ad Septem aquas duxerunt.* f Reatini. *Corrad.* Apparent adhuc ruinæ Axianæ villæ, haud ita procul ab ipsis aquis: quæ hodie *S. Susanna* vocantur: suntque ab ipso statim fonte propemodum navigabiles. *Malasp.* Illius villæ, in qua vixit cum Axio Cicero, maxima rudera & vestigia dicit Holsteinius superesse, vulgo *le grotte di S. Nicolo* dicta, eaque imminuisse lacui, qui vulgo *ripa subtilis* dicatur, positamque fuisse in clivi colle, unde amœnissimus in Roseam, & omnes agri Reatini lacus paruerit prospectus, quos ille VII. *aquas* dictas existimat. *Gravius.*

66. *Ad* VII. *Id. Quint. Spectaculum.*) Otiose *Veni* adscriptum est, cum dictum sit *Redii*. Itaque nota distinctionis loco dimota, *Veni in spectaculum primum*, libenter legerim, apposito inciso. Atque hoc esse rectum, præter alia, *Deinde* redditum declarat. *Spectaculum* vero, non solum spectationem, sed locum etiam significat, in quo gladiatorum certamina, ut in Theatro ludi, committebantur. Itaque Cicero ex spectaculo, in theatrum profectus est, Antiphonti operam daturus. *Malasp.* Duo Mss. Ball. & Helm. *veni spectaculum.* forte: *veni spectatum*. Sed jamdudum hic locus bene constitutus est. *Gravius.*

67. *Magno & æquabili plausu.*) Qui mihi theatrum ingredienti a populo datus. est. & addidit, *Æquabili*, quia, *Magno*, per se non referebatur ad laudem. nam & plausus magnus datur odiosis hominibus, sed minime æquabilis, clamoribus, sibilis, omni strepitu permixtus: magnus & æquabilis iis, qui diliguntur. *P. Manut.*

68. *Is erat ante manu missus.*) Decreverat dominus Antiphontis, qui ludos edebat, illum merito vel immerito donare libertare. ideo scribit Cicero illum manumissum prius fuisse, quam productum; quod sive vicisset, sive non, certum esset eum manumissum iri. Victoriæ premium in servis histrionibus erat manumissio. *Bosius.*

quam productus. ne diutius pendeas, palmam tulit. sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, 69 nihil tam verum. hæc tu tecum habeto. 70 in Andromacha tamen major fuit, quam Astyanax. in ceteris parem habuit neminem. quæris nunc de 71 Arbuscula. valde placuit. Ludi magnifici & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campum. ardet ambitus: σῆμα δέ τοι ἐρέω. 72 fœnus ex triente idib. Quint. factum

69. *Nihil tam. Verum hæc tu tecum habeto.*) Sic habent omnes libri mss. Lambino teste, neque etiam Manutius improbat. sed Malasp. non placet; qui suspicatur legendum, *nihil tam vietum.* Bosii lectionem sequitur Junius. sed aliter distinguit vulgus, *nihil tam verum. Hæc tu tecum habeto.* Cleric. Quam postremam lectionem præclare spectavit & explicavit Pater in libro IV. Observ. cap. 7. & ideo ab aliorum frustraneis mutationibus inviolatam hic servavi. *Gronov.*

70. *In Andromacha tamen major fuit quam Astyanacte.*) Emendavimus, *Quam Astyanax*, ut sint ambo histrionum nomina. Vetus codex sic habet: *Quam Astia nam in ceteris*. Nos particulam illam *Nam*, conjungendam esse putavimus cum præcedente dictione, ultimamque ejus literam in *x* esse vertendam. Qua conjectura etiam paulo ante, ubi erat *Operam miserat*, castigavimus, *Deinde Antiphonti operam, is erat ante, &c.* Ut importune litera illa *M*, bis repetita esset, ex duabusque vocibus una facta: ut cum Antiphontem supra valde contempserit, in Andromacha tamen illum dicat majorem fuisse, quam Astyanax, qui & ipse tragœdus erat. Multi decepti sunt, qui Astyanactem tragœdiæ nomen esse crediderunt. *Victorius, quam Astya.*) Ita legendum, non Astyanax. est enim nomen mimæ aut histrionicæ, a Græco ἄστυ, quasi urbica, ut actores Atellanarum & mimorum appellantur *Urbici*, vel *Urbicarii*. Juvenalis:

Urbicus exodio risum movet Attellanæ.

Et pertinet ad contemptum Antiphontis histrionis, quod Andromacham muliebrem personam melius egit quam Mima: tum quod in ceteris personis agendis parem habuit neminem, id est, omnibus fuit inferior. Arbusculæ mimæ meminit Horatius libro primo, Satyra septima, & Servius in Ecloga sexta. *Popma.* Verum Balliolensis codex firmat sententiam Victorii, in quo clare. *In Andromache tamen major fuit quam Astyanax.* Helmst. *quam Astyanacte.* Quæ de urbicis huc trahuntur inepta sunt. Omnino hic Victorius fuit audiendus. *Grævius.*

71. *Arbuscula.*) Fuere eodem tempore tres insignes meretrices, eædemque mimæ, Arbuscula, Cytheris, Origo. Servius ecl. 10. Arbusculam & Horatius nominat Sat. ultima lib. I. In lapide autem antiquo, qui Romæ est, ad Agonem, mentio fit Volusiæ Arbusculæ. Et in aliis lapidibus nominatur Cytheris. Quorum lapidum inscriptiones, una cum aliis innumeris, in unum redegit Aldus filius. *P. Manut.*

72. *Fa-*

ſactum erat beſſibus. dices , iſtuc quidem non moleſte fero. o virum ! o civem ! Memmium Cæſaris omnes opes confirmant. cum eo Domitium conſules junxerunt ; qua pactione , epiſtolæ committere non audeo . Pompejus fremit , queritur , Scauro ſtudet : ſed utrum fronte , an mente , dubitatur. ἐξοχὴ ſ in nullo eſt. pecunia ſ nulla omnium dignitatem exæquat . Meſſala languet : 73 non eſt alii.
quo

72. *Fœnus ex triente Idibus Quint. factum erat beſſibus .*) Trientes uſuræ ſunt quatuor in centum nummi annui nobis . Apud Romanos vero ſic dicebantur , quod eſſent triens centeſimæ menſtruæ non ſortis . Quot menſibus enim ſolvebantur uſuræ Romanis, qui non annum, ut noſtræ fert ætatis ratio, ſed menſes reſpiciebant in ſolvendis uſuris . Itaque Centeſima uſura erat nummus unus in centum ſingulis menſibus ſolvendus uſuræ nomine, qui annuos faciebat duodecim in centum . Hæ ſunt centeſimæ uſuræ, ut de mille libris decem , de centenis una penderetur ſingulis menſibus . Qui tantam uſuram nolebat dare , ſtipulabatur ſe non centeſimam ſed centeſimæ vel deuncem, vel dextantem, vel dodrantem, beſſem, ſeptuncem ſemiſſem, quincuncem , trientem, quadrantem , ſextantem, unciam , ſemunciam ſolutum ſingulis menſibus . Nam *centeſima* dividebatur partibus aſſis. Sic qui *beſſes uſuras* promittebat, is dimidium nummum menſtruum promittebat, qui ſecundum noſtram rationem ſex nummos annuos in centum faciebat. Sic *trientes uſuræ*, cum tertia pars centeſimæ quot menſibus datur uſuræ nomine pro centum, quot reſpectu noſtri annui fœnoris faciunt quatuor in annum pro centum nummorum ſorte . *Beſſes uſuræ* , cum binæ partes tertiæ nummi menſtrui ſolvuntur, qui faciunt nobis octo annuos. Hæc accuratiſſime demonſtravit , & apertiſſime docuit Joh. Fred. Gronovius lib. III. de Seſtertiis cap. 13. & in Α'ντεξηγήσει I & II, ut dubitationi nullum reliquerit locum . Hoc ergo dicit Cicero fœnus fuiſſe duplicatum , ut cum antea pecunia mutua acciperetur trientibus uſuris, hoc eſt noſtro loquendi modo quatuor in centum, nunc propter candidatorum immanem ambitum , multum pecuniæ mutuum ſumentium ad largiendum , non niſi beſſibus uſuris locari pecuniam , hoc eſt octo in centum. Idibus autem antiqui numerabant uſuras ep. 5. lib. 1. ep. 24. lib. XIV. nonnunquam & Kalendis. *Grævius. Fænus.*) Cum mutuæ pecuniæ non ægre acciperentur trientibus uſuris menſtruis, id eſt , quatuor nummis annuis in centum , per ambitionem candidatorum undique conquirentium, quo emant ſuffragia, uno die ita crevit fœnus , ut nemo daret niſi beſſibus uſuris menſtruis, id eſt, octo in centum annuis. *J. F. Gronov.*

73. *Non quo animus deſit, aut amicis careat.*) Vetus noſter codex extremam hanc dictionem non habet: quare exiſtimavi ultimam antecedentis literam, cum ea quæ ſequitur ab eadem litera, qua illa deſinit, incipiat, vacare, & *Amici* legi debere: ut ſit, *Non quo aut animus deſit, aut amici*. ſcilicet deſint. Hanc autem ita

 cer-

P. LXIII. quo aut animus desit, aut amici: sed coitio consulum; & Pompejus obsunt. 74 ea comitia puto fore, ut ducantur. Tribunicii candidati jurarunt 75 se arbitrio Catonis petituros. apud eum H-S † quingena deposuerunt; ut, qui a Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribueretur. hæc ego pridie scribebam, quam comitia fore putabantur. sed ad te v. kal. Sext. si facta erunt, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perscribam: quæ si, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit, quam omnes quidem judices. Messius defendebatur a nobis, e legatione revocatus. nam 76 eum Cæsari legarat Appius. Servilius edixit, ut adesset.

† *alii* quinquagena.

certam & ingenuam castigationem putavi, ut sic in meo libro scripserim. *Victorius*.

74. *Ex comitiatis puto fore, ut ducantur tribunicii.*) Hæc est vulgata lectio, pro *comitiatis*, manu scripti omnes *comitia*. nam verbum illud Tribunicii, cum sequenti periodo conjungi debet: ut ex secundo etiam libro epistolarum ad Q. Fratrem colligitur, ubi eandem hanc rem iisdem pæne verbis narrat. Debuit autem explicare, qui candidati, fuere enim Tribunitii candidati, & non consulares, qui pecunia apud Catonem deposita, compromiserunt se illius arbitrio petituros. *Ducere* autem *comitia*, differre significat. Restat tantum accuratius cogitare, quomodo vox illa *Ex* prorsus mendosa corrigi debeat: nos *Sed comitia* scripsimus. Qui verius hunc locum, aut meliores codices nacti, aut feliciore conjectura usi restituere poterunt, hi nobis rem gratam facient. quia tamen in superioribus verbis nonnihil discrepant ab excusis manu scripti codices, hic veterem lectionem cum fide & diligentia describemus: *Sed coitio consulis Pompejus absunt ex comitia puto fore ut ducantur*. Victorius. Postea bene correctum est pro *sed comitia*, *ea comitia*.

75. *Arbitrio Catonis petituros.*) M. Catonem, postea Uticensem cognominatum, qui tum erat prætor, arbitrum constituerunt, ut damnaret quemquem eorum putasset in petendo pecuniam dedisse. Plinius Secundus in procemio. *P. Manut.*

76. *Eum Cæsari legarat Appius.*) Noster antiquus *Legerat* habet, non *legarat*: quod etiam Germani adnotarunt in margine sui libri. In illo etiam loco lib. x. ubi alii habebant *Legarer*, nostri codices *Legerer* retinent: *Me legatum iri non arbitror, cujus adhuc (ut optavi) mentio facta nulla sit, eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus, si acciderit, ut legerer*. Quod si recipiatur, ut nos fecimus, illum etiam locum in oratione pro Sestio corrigere oportebit. *Ne isti quidem quos legatos non modo nullo S. C. sed etiam repugnante senatu tibi tute legasti*. In nullis autem vidimus manu scriptis libris eam orationem. Excusi autem omnes contaminati sunt. Credimus autem *legi legatum*, quemadmodum *legi judicem*, dici. nam quin Senatus officium esset legatos legere, du-

esset. tribus habet v Pontinam, x Velinam, y Mæciam. pugnatur acriter: 77 agitur tamen satis. deinde me expedio ad Drusum, inde ad Scaurum. parantur orationibus z indices gloriosi. fortasse accedent etiam consules designati: in quibus si Scaurus non fuerit, in hoc judicio valde laborabit. Ex Quinti fratris litteris suspicor jam eum esse in Britannia. suspenso animo exspecto, quid agat. illud quidem sumus adepti, quod multis & magnis indiciis a possumus judicare, nos Cæsari & carissimos & jucundissimos esse. Dionysium velim salvere jubeas, & 78 eum roges & hortere, ut quamprimum veniat, ut possit Ciceronem meum, atque etiam me ipsum, erudire.

v *alii* Pontinam. x *alii* villam. y *alii* Meciam. z *alii* judices. a nos poss. *MSS.*

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

OCCUPATIONUM mearum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil b accuso. sed c pleræque tantummodo mihi

b accusabo *alii.* c plerique *MS.*

dubium esse non debet. Colligitur hoc optime ex oratione in Vatinium, ubi idem erratum esse, quod aliis locis, credendum est. Sed hoc etiam planius confirmatur, quia infra *Deligere* dixit, cum eandem rem magis explanaret, ut crimen Vatinii augeret, qui contra morem majorum quos sibi visum erat, ipse legerat. Ibi autem non tam facile potuit, ut primo loco, peccare librarius, quia verbum præpositionem habebat. Verba Ciceronis hæc sunt: *Ne hac quidem senatui relinquebas, quæ nemo umquam ademit, ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur. adeo ne tibi sordidum consilium publicum visum est, adeo afflictus senatus, adeo misera & prostrata respublica, ut non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis senatus more majorum deligere posset?* Victorius. Hæc sententia Victorii a viris eruditis dudum fuit explosa, multisque rationibus & exemplis confutata. *Gravius.*

77. *Agitur tamen satis.*) Hoc est vehementer laboratur, magnis conflictamur difficultatibus vincendi. *Satagere rerum suarum* est satis negotii habere ipsum, satis exercitum & sollicitum pro rebus suis esse. Terent. Heaut. II, I. *Non hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen habet bene ac pudice eductam.* Cato: *jam apud vallum nostri satis agebant.* Plaut. Merc. II, I. *In somnis egi satis, & qui homo exercitus.* J.F. Gronovius.

78. *Eum roges & hortere.*) Quidam MSS. legunt: *Eum roges ut te hortetur quamprimum ut venias, ut possis &c.*

P. B. mihi nuntiabant, ubi [d] esses, [79] quod erant abs te: vel etiam significabant recte esse: quo in genere maxime delectarunt duæ fere eodem tempore abs te [e] Bruto datæ. scire enim volebam, te commode navigasse. sed hæc epistolarum frequentia non tam ubertate sua, quam [f] celeritate delectavit. illa fuit gravis, & plena rerum, quam mihi M. Paccius, hospes tuus, reddidit. ad eam rescribam igitur, & hoc [g] quidem primum? [80] Paccio re & verbis ostendi, quid tua commendatio ponderis haberet. itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. nunc pergam ad cetera. Varro, de quo ad me scribis, [h] includetur in aliquem locum, si modo erit locus. sed nosti genus dialogorum meorum: ut in [i] oratoriis, quos tu in cælum fers non mentio potuit fieri cujusquam ab iis, qui disputant, nisi ejus, qui illis notus aut auditus esset. hanc ego de republica, quam institui, disputationem in Africani personam, & Phili, & Lælii, & Manilii contuli. adjunxi [k] adolescentes, Q. Tuberonem, P. Rutilium, [l] duo Lælii generos, Scævolam, & Fannium. itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor procemiis, ut [m] Ἀριστοτέλης in iis, [81] quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem: id quod intelligo tibi placere. utinam modo conata efficere possim! rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum & gravem, & plu-

[d] esset *id.* *MS.*
[e] Buthroto *Manut.* *Grut.*
[f] celebritate *MSS.* crebritate *Lamb.*
[g] *alii delent* quidem.
[h] inducetur *MSS.*
[i] oratore *MS.*
[k] adolescentis *alii.*
[l] duos *alii.*
[m] Aristoteles *alii.*

79. *Quod erant abs te.*) Id est, quod erant Buthroto datæ. sic Malaspina. non male. minus male certe, quam ut in omnibus libris legitur, *quod erat abs te.* Indignabitur, & queretur Petr. Victorius, scio. Quid tum? afferat ipse aliquid melius. *Lambin.* *Jerat abs te.*) Faernus legebat *erant abs te*; hoc est, quod erant datæ a domo tua. *Ursinus.*

80. *Paccio re & verbis ostendi.*) Balliol. Helmst. & alii veteres libri: *Paccio ratione, & verbis & re ostendi.* Forte: *Paccio oratione & re ostendi*, ut *verbis* sit interpretatio τῦ *Oratione.* Grævius.

81. *Quos ἐξωτερικὰς vocat.*) Populariter scriptos lib. v. de Finibus. externos, & ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducentes. Gel. lib. xx. cap. 4. vide Eustrat. in Ethic. & Simpl. in Physic. Arist. *Corrad.* Ἐξωτερικοὶ λόγοι dicebantur ad quos non modo discipuli, sed quilibet e populo admittebatur, qui ἐξωτερικοὶ sive extranei dicti sunt, sicut ἀκροατικοὶ ejus discipuli & familiares, hinc ἀκροατικοὶ λόγοι quos habebat ad solos suos discipulos ac familiares. *Salmasius.*

82. *Huic*

plurimi otii, quo ego maxime egeo. Quod [n] in iis libris, quos laudas, personam desideras Scævolæ; non eam temere dimovi: [o] sed feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato. cum in Piræeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem & festivum [p] senem, quoad [q] primus ille sermo haberetur, adest in disputando senex: deinde cum ipse quoque commodissime locutus esset, ad rem divinam dicit se velle discedere; neque postea revertitur. credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset. multo ego satius hoc mihi cavendum putavi in Scævola, qui & ætate & valitudine erat ea, qua esse meministi; & iis honoribus, ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Crassi Tusculano. & erat primi libri sermo non alienus a Scævolæ studiis: reliqui libri τεχνολογίαν habent, ut scis. [82] huic joculatorem senem illum, ut noras, interesse sane nolui. de re filiæ, quod scribis, erit mihi curæ. etenim est luculenta res, Aureliani, ut scribis, [r] indiciis: & in eo me etiam Tulliæ meæ venditabo. Vestorio non desum. gratum enim tibi id esse intelligo: &, ut ille intelligat, curo. sed scis, qui? cum habeat [s] duo

n in libris oratoriis, quos *alii*. o sed feci *deest in MSS.* P. LXIV. p hominem senē *MS.* q *pro* primus *spatium vacuum est in MS.*

r indicis *Lamb.* judicis *alii.*

82. *Huic joculatoria disputationi senem illum.*) Hic locus ante corruptissimus erat: Nos veram ex antiquis codicibus lectionem restituimus. Reddit rationem, cur in sermone de Oratore, tribus libris ad Q. Fratrem missis exposito, Scævolæ personam ex posterioribus duobus dimoverit: exemploque Platonis ostendit, se non temere fecisse: curque in primo libro loquentem inducat, docet. *Nam primi libri* (inquit) sermo non alienus erat a Scævolæ studiis, reliqui libri τεχνολογίαν habent: id est, rationem & præcepta artis rhetoricæ: cui sermoni & disputationi, gravi scilicet & seriæ, joculatorem senem illum interesse, rectum mihi visum non est. Nec enim tam curiosam & subtilem disputationem ille ferre potuisset. Primo autem libro late de arte locuti sunt, in quo sermone sæpe de legibus (quod studium proprium erat Scævolæ) loqui accidit. Quare non incommode, nec gravate in primo illo sermone versatus est. *Victorius*. Ut Victorius legit est etiam vulgata lectio. Dictio autem hæc *disputationi*, a tribus antiquis libris, Bessarionis, Cavalcantis, Ferri abest, ut etiam a codicibus Memmianis & Tornæsiano, absque iis quos habuit Malaspina, Lambino teste; qui tamen vocem hanc, *disputationi*, retinendam, *joculatoria* vero tollendam censet. Victorii lectionem probat Junius, quam uno consensu mss. Palatinos retinere dicit. *Cleric.*

 83. *Non*

f alii duos. f duo faciles, nihil difficilius. Nunc ad ea, quæ quæris de C. Catone. Lege Junia, & Licinia scis absolutum: t Fufia ego tibi nuntio absolutum iri; neque patronis suis tam libentibus, quam accusatoribus. is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus a Lucretio: judicibus rejiciendis a. d. V. non. Quint. De v Procilio rumores non boni: sed judicia nosti. Hirrus cum Domitio in gratia est. Senatus consultum quod hic consules de provinciis fecerunt, QUICUNQUE POSTHAC [83] non mihi, ut qui jam intelligebamus enuntiationem illam Memmii valde Cæsari displicere. Messala noster, & ejus Domitius competitor liberalis in populo valde fuit. [84] nihil gratius. certi erant consules. ac senatus decrevit, ut [85] tacitum judicium ante comitia fieret. ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos, magnus timor candidatorum. sed quidam judices, in his [86] Opimius

Jun. deos. t alii Fufia.

v prælio Vict. & alii.

P. B.

VEJEN

83. *Non mi hili.*) Codices Tornæsianus & Crusellinus, *non mihi, ut qui.* unde conjecit Bosius, *non mi hili, ut qui &c.* Bessar. & Cavalc. libros, *non mihi, ut quod*, habere testatur Manutius, qui mendum latere agnoscens, sic conatur restituere, *SC. quod hic Consules de provinciis fecerunt, Quicumque posthac, non nihil Pompejo jam intelligebamus &c.* vulg. pro, *non mi hili, notum tibi.* Cleric.

84. *Nihil gratius. certi erant Consules. Senatus decrevit.*) Aliter legit & distinguit Junius ex mss. Pal. *nihil gratius certe erat Coss. ac Senatui. Senatus decrevit.* Idem.

85. *Tacitum judicium.*) Quod factum non ederetur. Hoc autem decrevit senatus, ut, qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu, largitionem omitterent; cum intelligerent futurum, ut irrita esset designatio, si damnati tacito judicio fuissent. erat igitur ad cohibendam largitionis impudentiam quasi frenum quoddam taciti judicii timore. *P. Manut.*

86. *Opimius VEJE. TRO. Antius Tribunes pleb. appellarunt.*) Locum hunc depravatum emendavit Bosius. Exemplar Tornæsianum, *Vejentorantius.* Scidæ, *Vejentroantius*, recte, modo ita distinguatur, *Opimius VEJEN. TRO. Antius.* Lambinus, Octavii Pantagathi conjectura approbata, legit, *in his Opimius Vejent. Terentium tribunum pl.* In Cavalcantis libro *Vejetorancius.* Junius Bosium recte præeuntem sequitur. vulgo sic: *Opimius Vejetor, Antius tribunum plebis appellarunt.* Cleric. Nullum dubium Opimium Antium eundem esse hominem, qui duas tribus habuerit, alteram nativitate, alteram adoptione. ut Augustus in Inscriptione antiqua:

C. JULIO. C.F.
FAB. SCAPT.
CÆSARI.
AUGUSTO.

Nam

VEJENTRO. Antius, tribunos plebis appellarunt; 87 ne injussu populi judicarent. res cedit. comitia dilata ex senatus consulto, dum lex de tacito judicio ferretur. venit legi dies: Terentius intercessit. Consules qui illud levi brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. 88 hic Abdera, non tacente me. dices, tamen tu non

Nam Augustus duas habuit tribus, alteram Juliorum, in quam adoptatus erat, nimirum Fabiam, alteram in qua natus, nimirum *Scaptiam*. Vide Svetonium in ejus vita cap. 40. Adoptari ut nomen, sic etiam tribum adoptantis induebant. Sic quidam Manlius fuit Aniensi & Galeria tribu. Testis inscriptio antiqua apud Gruterum:

L. MANLIO. A. F.
AN. GAL. BOCHO.
TRIB. MIL. LEG. XV.

Et in alia Minucio Fabia simul & Popilia tribus adscribitur:

E. MINUCIO.
E. F. FAB. POB.
MACRO.

Poplilia enim tribus illa dicebatur & *Poblilia*. Nemo autem mirabitur *Antius* nomen gentis hic in cognomen transiisse, qui non indiligens fuit in lectione veterum scriptorum. Sic apud Cic. 1. de Orat. *M. Servius Sulpicius*. Et in vetere nummo aureo: *L. Servius Sulpicius Rufus.* plura alia viri docti dudum collegerunt, quibus ostenderunt nomina gentilitia modo in praenomina, modo in cognomina transiisse. *Gravius.*

87. *Ne injussu populi judicarent, res cedit, comitia dilata.*) Fortasse legendum *res ad senatum.* Ursinus. Bosius improbans lectionem Manut. *res ad Senatum*, quod nimis discreparet a veteri scriptura, *rescidit*, potiorem hanc duxit, *res cedit*, quae reperitur integra, & sine ulla varietate in codice Antoniano, Lambino teste; qui Manutii conjectura nihil putat fingi probabilius. Junius ex conjectura, *resfidit*, vel *sedit.* vulg. *ne injussu populi judicarent; rescidit comitia dilata &c.* Cleric.

88. *Hic Abdera.*) Roma veluti altera Abdera, Senatores stupidi & insani, quales Abderitae significantur lib. 1. de Nat. Deor. & ep. 7. lib. VII. sed & Demosthenes (si modo is est Demosthenes) Orat. 16. Abderitas ad Remp. regendam minus aptos fuisse his verbis ostendit: *οἱ νεόπλουτοι τὰ μὲν πείθονται, τάδε βιάζονται, ὥσπερ ἐν Ἀβδηρίταις, ἢ Μαρωνείταις, ἀλλ' οὐκ ἐν Ἀθηναίοις πολιτευόμενοι.* Vitruvius quoque lib. VII. cap. V. scribit, Alabandeos & Abderitas insipientes fuisse judicatos: id quod hoc loco Cicero voluit significare. *Corrad.* In Senatu fuit Abdera, nec minor stultitia Senatorum quam Abderitarum. *Abdera* fuit urbs in Thracia gravi caelo, solo aspero & inopi: cujus incolae tamen se inaniter efferebant, & impetu magis quam ratione agebant. Unde Abderitae vani & stolidi habebantur, & Abderiticum vanum & ca-

x *alii* ignoscere vix poss. non quiescis? x ignosce, vix possum. verumtamen quid tam ridiculum? Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: y si qui intercessisset, res integra referretur. cœpta z ferri leviter: intercessum non invitis: res ad senatum: de ea re ita censuerunt, comitia primo quoque tempore 89 haberi esse e re. Scaurus, qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego a partem ejus ornatissime defendissem, obnuntiationibus per Scævolam interpositis, singulis diebus usque ad pridie kal. Octob. quo ego hæc die scripsi, sublatis, populo tributim domi suæ satisfecerat. sed tamen, 90 etsi uberior liberalitas hujus, gratior esse videbatur eorum, qui occuparant. Cuperem vultum videre tuum, cum hæc legeres. nam profecto rem b haves c nullam, 91 hæc negotia multarum nundinarum fore. sed senatus hodie fuerat futurus, id est, Kal. Octobribus. 92 jam enim d lu-

y qui si *alii.*
z fieri *alii.*
a patrem *alii male.*
b *alii* non habes.
c vinulam *Bos.*

carens ratione libro septimo, epistola prima. Lucianus in dialogo de Methodo historiæ. *Popma.*

89. *Haberi esse e re.*) Libri formis impressi, *haberi censere*: prorsus inepte: hæc enim non cohærent, *censuerunt comitia haberi censere*, in Decurtato erat, *haberi cessere*, unde correxit Bosius, *haberi esse e re*. Cleric.

90. *Etsi uberior liberalitatis hujus ratio.*) Nos auxilio antiquorum librorum hunc locum fœde inquinatum purgavimus, ut in nostro scriptum est. Dicit autem: Quamvis Scauri liberalitas uberior sit tamen videri liberalitatem illorum, qui occuparant, id est, qui prævenerant hunc, & animos benevolentiamque multitudinis sibi præconciliarant gratiorem. intelligit autem Messalam & Domitium. Supra in hac ipsa epistola: *Messala noster, & ejus Demitius competitor, liberalis in populo valde fuit: nihil gratius. certi erant Coss.* Qui locus & ipse non parum ante mendosus erat. *Victorius.*

91. *Hae negotia &c.*) Ludit Cicero in vocabulo nundinarum. His negotiis interventuras multas nundinas, potest intelligi vel dies non comitiales (nam nundinis comitia haberi non poterant. supr. hoc lib. ep. 3.) vel multas suffragiorum emtiones. II. Phil. 14. & 34. *J. F. Gronov.*

92. *Jam enim tibi lucisci loqueretur.*) Commutata series duarum dictionum, pulcherrimum sensum diu latere fecit. in nostro enim antiquiore post illam dictionem *Lucisci*, est *Tibi*, non ante, ut in vulgatis. Quod si primam hujus *Tibi* literam cum antecedente dictione conjungas, *Luciscit* feceris. Incipit autem jam genuina lectio apparere: reliqua ut nos in nostro libro scripsimus, ex vetustioribus exemplaribus colliguntur. Animadvertant igitur studiosi, tam parva perversio quantas tenebras offundat, quamque elegantes sensus perturbet. *Luciscit* autem per i, non *lucescit*, semper in antiquis libris scriptum observavimus: quod etiam in Te-

d lucifcit. ibi loquetur, præter Antium & Favonium, e libere nemo. nam Cato ægrotat. de me nihil timueris: sed tamen promitto nihil. Quid quæris? aliud: judicia, credo. Drusus, Scaurus [93] non fecisse videntur. tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompejo Rufo, Scaurus a Triario, aut a L. Cæsare. quid poteris, inquies, pro iis dicere? ne vivam, f si scio. in illis quidem tribus libris, [94] quos tu dilaudas, nihil reperio. [95] Nunc ut opinionem habeas

d *alii* lucescit.
e liber *alii.*

P. LXV.
f si *deest in MS.*

Terentio illo Politianus adnotat, de quo alibi diximus: nec non omni laude & honore dignus Petrus Bembus, in suo dialogo de Fabulis Terentii, in illo loco: *Lucifcit, hoc jam cur cesso pultare ostium?* tam pusillam & tam tenuem θεωρίαν tam magnus, & tam gravis vir non est aspernatus. Nos etiam in codice Mediceo animadvertimus, ita locum illum in epistola ad Catonem scriptum esse: *Expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad III. idus Octob. cum lucisceret, in Amamum ascenderem* . Dicit autem hic Cicero, *Jam enim lucifcit*: quia cum ante lucem epistolam scriberet, supraque dixisset se hæc pridie Kal. scripsisse, cum jam lux appropinquaret, oporteretque diem notare quo senatus fuerat futurus, *Hodie* scribit. Ne autem (quia supra prid. kal. se scripsisse dixerat) deciperetur Atticus, apertius diem exponit, Hodie dicens, id est, Kalend. Octob. Ne tamen contrarium esset illi, quod paulo ante scripserat, docet, quia jam lucifcit, se posse Kal. Octobr. jam vere dicere. *Ibi* autem, in Senatu intelligimus. *Victorius. Lucifcit*) Ut lucet ep. 3. lib. v. atque hoc dicit, ne contrarium sit, quod paulo ante dixerat, prid. Kal. Oct. ubi totam noctem conjungit cum superiore die contra, ac doceat Gell. lib. III. cap. 2. *Corrad.*

93. *Non fecisse videntur.*) Sic modestiæ gratia sententias judices pronunciabant, nihil temere affirmantes. Cicero oratione 7. in Verrem: *Comprehendi jussit, quis non pertimescat? causam dicere dominos, quid servis tam formidolosum? fecisse videri pronunciavit.* Item in Lucullo: *Quæque jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut videri pronunciarentur.* Victorius.

94. *Quos studio laudas.*) *Quos tu dilaudas*, emendavimus. quo verbo alibi utitur: ut lib. VI. *Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?* Qui locus in excusis etiam integer est. Item sequenti epistola in eodem libro: *Digna iis libris, quos tu dilaudas.* Ubi tamen vulgati codices contaminati sunt. *Dilaudas* autem, valde laudas: ut *Divendere*, in prima oratione contra Rullum de lege Agraria: *Ut in qua velint solitudine bona populi R. possint divendere.* Et *dilargiri*, effuse largiri, & dissipare. in eadem oratione: *Nec L. Sylla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est.* Idem.

95. *Nunc ut opimiorem habeas reum, ferendum est.*) Totum hunc locum ab his verbis, *nunc ut opimiorem &c.* usque ad illa verba *Pac-*

beas rerum, ferendum est. quæris, ego me ut gesserim? constanter & libere. quid ille, inquies, ut ferebat? humaniter; meæque dignitatis, quoad mihi satisfactum esset, habendam sibi rationem putabat. quo modo ergo absolutus? 96 omnino γοργεῖα γυμνά: accusatorum in-

Pacciana epistola respondi; qui in vulgata editione in sequentem epistolam rejectus est, hic adtexuit Bosius: quod Manutius, Malaspina, Lambinus ante viderant, Junius etiam ex mss. Palat. confirmat. Ceterum hæc est Bosii conjectura, cujus omnes mss. habent, *nunc ut opinionem habeas rerum*, quam lectionem Junius ex mss. Pal. amplectitur. vulg. *Nunc de Gabinio habe absoluto. Verum ferendum est*. Cleric.

96. *Omnino accusatorum*, &c.) Inter has dictiones quosdam Græcos characteres a nobis non intellectos, ut in antiquo codice invenimus, constituimus: iidem autem sunt nedum similes illis, quos ante eodem consilio usi Germani ex vetusto codice descripserunt. Idem accidit nobis in altero etiam loco, in eadem hac epistola, quem etiam pari diligentia effinximus. Poterunt doctiores viri, quod nobis non licuit, his accurare litteris consideratis hos fortasse locos restituere: ob idque nos veteres has litteras hic collocavimus, cui hoc contigerit, ille non parum hanc epistolam illustrabit. *Victorius*. *Omnino* ΓΟΡΓΑΓΥΜΝΑ) Ex hisce characteribus quum sensus elici nullus possit, videndum, an legi possit: κόππυμα, hoc est, blanditiæ quædam ita, ut potius palparint, quam vulnerarint Gabinium accusatores, sicut vulgo dici solet, titillationes potius fuere, quam verbera. *Corradus*. Locus erat ad explicandum difficilis, & sine dubio corruptus. Manutius legit, πρῶρα πρύμνα, id est, prora puppis, quod valet, totum: Perinde ac si dicat M. Tullius, Tota absolutionis causa sita est in accusatorum infantia, Pompeji studio & contentione, judicum sordibus. Erricus Stephanus, quasi propius accedens ad scripturam antiquam, a qua non discrepat vulgata, legendum putat πρόπρυμνα, id est, prorsus, seu omnino. Itaque vocem, *omnino* delendam censet, ut ex interpretatione natam. Ego πρῶρα πρύμνα olim probaram: neque tamen πρόπρυμνα damnaram. sed nunc Simeonis Bosii, viri doctiss. conjecturam, plane, nisi fallor, certam amplector, & omnibus omnium conjecturis antepono. omnino, γοργεῖα γυμνά id est, omnino larvæ, seu personæ nudæ. sententia est plana, neque accuratiore eget explicatione. *Lambinus*. *Omnino γοργεῖα γυμνά*) Erat in ms. Tornæsiano ΠΟΡΠΑ ΠΥΜΝΑ: in Decurt. ΠΟΡΓΙΑ ΠΥΜΝΑ, inde conjecit ΓΟΡΓΕΙΑ ΠΥΜΝΑ Bosius. ex perturbatis litteris emendaverat Manut. πρώρα πρύμνα, quod valet *totum*. Erricus Steph. quasi propius accedens ad scripturam antiquam, legendum πρόπρυμνα. id est *prorsus seu omnino*, & vocem *omnino*, ut ex interpretatione natam, delendam putabat. Olim Lambino, lectione Stephani non improbata, placebat Manutii emendatio; sed postea Bosii conjecturam tanquam genuinam amplexus est, omnibusque anteponendam duxit. vulg. *omnino* ΠΟ-

incredibilis infantia, 97 id est, L. Lentuli, L. F. quem fremunt omnes prævaricatum.; deinde Pompeji mira contentio; judicum sordes. attamen XXXII. condemnarunt, XXXIIX. absolverunt. judicia reliqua impendent: nondum est plane expeditus. dices, tu ergo hæc quo modo fers? belle mehercule, & in eo me valde amo. amisimus, mi Pomponi, & g omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem, & speciem pristinam h civitatis. nulla est respublica, quæ delectet, in qua acquiescam. inde igitur, inquies, facile fers? id ipsum. recordor enim, quam bella paulisper, nobis gubernantibus, civitas fuerit: quæ mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit; unum omnia posse, i dirumpuntur ii, qui me aliquid posse doluerunt: multa mihi dant

g non omnem *alii*. h *alii* dignitatis. i *alii* disrump.

ΠΟΡΠΑ ΠΥΜΝΑ. Claud. Dausqueius, adspecto pensiculatius verbo Græco, & illo *prævaricatum*, ac totius corpore sententiæ perspecto, restituebat ΠΕΡΠΕΡΕΥΜΑ, ac si dicat, *peccatum largiter*. Lentulum fremunt omnes prævaricatum. usurpat id vocis Tullius lib. I. ep. 2. ἐνεπερπερευσάμην, & alibi. *Cleric.*

97. *Id est, L. Lentuli, L. F.)* Ex hoc loco, & epistola prima & tertia libri tertii ad Quinctum, perspicuus fit error Dionis: qui Gabinium dicit de majestate accusatum fuisse a Cicerone. Ita enim lib. XXXIX. *Accusationes in Gabinium multæ, & actores haud pauci extabant. Primum autem de Ptolemai reductione, ut maximo crimine cognitum est. In eo judicio, universus fere populus ad tribunal confluxit: sæpiusque illis eum discerpere, animus fuit: præsertim quod nec Pompejus aderat, & Cicero eum summa dicendi vi accusabat. Nihilo tamen minus absolutus est. Ipse enim, ut qui de tantis criminibus judicium sustineret, immensam pecuniæ vim elargitus fuerat: sociique Pompeji, & Cæsaris promptissime ei opitulabantur: aliudque tempus a Sybilla, aliumque regem indicatum, dicentes.* Hæc ille. Verum utri magis in hoc credendum sit, ei ne an Ciceroni, neminem arbitror fore, qui in dubium revocet. Quare idem quoque sine caussa levitatis ab eo ac proditionis arguitur, quasi instante Pompejo, de repetundis accusatum postea defenderit. Ejus hæc sunt in fine libri, de Pompejo scribentis: τὸν δὲ Κικέρωνα, οὐχ ὅπως κατηγορῆσαι ἐπ' αὐτοῦ ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερδικῆσαι καὶ ἔπεισε, ὥστε καὶ ἐκ τούτου, τὸ τοῦ αὐτομόλου ἔγκλημα καὶ ὄνομα ἐπὶ πλεῖον οἱ αὐξηθῆναι. Defendit quidem Cicero Pompeji precibus commotus, de Repetundis postulatum; sed quem tamen Majestatis minime accusaverit: ut crimen illud in eum cadere non potuerit. Sed deceptum arbitror illum ex eo maxime, quia scriptam legerit orationem in Gabinium, cujus lib. Quinctilianus his verbis meminit: *Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes antea scripserat.* Malaspina.

98. Per

dant solatia : nec tamen ego de meo statu demigro : quæque vita maxime est ad naturam , ad eam me re-
k ad litt. *Lamb.* fero , k & litteras , & studia nostra : dicendi laborem delectatione oratoria consolor. domus me , & rura nostra delectant . Non recordor , unde ceciderim , sed unde surrexerim. fratrem l mecum , & te si habebo ,
l meum *MS.* 98 per me in ista pedibus trahantur. vobis ἐμφιλοσοφῆσαι
m isti *Gul.* possum. locus ille animi nostri , 99 stomachus ubi habitabat olim , x concalluit. privata modo , & domestica nos delectant. miram securitatem videbis : cujus plurimæ mehercule partes sunt in tuo reditu. nemo enim
P. B.
n *alii addunt* ἔῤῥωσο. n in terris est mihi tam consentientibus sensibus . Sed acci-

98. *Per me ista pedibus trahuntur* .) Cogitandum plane censeo , An *Trahantur* sit potius . Hac enim dicendi ratione tunc utimur , cum significamus nos non curare , floci non facere, non laborare , quo modo res abeant : ne si ruant quidem atque pereant . *Per me* vero , non a me : quis enim ita interpretetur ? sed quantum ad me attinet valet . Sic est locutus libro epistolarum ad Marium , qui est ordine VII. subjunctivum adhibens , *Nam de judiciis quod quaris , mulso laboro minus . Trahantur per me pedibus omnes rei* . Estque ἔλλειψις verbi licet. quod nonnunquam tamen adhibetur . Idem . *Per me stertas licet , ait Carneades , non modo quiescas* . Malasp. *Per me ista pedibus trahuntur* .) Faernus *trahuntor*. Ursinus.

99. *Stomachus ubi habitabat* .) Nonius in dictione *Concallere* , hunc ipsum locum adducens , *Habitat* agnoscit. & placet , ne stomachum dicat Cicero se prorsus amisisse . Sane bono stomacho fuisse , declarat idem ad Cæreliam scribens , rationemque reddens , cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret , sic de se , ut Fabius ait : *Hæc , aut animo Catonis ferenda sunt , aut Ciceronis stomacho* : quanquam Stomachus illic , ut idem ait Fabius , habet aliquid joco simile . Sed omnino videri volebat Cicero , oleum Philologiæ suæ non periisse . *Malasp.*

1. *Concaluit , ut digerat multa cruda facilius* .) Omnia hæc corrupta : nam *Concalluit* pro *concaluit* legendum est , auctore etiam Nonio Marcello , qui , & hic , & lib. III. de Natura Deorum *concalluit* legit. quæ autem sequuntur verba , credimus nos interpretationem esse illius vocis *Concaluit* : cum enim non viderent , quid aliud ibi calor facere posset , putarunt ob id concaluisse stomachum sibi Ciceronem dicere , ut facilius concoqueret , quod postea temere ab imperitis librariis in ordinem verborum Ciceronis traductum est. in nullis autem antiquis inveniuntur. & sane sunt verba Cicerone indigna , si diligenter attenderis . *Stomachum* autem iram hic intelligimus , & justam indignationem . Si autem *Concalluit* legas , & verbum ipsum elegans erit , & sententia egregia , & plana . Alter autem locus citatus a Nonio de Nat. Deorum est , quem hic posuimus, quia propter sententiæ similitudinem nonnihil hanc lectionem con-

accipe alia. Res [2] fluit ad interregnum; & est non nullus odor dictaturæ: sermo quidem multus; qui etiam Gabinium apud timidos judices adjuvit. Candidati consulares omnes rei ambitus. accedit etiam Gabinius: quem P. Sulla, non dubitans [3] quin foris esset, postularat, contradicente, & nihil obtinente Torquato. sed omnes absolventur; nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. hoc tamen agitur severius. itaque o indicia calent. M. Fulvius Nobilior condemnatus est. multi alii [4] urbani ne respondent quidem. Quid aliud novi? & tamen, absoluto Gabinio, stomachantes alii judices, hora post, An-

o *alii* judicia.

confirmare videtur: *Quorum tanquam manus opere, sic animus usu concalluit*. Infra autem recte *Indicia calent*: quod in excusis vulgatisque exemplaribus *Callent*. adeo omnia perversa sunt, & inquinata. eodem significatu, quo dixit ad Trebatium: *Quanquam vos istic satis calere audio*. Indicia autem, non Judicia, ex antiquis libris legimus: ab indicibus, qui aliquod occultum crimen detegunt, & ejus auctorem in judicium vocant. *Victorius*. *Concalluit*.) Id est callum contraxit, & obduruit. Sic enim legit Nonius in verbo, *concallere*. Lambin.

2. *Fluit ad interregnum*.) Interrex creabatur, cum urbs sine consulibus, & reliquis patriciis magistratibus esset, ut is haberet comitia consularia; iisque comitiis consules creati, haberent comitia reliquorum magistratuum. dum autem unus esset patricius magistratus, auspicia ad patres redire non poterant: ita nec creari interrex: quem, & a patribus, & auspicato creari oportebat. Qua de re diximus in commentario in epistolas ad M. Brutum. *Fluit*, *tendit*. quia, cum hæc scriberet mense Novembri, nondum habitis consularibus comitiis, quæ nec in exspectatione essent, futurum videbatur, ut res usque eo protraheretur, ut, anno confecto, cum nulli consules essent, interrex comitiorum caussa crearetur. quod ita factum est. nam consules ex interregno creati Domitius, & Messalla, sicuti Appius quoque, & Ahenobarbus, itemque Pompejus, & Crassus. Quod autem in antiquis libris, *Fuit*, legitur; falsum esse constat; probabilius autem, ut correximus, *Fluit*, siquidem in epistola ad Q. Fratrem 2. lib. III. eadem de re eandem sententiam posuit, his verbis: *Res videtur spectare ad interregnum*. P. Manut.

3. *Quin foris esset*.) Quin accusatione excluderetur, Torquato de divinatione contendente. Alii sic explanant: Non dubitans, quin Gabinius in urbem non introiret, sed foris maneret triumphi caussa, cum ex provincia reverteretur. quod si fecisset, accusationem Sulla faciliorem sperabat. *P. Manut.* *Fortis* habet liber vetus. *Ursin.*

4. *Urbani*.) Per jocum: ut urbanos & festivos homines per jocum appellet, qui accusati ne responderent quidem; ne defensionem inutilem stulte dicerentur suscepisse. *P. Manut.*

5. *Se-*

Antiochum Gabinium, nescio quem e [5] Sopolidis pictoribus, P libertum, ac accensum Gabinii, lege [6] Papia condemnarunt. itaque [7] dixit statim reus P. lege maje-sta-

p *alii* accensum libert.

5. *Solidis petitoribus.)* Nos quia hunc locum valde obscurum esse cognovimus, & fortasse mendosum, veterem scripturam nulla parte immutatam hic posuimus. quare pro *petitoribus*, ut in antiquis libris invenimus, scripsimus *Pictoribus*: & pro *Læsa majestatis*, *lege majestatis*. quod si verba illa Græca intelligeremus, nisi spe fallimur, etiam aliquid certius de his varietatibus dicere possemus, & omnis fortasse hic locus illustraretur: quare danda opera est, ut ex vestigiis, quæ nos ostendimus, studiosis omnibus vera lectio, quæ latet, indagetur. *Victorius*. *Solidis pectoribus libertum accensum*.) Verba mihi transposita videntur. atque ita disponi posse. *Antiochum Gabinium nescio quem*, *libertum accensum Gabinii*, *solidis pectoribus*, *lege Papia condemnarunt*: ut judices ironice fortes appellet; qui sibi magnum aliquod, & egregium facinus visi sint fecisse, si libertum accensum condemnassent. Quod si cui verba trajicere non placet, is tamen sciat *solidis pectoribus*; videri mihi ad judices esse referendum, non ad libertum. Translatione usus est lib. xv. non valde dissimili, sic cum scribit ep. 11. *Hoc loco*, *fortibus sane oculis Cassius*: *Martem spirare diceres*: *se' in Siciliam non iturum*. Malasp. Primum codex Turnæs. & ceteri habent, *pictoribus*, non, ut vulg. *pectoribus* deinde, *rhopolidis*, non, ut vulgo *e solidis*. Unde sic conjicit legendum Simeon Bosius, *e rhopopolidis pictoribus*, id est, ex pictoribus mulieris pigmentariæ, quæ vendit picturas minutas, ut virgulta picta, & similia. significat autem hominem contemtum, & nullius pretii. *Lambinus*. *Nescio quem e Sopolidis pictoribus*.) Litteræ R. & S. adeo ambigua forma expressæ sunt in codice Tornæsiano, ut vix alteram ab altera internoscas, incertumque sit *Sopolidis*, an *ropolidis* exaratum sit. qua re olim inductus Bosius putavit legendum esse, *e ropopolidis pictoribus*, auctorque fuit Lambino ut ita corrigeret: verum postea nactus codicem Decurtatum, ubi disertim scriptum est *Sopolidis*, errorem suum agnovit, itaque nunc edidit, *e Sopolidis pictoribus*, ut plane est in Decurt. & Tornæsiano, nisi quod ab hoc abest præpositio, *e*. vulgo legitur, *nescio quem solidis pectoribus*. Cleric.

6. *Papia.)* De peregrinis. Cic. III. Offic. II. Concessum hoc erat magistratibus Romanis, ut bene meritos de rep. in imperio suo donarent civitate Romana. Cic. pro Balb. 22. Eo jure in hoc Antiocho videtur usus Gabinius. Cum igitur Antiochum peregrinum & non civem Romanum pronunciarent judices, judicarunt iidem Gabinium non habuisse justum imperium, aut certe acta ejus debere esse quasi irrita, quo & Majestatis lege condemnari debuisset. *J. F. Gronov.*

7. *Dixit statim reus læsa Majestatis*) *Majestatem lædere*, posterioris ætatis esse cum dicatur, (nam melior illa, *Minuere*, aut *Imminuere* fere solebat dicere) & præterea vetusti libri omnes, *lege majestatis* habeant: non valde mihi venit in dubium, quin hoc potius

ftatis. 8 οὐ σ' οἶδ' Ἄρης ἄμα Παφίῃ) 9 Pomtinius vult a.d.

tius sit. Illa mihi plus exhibent negotii: quæ eliciuntur ex his verbis: Condemnatum esse Antiochum prius, quam caussam dixerit: damnatumque reum vocari. Itaque verebar, ne aut ὕστερον πρότερον sit: aut hæc de Aulo Gabinio sint dicta: qui post liberti judicium, rursum *lege majestatis* & ipse dixerit: quasi una esset utriusque causa: nec damnari accensus potuerit, quin reus Proconsul fieret. Quæ vero sequuntur, Græcæ verius litteræ, quam certæ voces: non magis quid dictum fuerit, quam quo modo dictum continere possunt: ut non tam constanti & forti animo, quam (quod magis puto) humili & abjecto interpretari liceat. Et ut risum præbeamus legentibus: videndum etiam censeo, an ὕσμαρίς, ἀλλ ἀφύη, ad hunc locum faciat, una atque altera littera vel abjecta vel mutata: ut parœmia quædam sit, nostris adhuc ignota, & utriusque piscis natura deducta. De qua quid ipse dicam, non habeo: habebunt forrasse, qui multa variaque lectione delectantur. *Malaspina. Reus P. lege Majestatis.*) Expressi scripturam antiquorum nostrorum, *reus P. lege Majestatis.* nota P. significari puto Papiam legem, cujus proxime mentionem fecerat. De Papia autem Majestatis nihil alibi umquam legi. Papiæ de peregrinis urbe expellendis meminerunt Cicero libro tertio Officiorum, & Dio lib. XXXVII. Alterius item Papiæ de sociis Latinis idem Cicero in Corneliana. *Bosius. Dixit. statim reus P. lege maj.*) Hic locus maxima ex parte a Bosio restitutus est: sed felicius tamen MSS. nostri, ut reposuimus. *Dixit statim reus*, Gabinius puta sibi gratulans & illudens liberto suo; *Papia lege majestatis* (qua libertus iste fuit condemnatus) ὁ σοί μέρις σὺν Παφίῃ, sive (ut alii legunt) ἅμα Παφίῃ, *nihil tibi cum Paphia Venere*. Tibi quidem, inquit liberto Gabinius, Papia lex intercepit Paphiam, non mihi. παροιμιῶδες, ut illud, *Non cuivis homini contingit adire Corinthum*. Junis.' Nihil, quæ docti interpretes sunt commenti, si accuratius inspicias, potest ferri. Nam Papia lex majestatis nulla est nec fuit unquam. Publicam legem dici, que in judicio publico agitur, inauditum, ineptum, insulsum est. Gabinius qui reus potuit dici, cum esset absolutus? Antiochum damnatum circumisse indices & præmia promisisse qui credendum? Hoc enim dixisse, cum damnatus esset, Cicero scribit. Editio P. Victorii: *dixit statim respubl. lege majestatis* Ball. cod. *dixit statim r. p. lege majestatis*. Forte Cicero scripsit: *dixit statim reus publice: lege majestatis!* οὐ σ' οἶδ' Ἄρης. ἄμα Παφίῃ. hoc est, dixit statim Antiochus Gabinius, cum esset damnatus, publice, in omnium judicum & civium conspectu quasi admirans: lege majestatis meus patronus absolvitur, & ego damnor! Ignorabam, o Mars! sic appellat Gabinium, quia fuit imperator, te, scilicet me esse destituturum & proditurum, meque Papia lege damnatum iri. Ludit in vocaaulo Παφίῃ, ut recte noravit Bosius, innuens Papiam. Videntur autem hæc Græca verba ex aliquo Poeta Græco esse hausta. Hæc olim de hoc loco perobscuro cogitabam. postea hæc inciderunt cum Balliolensis codicis scripturam, & quam e suis

a. d. IV. non. Novemb. triumphare. huic obviam Cato & Servilius prætores aperte, & Q. Mucius tribunus. negant enim [10] latum de imperio: & est latum hercule insulse. sed erit cum Pomtinio Appius consul. Cato tamen affirmat, [11] se vivo illum non q triumphare. id ego puto, ut multa ejusdem, ad nihil recasurum. Appius sine lege, suo sumptu, in Ciliciam cogitat. [12] Paccianæ epistolæ respondi: cognosce cetera. Ex fratris lit-

q triumphaturum *MS.*

libris veteribus prodidit Victorius, examinarem accuratius, Antiochum cum esset damnatus, dixisse: *respublica lege Majestatis!* scilicet absolvit Gabinium. Non ego sane noram tibi cum Venere tantam esse familiaritatem, te tantum in rep. posse, ut majestatis reabsolveres. Nam nulli magis in rempublicam erant injurii, quam qui majestatis accusabantur, & cum tantum posses, me Papia lege damnatum iri. Videant docti & acuti viri, num hæc possint probare, an aliquid verius indagare. *Gravius.*

8. Οὐ σ' οἶδ Ἀρης ἅμα Παφίῃ.) Ita Bosius, cum reperisset in optimo illo Decurtato ΟΥ ϹΟΙΛΑΡΗϹΑΜΑ ΛΦΙΗΙ. veteris scripturæ vestigiis ductus aliam lectionem affert Lambinus, quam a Bosio accepisse dicit, ȣ̃ σοι ἀδρῦς μαλα φύσι Muretus sic emendare conatus est, ȣ̓ σὺ μὲ προῖκ' ἀφίῃς. ex mss. Palat. tentat Junius, *dixit statim reus Papia lege majestatis*, ȣ̓ σοὶ μέρις σὺν Παφίῃ, sive ut alii volunt, ἅμα Παφίῃ, *nihil tibi eum Paphia Venere*. Vulgo, ΟΥϹΟΙΜΡΙϹΑ ΜΑΦΙΗ. Dausqueius, lectis aliorum conjecturis conabatur, ΟΥΚ ΕΝΕ ΠΕΙϹΑΜΗΝ ΕΦΗ, *non persuasi*, inquit, mihi me a judicibus, apud quos ratio juris prostrata est, condemnatum iri. fundatur ex antegressis: *sed omnes absolventur, nec &c.* putabat item legi posse, ΟΥΚ ΕΜΕΡΙϹΑΜΗΝ ΕΦΗ *non tribui*: donis muneribusque gratiam judicum non prolectavi. *Cleric.*

9. *Pontinius.*) C. Pontinius, qui prætor fuerat Cicerone consule, moxque in provinciam Ciliciam legatus cum eo profectus est. Et videtur ab urbe derivatum nomen. nam, ut a *Gabiis Gabius*, & inde *Gabinius*, sic a *Pomœtia Pomptinus* & *Pomptinius*, sive *Pontinius*. utroque enim modo scribebatur, sicuti & tribus modo *Pontina*, modo *Pomptina*. P. Manut.

10. *Latum de imperio.*) Unius diei, quo ingressus urbem, triumphum ducturus erat. alioqui imperium habere intra urbem licebat nemini. hujus generis exemplum apud Livium lib. XLV. his verbis: *Tribus his omnibus decretus ab senatu triumphus: mandatumque Q. Cassio prætori, cum tribunis pl. ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut iis, quo die urbem triumphantes inveherentur, imperium esset.* Idem.

11. *Se vivo illum non triumphare.*) *Non triumphaturum*, ut etiam legitur, nam Cato ipse & Servilius Prætt. prohibituros se minatur, ep. 4. lib. III. ad Q. Fr. *Corrad.* Optimis auctoribus præsens infinitivi pro futuro usitatum. Cic. IV. ad Att. *Cato tamen affirmat se vivo illum non triumphare.* Liv. XXXIV. *Postero die Nabis Argis se cedere ac deducere præsidium, quando ita Romanis placeret, & captivos*

litteris incredibilia quædam de Cæsaris in me amore cognovi: eaque sunt ipsius Cæsaris r uberrimis litteris confirmata. Britannici belli exitus exspectatur. constat enim aditus insulæ esse s munitos mirificis molibus 12, etiam illud jam cognitum est, 13 neque argenti t scripulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem prædæ, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris aut 14 musicis eruditos exspectare. v Paullus in medio foro basilicam jam pæne x texuit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. quid quæris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. itaque Cæsaris amici (me dico & Oppium: 15 dirumparis licet) y in monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut 16 forum laxaremus, & usque ad

r uberrime *MS.*

s miratos *MS.*

t alii scrupulum.

v Populus *alii.*

x texerit *aut* texerat *MSS.*

y *ed. vet. non habet* in.

vos & perfugas redditurum dixit. Plaut. Rud. *Scivi lenonem facere hoc quod fecit.* Gronov. observ. in script. Eccles. c. 14. *Grævius.*

12. *Pacciana Epistola.*) Hic apparet, divulsa esse, & alieno loco agglutinata harum epistolarum membra. nam Paccianæ epistolæ incipit respondere in epistola proxima superiore: ut, in hac quo modo respondere possit, non videam. *P. Manut. Pacciana epistola.)* In Aldina editione sequentia leguntur in epistola sequenti, & quæ ibi leguntur a *Q. Fratre & a Cæsare recepi* in hanc translata sunt a Sim. Bosio; quod annotandum duxi, ne quis putet paginas Aldinæ editionis a me in margine perperam esse positas.

13. *Neque argenti scrupulum esse ullum.*) Nostri fere *Scripulum*, quo modo suo tempore scribi solitum esse, Charisius ait, cum *Scriptulum* Varro dicat. Sic enim Inst. Gram. lib. 1. *Scriptulum, quod nunc vulgus sine T dicit, Varro in Plautorino dixit.* Idem in Annalib. *Nummum argenteum conflatum primum a Servio Tullio dicunt. Is quatuor scriptulis major fuit, quam nunc.* Malasp. *Scripulum* vel *scriptulum* Græcis γράμμα est vigesima quarta pars unciæ, grossus Misnicus, duo stuveri Hollandici, duo Græcorum oboli. vide Gronovium III. de Sestert. c. 15. male vulgo *scrupulus* dicitur. *Grævius.*

14. *Musicis eruditos.*) Sic veteres libentius, quam, *Arte musica.* Lib. 1. de Or. *In musicis numeri, & voces, & modi.* pro, in musica arte. Et in proœmio ejusdem libri: *Quis musicis penitus se dedidit?* pro, arti musicæ. Et Tusc. V. *Musicorum perstudiosum accepimus Dionysium; poetam etiam tragicum.* Terentius in Eun. *Fac periculum in musicis.* Hic lib. XII. *Hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis exercitatum.* P. Manut.

15. *Disrumparis licet.*) Invidia: quia me videas inter præcipuos esse Cæsaris amicos, hominis florentissimi, nobilissimi. dictum quasi joco. *Idem.*

16. *Forum laxaremus.*) Vocem hanc *forum*, delet Lamb. *Cleric.* Tetigit hunc locum occasione Atrii Libertatis quoque Alex. Donatus in lib. III. de Urbe Roma pag. 251. *Gronov.*

ad atrium Libertatis explicaremus, [17] contempsimus sexcenties H-S [18] cum privatis non poterat transigi minore pecunia. efficiemus rem gloriosissimam. nam in campo Martio Septa [z] tributis comitiis marmorea sumus & tecta facturi; eaque cingemus excelsa porticu; ut mille passuum conficiatur. simul adjungetur huic operi [19] Villa etiam publica. Dices, quid mihi hoc monumentum proderit? [20] quid? celabo te res Romanas? [21] non enim te puto de lustro, quod jam desperatum est, aut de judiciis, [22] quæ lege Cœlia fiant, quærere. Nunc

z tributis alii.

17. *Contempsimus.*) Abjecimus: quia cum privatis non poterat transigi sexcenties H-S: & qui rem gloriosissimam, septa scilicet in campo Martio marmorea, minore pecunia faciemus. Postea tamen cum privatis transactum esse millies, id est, scutatorum tricies centenis millibus, e Svetonio & Plinio cognoscitur. *P. Manut.*

18. *Cum privatis non poterat transigi.*) Faernus delebat *non*, auctoritatem secutus veteris libri. *Ursinus.*

19. *Villa etiam publica.*) Ubi primum populi census est actus in campo Martio. P. Victor reg. 9. Varr. lib. III. cap. 2. de Re Rust. & Orat. de resp. *Corrad.*

20. *Quid? celabo te res Romanas.*) Faernus totum hunc locum ita corrigebat, *Dicis quid mihi hoc monumentum? proderit id quidem. habes res Romanas.* Ursinus.

21. *Non enim te puto de lustro, &c.*) Hæc mihi significare videntur, proximam sententiam conclusam fuisse a Cicerone, in hæc, aut hujusmodi verba. *Habes res Romanas*. Nec valde aliter Faerninus, nimirum, *Proderit quid te labores res Romanas*. Nam quasi requirenti adhuc Attico, ita occurrit. Non enim puto te de lustro, quod jam desperatum est, aut de judiciis quærere. Familiaris autem Ciceroni fuit hæc dicendi forma. Etenim libri primi ep. II. *Habes res Romanas: sed tamen etiam illud, quod non sperabam, audi*. Hoc si probatur, in reliquis quoque verbis vitium erit: quod nunquam dubitavi ita levis sententia est & puerilis. Cum enim respondere debuerit, quem usum allaturum esset monumentum illud, *Ad quid*, inquit, *laboramus res Romanas?* prorsus aliene. Itaque videbatur ita emendari posse. *Dicis; Quid mihi hoc monumentum? proderit ad quietem labi*. Proderit, inquit, ut dum comitiorum tempus exspectatur, ex campo atque Sole, labi ad quietem & umbram: utque secedere possis. Deinde: *Habes res Romanas*. Hæc nostra emendatio transpositas illas & confusas Faernini libri litteras attendenti haud sane videri nimium audax debebit: cum præsertim vulgata lectio sensum habeat, nisi fallor, absurdum, parumque Cicerone dignum. Et tamen rem totam, nostro more, in medio relinquimus. *Malasp.*

22. *Quæ lege Plotia fiant.*) *Cincia* pro *Plotia* est in antiquo Faerni libro, *Ursin. Lege Plotia.*) Qua judicia inter tres ordines communicata

Nunc te objurgari patere, si jure. scribis enim in epistola; quam C. Decimius mihi reddidit, Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse te arbitrari. mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum; 23 ut abis a totiens, & tam longe b abes. sed hæc mallem in-

a toties alii.
P. LXVII.
b abesses alii.

municata, senatores, equites, plebem, declarat Asconius his verbis: *M. Plautius Silvanus tribunus pl. Cn. Pompejo, Strabone, L. Porcio Catone coss. anno II. belli Italici, legem tulit adjuvantibus nobilibus qua lege tribus singula ex eo numero quinos denos suffragio creabant, qui eo anno judicarent. ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, & quidem etiam ex ipsa plebe*. Bessarionis tamen liber, item Cavalcantis, & Tertii, *Lege Coctia.* & sane de lege Plautia, vix est ut putem intelligi posse: primum, quia non de genere judicum queri Ciceronem existimo, sed de criminibus, quorum impunitatem improbi assequerentur. at lex M. Plautii Silvani tantum fuit de genere judicum, de crimine nullo fuit. alia igitur hæc. deinde, ideo hic de genere judicum non agitur, quia judicia hoc tempore non jam lege Plautia fiebant, sed Aurelia, quam tulerat L. Aurelius Cotta Cn. Pompejo Magno, M. Licinio Crasso Coss. ut cum senatoribus simul equites Romani, & tribuni ærarii judicarent. eaque lege judicatum esse in caussa Clodii, supra legimus lib. I, item in caussa Scauri apud Pædianum, in Miloniana, in aliis. Quod si, *Plautia*, legimus; ab alio Plautio latam intellige, qui tulerit non de judicibus, sed de certo crimine, & fortasse de vi. nam legis Plotiæ de vi mentionem facit Cœlius in epistola ad Ciceronem, Fam. lib. IIX. *P. Manut. Qua lege Coctia fiant*.) Quum libri aut sic habeant, aut eo alludant; lex autem Coctia nulla sit, *Cottia*, ut quidam suspicati sunt, dici nequeat ex more sermonis Latini, quæ ab Aurelio Cotta fuit lata; an ideo Ciceroni dandum, quod ab eo non venit? & locus facillimo remedio relinquendus fuit tantæ ineptiæ? Ego quidem vix locum vidi, quin & ex literarum charactere, ut vides, & rei veritate deprehenderim legendum *Cælia*, & intelligi legem tabellariam in perduellionis etiam crimine, de qua videndus Pigius ad annum urbis DCXLVI. Itaque sic & contextum mutare sustinui. *Gronov.*

23. *Ne toties & tam longe abesses*.) Faerni liber, *Ut ab iis totiens*, reliqui omnes, *Mutabis totiens*. sed apparet ex *Ut ab iis* factum *M* præcedentis dictionis, conjunctioni *Ut* adhærescente. Itaque tuto mihi videor posse dicere, in omnibus, *Ut ab iis totiens* legi. Quod plane rectum puto. *Ab iis* autem intelligit, ab urbe, a tuis, ab his quæ habes charissima, a nobis. Monere etiam libet, in cunctis non modo harum epistolarum exemplis, sed plane in omnibus vetustis libris manuscriptis atque impressis paulo antiquioribus; *Toteins*, & *Quotiens* scriptum esse. Priscianus etiam cum de adverbiis scriberet: *In Ens*, inquit, *Totiens a Tot. Quotiens a quot: a multo, multotiens: & aliquotiens ab aliquot*; & cum Vi-

S 3 cto-

integra re, tecum egisse. profecto enim aliquid egissem. nunc reprimam susceptam objurgationem. [24] utinam valeat ad celeritatem reditus tui! Ego ad te propterea minus saepe scribo, quod certum non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis. Huic tamen nescio cui, quod videbatur is te visurus esse, putavi dandas esse litteras. tu, quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quae tempora te c exspectemus, facias me certiorem velim, & de Eutychide quid egeris.

c *alii* exspectem.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

O EXSPECTATAS mihi tuas litteras! o gratum d adventum! o constantiam promissi, & fidem miram! o navigationem amandam! quam mehercule e ego valde timebam, [25] recordans superioris tuae [26] transmissionis δέῤῥεις sed, nisi fallor, citius te, quam f scri-

d omine adv. *MS*.

e ego *deest in MSS*.

ctorinus Afer in Orthographia, non modo *Totiens* & *Quotiens*, sed *Deciens* etiam, similia, eodem modo scribenda putet: ille tamen tradit, *Quinquies*, *Sexies*, *Decies*, *Vicies*, *Centies* dici. Haec docti cogitabunt. Festus quidem, *Pauciens*, inquit, *dicebant pro raro*. *Titinius*. *Uxorem pauciens video*. Malasp.

24. *Utinam valeat*.) Tornaesianus ante vocem, *utinam*, hoc amplius habebat, *hoc quod dixi tantum*; quae verba e glossemate quodam manarunt. *Cleric.*

25. *Recordans superioris tuae transmissionis.*) Videbatur sane ponere debuisse Cicero locum, unde tunc Atticus transmiserat. quare ΔΕΡΡΙΣ inventam a me vocem in antiquis exemplaribus non neglexi: non certa tamen mihi ejus ratio est, nec video quomodo sic loqui potuerit. Derra urbs est, de qua sic Plinius lib. IV. cap. 10. *In Thermaico sinu oppida, Dicaea, Pidna, Derra, Scione*. *Derris* eadem appellatur a Ptolemaeo. Est etiam *Derris* promontorium. Dicemus igitur veterem codicem vestigia potius quaedam, ac ea quidem valde perturbata verae lectionis, quam eam integram nobis conservasse. *Victorius*. Δέῤῥις) Pro eo quod est, densum quasi tegmen fuit tibi in hac navigatione ab omni injuria. δέῤῥις, ἱμάτιον παχύ Hesychio. proverbiale dictum, quod ex sermone Attici Tullius videtur usurpasse. Erant autem plurimum hae vestes & tentoria e coriis pellibusque. Sic etiam postea. *Junius*.

26. *Transmissiones* δέῤῥεις.) Non explicatur in vocibus Graecis. Victorius hanc addidit e libris MSS. fassus se ignorare qui sic loqui potuerit Cicero. Derram esse urbem in sinu Thermaico. alii di-

f ſcribis, videbo. credo enim te putaſſe. g tuas mulieres in Apulia eſſe: quod cum ſecus erit, quid te Apulia moretur? 27 nam Veſtorio dandi ſunt dies, & ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo reguſtandus. Quin tu huc h advolas, 28 & inviſis illius noſtræ reipublicæ 29 germina? ne 30 puta, vide, nummis ante comitia tributim uno

f ſcribo alii.
g tuas deeſt in MS.
h advoles MS.

diligenter tacent præter unicum Junium, qui punctum ponit poſt *tranſmiſſiones* Δέῤῥος, id eſt denſum, fuit tibi tegmen in hac navigatione. Derris, derma, burſa, τριχινὸν περιπέτασμα *involucrum crinitum*. in ſumma pelles, quibus veteres ſolebant ſarcinas involvere: quæ & ςρωματεῖς & ςρωματόδεσμα. Ea per metonymiam continentis appellat Cicero pro ipſis impedimentis involutis. Quæ vox impedimenta, cum & ſarcinas ſignificet & moras, Græco vocabulo Cicero, quod prius denotat, pro poſteriore abutitur, nempe pro mora. Fert autem natura, ut qui cum impedimentis iter facit, tardior ſit quam qui expeditus. *J. F. Gronovius.*

27. *Nam Veſtorio dandi ſunt dies.*) Nam Puteolis merito pones aliquot dies in Veſtorii noſtri ſuaviſſima conſuetudine; ut illius urbanitatem, & quaſi Atticos ſales, ex intervallo reguſtes. Erat autem Veſtorius Puteolanus: & Puteoli in via, quæ ex Apulia Romam fert. *P. Manut.*

28. *Et inviſis illius noſtræ reipublicæ germina?*) Boſii hæc eſt reſtitutio. Torneſianus *germa*; Decurtatus *gerina*, inde conjecit *germina*. Lambinus vero edendum curavit, *& inviſis illius noſtræ Reip.* γερανδρυον. *Peti vides nummis &c.* partim Pauli Manutii, partim Johannis Aurati conjecturam ſequutus; prius quidem membrum *illius noſtræ reipublicæ* γεράνδρυον, Aurati, poſterius vero *Peti vides nummis*, Manutii. Boſii reſtitutionem *reipublicæ germina*, probat Junius, ſequens vero membrum ſic emendat, *Peti inde nummis ante comitia &c.* alii libri habent *putavi de nummis &c.* Urſinus hujus loci correctionem aliunde affert, *putavi de nummis ante comitia uno loco deviſis palam iri abſolutum Gabinium*. Vulg. *illius noſtræ reipublicæ germana &c.* Cleric.

29. *Germana putavi de.*) Etſi nihil immutavi: tamen non dubito, quin ita legendum ſit; *Germanam peti vide.* ut ſit ſenſus. advola, mi Attice, & inviſe ſimilem remp. reip. illi noſtræ, quam laudare ſolebamus. dicit enim, *Germanam illius noſtræ reip.* cum ironia, quaſi prorſus diſſimilem, & plane mutatam. deinde ſequitur: Vide magiſtratus peti: nummis ante comitia tributim uno loco diviſis palam. Quæ verba ſi quis diligentius expendat; ſingula emphaſim habere cognoſcet. vide item, inquit, Gabinium abſolutum, cum nocentiſſimus eſſet. concedatur etiam, ut auctoritate floreat, & gratia. *P. Manut.*

30. *Putavi de nummis.*) Amputavi ex his germinibus hæc, quæ ſequuntur, ut ad te mitterem. *Corrad.* Totum hunc locum ita corrigebat Pius: *Putavi de nummis ante comitia uno loco diviſis palam iri abſolutum Gabinium: Detur etiam valiturum*, Urſinus. Τὸ *ne*, importune coierat cum voce, *germina*: id nos inde abſcidimus,

i alii vide abs. uno loco divisis, palam i inde absolutum Gabinium, detur k esse valiturum. De Messala quod quaeris, quid

k etiam val. alii. scribam nescio: numquam l ego vidi tam pares candidatos. Messalae copias nosti. Scaurum Triarius reum fe-

l ego desit in aliis. cit. si quaeris, nulla est magnopere commota συμπάθεια, sed tamen habet 31 aedilitas ejus memoriam non

m memoriam alii. ingratam; & est pondus apud rusticos in patris m memoria. reliqui duo plebeji sic exaequantur, ut Domitius

n adjuvatur alii. valeat amicis, n adjuvetur tamen non gratissimo munere; Memmius Caesaris commendetur militibus, 32 Pompeji Gallia nitatur. quibus si non valuerit, putant fore

P. B. aliquem, qui comitia in adventum Caesaris detrudat,

o alii A. 33 Catone praesertim absoluto. o Ab Quinto fratre, & a Caesare accepi a. d. IX. Kalend. Novemb. litteras, confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia, datas a littoribus Britanniae. p pro-

p proxime alii. ximo a. d. VI. Kalend. Octob. 34 exercitum Britannia repor-

mus, & haec ita distinximus, *ne puta, vide.* vult enim hanc rem ita persuasam esse Attico, quasi eam videat, non ex alterius sermone veram existimet. plus enim oculis credendum est, quam cujusquam assertioni. idcirco ait, ne puta; quia plerumque fallax est opinio; sed vide, & oculis intuere, quorum fides est certissima. *Bosius.*

31. *Aedilitas.*) Quam summa magnificentia gessit adeo, ut in ejus impensas opes suas absumpserit, magnumque aes alienum contraxerit. Ascon. in orat. pro M. Scaur. & Plin. lib. XXXVI. cap. 15. *Corrad.*

32. *Pompeji Gallia.*) Forsan Pompeji Galliam eos colonos appellat, qui ab ejus patre Strabone deducti sunt in Galliam: ut Galliam Pompeji dicat Pompeji clientes a patre relictos. suspicor tamen in dictione Pompeji mendum esse. non enim fautor Memmii Pompejus; adversarius potius, ut supra, ep. XV. *Pompejus fremit, queritur.* P. Manutius.

33. *Catone praesertim absoluto.*) Tribuni pl. jam nihil non audebunt, cum C. Catonem, qui nihil non ausus erat in tribunatu, videant absolutum. vel proprie de comitiis impediendis intellige. facile enim ut id faciant, adducentur tribuni pl. cum Cato, qui tribunus pl. biennio ante comitia in annum sequentem detruserat, sit absolutus. ad Quinct. Fr. epist. 5. lib. II. *Idem.*

34. *Exercitum Britannia reportabant.*) Faerni liber *Ex Britania*, Antonianus, *e Britannia:* Utrique grammaticorum praeceptis consentanee. *Malasp.* Errat Charisius. Saepe enim in nominibus regionum & insularum aeque omittitur praepositio, ac in Urbium nominibus. Sic apud Justinum *Cyprum deportavit exercitum.* Vide Fr. Sanctii Minervam. lib. IV. caput de Ellipsi. & in C. Scioppii Paradoxis epistolam III. *Gravius.*

35. Cum

portabant. Q. Pilius erat jam ad Cæsarem profectus. Tu, si aut amor in te est q nostri, ac tuorum, aut ulla veritas, aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas, adventare & prope adesse jam debes. non mehercule æquo animo te careo. te autem quid mirum, qui Dionysium tantopere desiderem? quem quidem abs te 35 cum dies venerit, & ego, & 36 Cicero meus flagitabit. Abs te proximas litteras habebam Epheso a. d. v. id. Sex. datas.

q noster alii. F. LXVI.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

PUTO te existimare, me, r nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere, quam solebam: sed, cum loca & itinera tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum proficiscenti, dedi litteras. neque enim sunt s ex epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit; quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus. 37 Lepidum quo exedar; con-

r non alii.

s ex deest in vett. edd.

35. *Cum dies venerit.*) Qui dies? An promissi Dionysii? ita ut hominem secum habere Atticus ad certum tempus voluerit, post M. Tullio cedere? Id ego vix credo: cum præsertim proxima superiore epistola, quæ non multo ante scripta est: Cicero Atticum roget, ut Dionysium mittat, de certa die nihil dicat. Placeret, *Quo die veneris.* ut desiderii vis ac magnitudo indicetur eorum; qui ne unum quidem aut alterum diem exspectaturi essent; sed eodem quo venisset, hominem efflagitaturi. *Malasp.*

36. *Cicero meus.*) Quem Dionysius erudiebat. ep. 15. Illud animadvertendum, esse in hac epistola multa inter se pugnantia: ut necesse sit aut pluribus diebus scriptam, aut non unam esse. *P. Manut.*

37. *Lepidum quo res cadat.*) Sic puto hunc corruptum locum esse emendandum, sententia, opinor, non inepta. Lepidum (inquit) spectaculum, videre quo res cadat. *Lambinus.* Amicus meus restituebat, *ne verbum quod excidat*, nimis a vulgata scriptura recedens. *Ursinus.* Libri veteres *excidant*, *exedat*. Unde legendum conjicio *res cedant*, ut Epistola decima sexta, *res cedit*; Lepidum, inquit, spectaculum videre quos res cedant & fluant. *Popma*, Retinuimus vulgatam scripturam, quamvis vitiosam, uti in aliis quoque locis, ubi incertis & dubiis conjecturis mutationes, quas nstituerunt docti, nituatur, non fide veterum codicum. Posses alio-

consules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus 38 pactione in senatu recitavitu, quam ipse t & suus competitor Domitius cum consulibus v fecissent, uti ambo H-S. x quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, 39 nisi tris augures dedissent, qui se adfuisse dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata non esset; & 40 duo consulares, qui se dicerent in ornandis pro-

t & e MSS. addidit Bosius.
v alii fecisset.
x quadringena alii.

alioquin conjicere, *ne lepidum quod excidat*, pro ne aliquid lepidarum rerum & verborum quæ ad te scribo, aliis innotescat & spargatur in vulgus. *Grævius.*

38. *Pactionem.*) Pactio hæc erat: Memmius, & L. Domitius Ahenobarbus consules fieri cupiunt: Appius autem Claudius, & L. Domitius Ahenobarbus consules id agunt, ut consularu functi in provincias mittantur. promittunt igitur, se operam daturos, ut consules creentur Memmius, & Calvinus: illi contra, se tres augures daturos, qui dicerent se affuisse, cum lex Curiata de imperio provinciarum ad populum ferretur: & duos consulares, qui se affuisse dicerent, cum Senatusconsultum de ornandis & instruendis consularibus provinciis scriberetur: nisi hoc fecissent. H-S. darent ambo quadragena Appio, & Ahenobarbo. *P. Manutius.*

39. *Nisi tris augures dedissent.*) Cum omnes antiqui & impressi codices *Nisi* habeant, miror non parum ullos tam temere contrario sensu *Si* castigasse, vel potius depravasse. Nos receptam lectionem veram esse, & ingenuam, non dubitamus, hoc sensu: quod candidati pactionem fecerint cum consulibus, ut consulum opibus & gratia uterentur in suffragiis. quod si Consules declarati essent, ipsi pro merito, & pro accepto beneficio Consulibus spoponderunt, se inventuros & daturos tris augures, qui se adfuisse dicerent, cum lex Curiata ferretur, & duos consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse. quod si postea præstare non potuissent, tunc ipsi darent consulibus HS. quadragena, pro pœna: quod promissa non perfecissent. quemadmodum autem candidati valde cupiebant consulatum adipisci, sic etiam consules legem curiatam ferri, & consulares provincias ornari non minori desiderio flagrabant: ideo suorum omnes commodorum gratia tam turpem pactionem fecerant. *Victorius.* *Tres augures.*) Nam, cum lex ad populum fertur, adsint necesse est, qui dicant licere per Jovem legem ferri. tres autem plane, cum lex curiata ferebatur; quia XXX. curiæ tres veteres tribus repræsentabant, quas singulas in denas curias Romulus divisit. porro veteres tribus suum quæque augurem habuit Livius lib. X. *P. Manut.*

40. *Duo consulares.*) Nostri omnes, *Duo consulares.* Prisci enim, ut Charisius ait, Græcos secuti, qui τοὺς δύο καὶ τοὺς ἄμφω dicunt hos duo, & hos ambo dixerunt: in quibus Virgilius. *Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.* Et Terent. Adelp. *Tu illos duo olim pro re tollebas tua.* Ubi Helenius Acron. *Duo* inquit pro *duos.*

provinciis consularibus scribendo adiuisse, cum omnino ne senatus quidem y fuisset. hæc pactio non verbis, sed nominibus & 41 perscriptionibus, 42 multorum tabulis cum

y affuisset *alii.*

duos. Sed hodie tamen in impressis, *duos*, legitur. Sed & idem Cic. ad Appium, epist. Prid. Non. Jun. *Duo enim duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompejum filiæ tuæ socerum, & M. Brutum generum tuum*. sic Priscianus legit, cum in vulgatis tamen *duos* sit. Eodem modo locis aliquot infra. *Malasp.*

41. *Perscriptionibus*.) Non intellexit hęc Cortadus, nec Manutius. *Perscriptiones* sunt, ut nunc loquuntur, assignationes ad trapezitam seu mensam. Solutiones, inquit Salmas. apud antiquos Romanos fieri solitas legimus duobus modis, vel ex *arca*, vel ex *mensa*. Qui domo solvebat, ex arca sua pecuniam sumere intelligebatur, quæ ibi sine fructu recondita servabatur. Qui ex mensa numerationem faciebat, duplici modo eam facere solitus. Aut enim a mensario accipiebat fœnore, qui pro ipso summam quam desiderabat, & cui numeratam illam vellet, dependebat. Tunc debitor talis summæ mensario existebat. Aut pecuniam ipse habebat apud mensam depositam. Ex qua summa quantam summulam vellet, pro ipso numerabat mensarius, qui tanto minoris exinde manebat debitor: Hoc *scribere* & *perscribere* dicebatur, & inde *scriptura mensæ*. Salmas. de Fœnore Trapezitico lib. 1. Cic. pro Flacco: *Pecuniam in ædem sacram reficiendam se perscripsisse ajunt* Gręv.

42. *Multorum tabulis*.) Recte hunc locum exponit Manutius, multos Memmio & Calvino amicitia, aut affinitate conjunctos solutionis promissione se obstrinxisse, sed cum addit perscriptione suis tabulis facta, non satis accurate locutus est, *perscriptio* enim non nisi dicitur de solutione quæ fit apud trapezitam. Hic vero per *tabulas* intelligit accepti & expensi tabulas, quas omnes patresfamilias conficiebant. In eas solebant referre nomina debitorum, quibus sine usuris crediderant pecuniam. Nam tabulæ, per quas nomina fiebant, codex erat expensi & accepti, ut erudite docuit Salmasius ὁ πάνυ in libro de Usuris, qui rationes continebat pecunię mutuaticię sine usuris. Kalendarium autem tabulæ erant, sive codex rationum pecunię fœnebris. Hoc igitur Cicero dicit non stipulatione, nec syngraphis cavisse Memmium & Calvinum Consulibus de pecunia, quam ipsis soluturi erant, si illas, quas cupiebant, provincias iis posſent conficere; sed tantum in suis tabulis accepti & expensi nomina fecisse, quasi Consulibus tantum deberent pecunię, quam ab ipsis sine usuris mutuam accepisſent, idque etiam in suas tabulas retulisse Consules, ac si tantum illis deberetur pecunię, nec non illos amicos, qui suam fidem interponebant pro Calvino & Domitio, eadem nomina in suis tabulis faciebant, tanquam sponsores quidam, ut securiores esſent Consules, se quoque tantum debere pecunię Consulibus, ut si Domitius & Calvinus fidem promissorum non exsolverent, ipsi de his nummis posſent appellari, aut etiam tanquam testes & proxenetę in suas tabulas referebant hęc nomina, illis

P. B. cum esse facta diceretur, prolata a Memmio est nominibus inductis, auctore Pompejo. hic Appius erat idem. nihil sane jacturæ. corruerat alter, & plane, inquam, jacebat. Memmius autem, 43 dirempta coitione invito Calvino, plane refrixerat; & eo magis 44 nunc concitare dictaturam, tum favere justitio, & omnium rerum licentiæ. Perspice æquitatem animi mei & ludum, & 45 contemptionem Selicianæ provinciæ, & mehercule cum Cæsare suavissimam conjunctionem (hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat) qui quidem Quintum meum, tuumque, dii boni! quemadmodum tra-

illis præsentibus hoc aut illo die Domitium & Calvinum tantum nummorum mutuum accepisse a Consulibus. Tam creditor quam debitor nomina referebat in tabulas. Vide Salmasium in cap. 6. libri modo laudati. *Gravius*.

43. *Diremta contione*.) Sic legendum non *Coicione*, nemini dubium esse debet. Coitiones candidatorum quæ sint, nunc omnibus notum. Invito autem Calvino, quia suo consilio contra Domitii voluntatem eam pactionem in Senatu recitarat. *Victor*.

44. *Concitare dictaturam, favere justitio*.) Hic antiquus codex valde diversus est: sed tamen mirum in modum inquinatus & lacer, ut nulla fere ex parte nos juverit: tantum fecit nobis vulgatam lectionem, per se parum probatam, magis suspectam: nec enim temere putamus illum tantopere ab excusis dissentire. Nec nobis compertum est, an *Concitare dictaturam* eo sensu, quem hic præ se fert, satis eleganter dictum esse possit. Receptam lectionem suspicamur ab aliquo pro suo arbitrio restitutam esse illorum qui hoc negotium olim habebant, ut nihil relinquerent in auctoribus, quos sibi emendare videbantur, e quo non aliquis sensus, cuicuimodi esset, eliceretur. Est autem hæc antiqua scriptura, *Et eo magis nunc caciace dictaturam fluere justicio & omnium rerum licentia*. Quam quæso studiosiores accurate videant, ut sua opera & industria locus hic maculis quandoque purgetur. *Victor*. Pro *concitare* primus Faernus fecit *cogitare*, secutus veteris libri corruptam scripturam. *Ursin*.

45. *Contentionem Seleuciana provincia*.) Nihil differunt ab excusis omnes, quos vidimus, manuscripti codices. Germani tamen in margine sui codicis, *Seliciana uncia*, scripserunt. Nos nec probamus, nec damnamus. Alii doctiores hoc judicabunt, nobis hic omnia caliginis plena sunt. *Victor*: *Seliciana provincia*.) Sic Bosius. alii *Seleuciana*. quam interpretantur Ciliciam. Aliud respicit Cicero. sup. 1, 16. *Cum egomet in provinciam non sim profectus*. inde explicandum, & eundem animum, quem habui, cum Macedoniam provinciam contemnerem. 1, 16. fine, ubi vide notas; quam vocat Seleucianam a Seleuco Nicatore victore Lysimachi, qui tum Thraciam & Macedoniam in ditione habebat, & sic Macedoniæ rege. Just. XVII, 2. *J. F. Gronov*.

46. *Ad*

tractat honore, dignitate, gratia? non secus ac si ego essem imperator. hibernam legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. hunc tu non ames? quem igitur istorum? Sed heus tu, scripseramne tibi me esse legatum Pompejo? & extra urbem quidem fore ex idib. Jan.? visum est hoc mihi ad multa quadrare. sed quid plura? coram, opinor, reliqua; ut tu tamen aliquid exspectes. Dionysio plurimam salutem: cui quidem ego non modo servavi, sed etiam ædificavi locum. quid quæris? ad summam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus z illius adventu cumulus accedit. quo die [46] ad me z ex illius *alii.*
venies, tu, [47] si me amas, apud me cum tuis maneas.

46. *Ad me.*) Hoc aut abundat, aut mendosum est. dicit enim, Cum Romam venies. aut explana, *Ad me*, in aliquam villarum mearum, ubi tum ero. Scripsit enim jam extra urbem se fore ex idibus Jan. illud addo, omnes hujus libri epistolas, præter priores tres, perturbato esse ordine, neque solum ipsa corpora, verum etiam membra: quæ suum in locum singula restituere, neque audendum est sine vetustis libris, neque audentibus fortasse succederet. *P. Manut.*

47. *Si me amas.*) Nos ex veteribus exemplaribus *Ut* reposuimus: ut intelligatur *Fac*, vel aliquod hujusmodi verbum, quod sæpe in hujuscemodi familiari sermone desideratur. Sic bis locutus est in parva quadam epistola ad Terentiam uxorem, quod etiam ibi adnotavimus: *Ibi ut sint omnia parata*. Item, *labrum si in balineo non est, ut sit.* intelligitur enim *Fac*, aut *Videbis*. Victorius. *Si me amas.*) Nostri, *Ut*, *si me amas*. De qua dicendi ratione Petrus Vict. *Malasp. Si me amas.*) Antiquus liber habet, *uti si me amas*: unde Faernus conjiciebat legendum, *tu si me amas.* sed vide num aptius sit, *utique si me amas*. Ursinus. Recte reposuit Victorius *ut*, quod & Balliol. præ se fert. *Grav.*

M. TUL-

P.LXVIII.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICUM, LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

EX antepenultima epistola superioris libri, atque hujus secunda, intelligimus cessatum esse scribi inter eos, annos ipsos duos, & menses paulo amplius sex. nimirum ex a. d. IX. Kal. Nov. L. Domitio Ahenobarbo, & Ap. Claudio Pulchro Coss. ad usque mensem Majum, Coss. M. Marcello & Ser. Sulpicio: quo mense Cicero pro Consule, in provinciam Ciliciam, cum imperio, Roma profectus est: sibi & S.C. & lege Curiata traditam extra sortem: Appioque successit. Scripta sunt autem libri hujus epistolæ, ex itinere magna ex parte: reliquæ ex provincia; quo pervenit prid. K. Sext. cum Roma egressus esset, ut diximus; circiter K. Maji, Marcello & Sulp. Coss. Quæ ex itinere scripta sunt, nihil continent memorabile: quæ in provincia, tantum, qua moderatione, qua abstinentia illam gubernarit: quoque modo se comparaverit, si forte Parthi in suam provinciam irruptionem facere conarentur. Nam cum superiore anno exercitum populi Romani, Crasso duce interfecto, miserabili clade affecissent; reliquiasque illius, haud sane magna manu, in Syriam persecuti, a Q. Cassio Longino fortissime repulsi fuissent: majori ac firmiori vi, hoc anno redierunt: ab eodemque Cassio rursum Syria excedere coacti sunt. Ita enim infra Cicero: Interim rumore adventus nostri, & Cassio, qui Antiochiæ tenebatur, animus accessit: & Parthis timor injectus est. Itaque cedentes ab oppido Cassius insecutus, rem bene gessit: qua in fuga, magna auctoritate Osaces dux Parthorum, vulnus accepit, eoque interiit paucis post diebus. *Continetur item his epistolis, quo modo Cicero in Amano Pindeniso, oppido Eleutherocilicum capto, nomen Imperatoris assecutus fuerit: & quædam alia. haud magni ad historiam momenti. Cessatum est autem scribi inter eos toto Consulatu Cn. Domitii Calvini: M. Valerii Messallæ: item Cn. Pompeji Magni III. & Q. Metelli Scipionis.* Malaspina.

EPI-

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.



GO vero & tuum in discessu vidi animum, a & meo sum ipse testis: quo magis erit tibi videndum, ne quid novi decernatur; ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. De Annio Saturnino curasti probe. De satisdando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes. 1 & sunt aliquot sa-

a de meo *alii.*

1. *Et sunt aliquot satisdationes.*) Nec emendatio nec expositio hujus Tulliani loci, quam dedit vir magnus, est ullius assis: Recte Cujacius x. observ. cap. 4. existimat has satisdationes fuisse repromissiones nudas, quas venditores faciebant in mancipationibus, se nimirum dominos esse rerum, quas mancipabant, nullis datis fidejussoribus. Dices si nulli dati fuerint fidejussores, ut igitur satisdationes dictæ? Respondeo cum primitus in mancipationibus fidejussio interponeretur, quæ satisdatio secundum mancipium appellabatur, & deinceps exolevisset hæc fidejussio, introducta in locum ipsius nova repromissione, vetus formula mansit quidem, sed mutata veteri significatione, & *satisdare secundum mancipium*, nihil aliud nunc significat quam repromittere pro re mancipi. In mancipationibus intervenisse quondam fidejussores, mox suffecisse nudam repromissionem docet Varro libro v. de Latina lingua: *Consuetudo enim erat cum reus parum esset idoneus in certis rebus, ut pro se alterum daret, a quo caveri postea lege cœptum est ab his qui prædia venderent, vadesque darent, ab eo scribi cœptum in lege mancipiorum: vadem ne posceret, nec dabitur.* Cum Varrone pulchre conspirat Ulpianus in lib. IV. C. de eviction. Jam *satisdatio* pro nuda repromissione sumitur aliquando apud ipsos Jurisconsultos, ut docetur in lib. LXI. D. de V. S. *Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur: qua contentus fuit is, cui satisdatio debeatur.* Nec male Latine dicitur *secundum mancipium* pro mancipio Svet. Claud. 15. *ab absentibus secundum præsentes facillime dabat.* & ita sæpe. Et in hoc sensu etiam Cicero accepit, qui ab exsilio, in quod a Clodio conjectus fuerat, in patriam restitutus, ut dissolveret æs alienum, quod tempore exsilii contraxerat, vendiderat quædam bona sua, in his Memmiana etiam vel Atiliana prædia, id est quæ Memmii & Atilii quondam fuerant. Hinc in epistola illa Atticum rogat, ut sicubi satisdandum esset, pro se satisdare velit, monetque in istis satisdationibus esse nonnullas secundum mancipium, quæ nuda scilicet repromissione peragerentur. Hic verus est sensus loci istius. Hæc est Clarif. Viri Theodori Ryckii de hoc loco sententia. *Grævius.*

2. *Ati-*

b vel his tu MS. satisdationes secundum mancipium, b in his, & Memmianorum prædiorum, vel 2 Atilianorum. De Oppio factum est ut volui, & 3 maxime quod DCCC. c aperuisti: quæ quidem ego utique vel versura facta solvi volo; ne extrema exactio d nostrorum nominum exspectetur. Nunc venio ad 4 transversum illum extremæ epistolæ tuæ versiculum, in quo me admones de sorore. quæ res se sic habet. Ut veni e in Arpinas, cum ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multus, de te fuit: ex quo f veni ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. nihil tam vidi mite; nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam; ut etiam, si qua fuerat 5 ex ratione sumpta offensio, 6 non appareret. illo sic die. postridie ex

c adpromisisti *alii*.

d nostrum *MS.*

e *alii* Arpinum.

f ego veni *alii*.

2. *Atilianorum*.) Sext. Attilii Serrani ep. 2. lib. IV. sic enim conjicio, quum scribat Appian. lib. II. Sextum quendam cum Memmio condemnatum fuisse. *Corrad.* Sed neque in Memmianorum, neque Atilianorum bonorum satisdationibus respicit ullam publicationem, sed quia illa prædia Ciceronis erant, sive illa ex auctione emerit, sive alio modo sibi comparatit, nihil ad rem facit. *Grav.*

3. *Maxime quod* CCC. *aperuisti*.) Nos numerum auximus: ut cum aliis locis in hoc libro concordet, ubi de hoc nomine agitur: & sane DCCC. habet noster antiquior codex: verbum tamen, ut erat, conservavimus, quamvis Germani pro *Aperuisti*, *Adpromisisti* legant. nullam enim varietatem in manuscriptis libris invenimus. In tertia ab hac epistola sic de hac re loquitur: *De Oppio bene curasti, quod ei* DCCC. *exposuisti*. Nos ambobus locis receptam lectionem retinuimus, quæ eadem est cum antiqua. quid enim aliud in re dubia nos facere oportuit? omnem diligentiam, & cautionem adhibebimus, ne, ubi hunc librum meliorem facere non possumus, eum deteriorem faciamus. *Victorius*.

4. *Transversum versiculum*.) Cum pagina, versibus recto ordine subsequentibus completa, nihil ultra capit; tum, si quid ejusmodi superest, quod multorum verborum non sit, scribere solemus de transverso. *P. Manut.*

5. *Ex ratione sumta offensio*.) Eandem invenimus lectionem in cunctis manuscriptis libris, quare nihil mutare visum est. Germani tamen in margine sui libri, *Ex ratione sumptus*, adnotarunt. *Victorius*. *Sumpta*.) Al. *sumptus*: unde sæpe inter virum & uxorem offensiones esse solent. *Corradus*. Manuscriptus liber habet *ex rene*, ut fortasse, *ex re* legendum sit. *Ursinus*. Sed bene habet vulgata, cujus sensus est, si ante justas ob caussas ei succensuit, & merito offensus est. *Gravius*.

6. *Non appareret. illo sic die. postridie*.) Junius ex duobus mss. Palat. aliter & legit & distinguit, nempe, *non appareret illo. sic postridie &c.* Cleric.

7. *Dies*

ex Arpinati profecti sumus. ut in Arcano Quintus maneret, [7] dies fecit: ego Aquini; sed prandimus in Arcano. nosti hunc fundum. quo ut venimus, humanissime Quintus, Pomponia, inquit, tu [8] invita mulieres, ego accivero pueros. nihil potuit, mihi quidem ut visum est, dulcius, idque cum verbis, tum etiam animo, ac vultu. at illa, audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. id autem ex eo, ut opinor, quod antecesserat Statius, [9] ut prandium nobis videret. tum Quintus, en, inquit mihi, hæc ego patior quotidie. dices, P. B.

7. *Dies fecit.*) Non dies in vesperum jam vergens, (nam & Marcum fratrem eadem caussa in Arcano retinuisset) sed dies festus Arcani pagi, quem sibi Quinctus in suo fundo celebrandum putavit. *P. Manut.*

8. *Invita mulieres, ego pueros arcivero.*) Quas mulieres obsecro? Terentiam ne ac Tulliam? Quid? hæ invitatæ fuerunt, quasi hospites? Neque enim dicit voca, sed invita. Liceat hic mihi suspiciones meas sine arrogantia proferre, dum me sciant omnes, id quod sæpe testatus sum, nisi quod veterum librorum testimoniis, aut certa ratione confirmare possum, affirmare nihil. Quid enim obest, tantum? Suspicio ergo mea illa est, Pomponiam mulieres illas invitare jussam fuisse, quæ Arcis officii caussa salutatum venerant: quas Quinctus humanitate ac liberalitate adductus, invitari volebat, mulieres a muliere: itaque & *Viros*, citius quam *Pueros*, esse legendum: ut Arcanos item accipiamus *Arcæ* porro fuere, haud procul Arpino, ad Melpham fluvium positæ. qui ex Apennino defluens, perque planiciem suas undas agens, sub Fregellis denique, Liri jungitur. Hoc oppidum hodie quoque Arcæ dicitur, unde Arcanus: ut a Thebæ, Thebanus. *Malasp. Ego viros arcivero.*) Sic edendum curavi, libros veteres, secutus. *arcivero* autem dictum pro, *accivero*. r. pro, c. notant Grammatici veteres. confirmant hanc lectionem veteres codices. *Lambin. Invita.*) Ad mensam posce & exhortare ad exporrigendam frontem mulieres Terentiam, Tulliam, & si quæ aderunt comitum, ego invitabo viros. *Accipere* κατ᾽ ἐξοχὴν in convivio est liberaliter & laute tractare Plaut. Most 1, 4, 7. Cic. I, I, 12. Ter. Eun. v, 8, 52. *Nemo accepit hominem melius.* J. F. Gronov.

9. *Ut prandium nobis praberet.*) Nos cum antiquis exemplaribus *Videret* scripsimus, melius (nisi fallimur) & elegantius. *Videre* enim, curare, parare & providere significat. ad Trebatium: *Mea negotia videbis, meque ante brumam expectabis.* in Lucullo: *Tribunum aliquem censeo videant, a me istam exceptionem nunquam impetrabunt.* in procemio III. libri de Oratore: *Quem dixisse constabat, videndum sibi aliud esse consilium, illo senatu se remp. gerere non posse.* lib. XIV. *Quare talaria videamus.* ubi tamen mendum erat, quod nos sustulimus: *Induamus*, enim scriptum erat. *Victorius.* Sic *aliquid aliud videbimus* ep. 10. lib. III. *Gravius.*

dices, [10] quid, quæso, istuc erat? magnum; itaque me ipsum commoverat: sic absurde & aspere verbis vultuque responderat. dissimulavi dolens. discubuimus omnes præter illam: cui tamen Quintus [11] de mensa misit; illa rejecit. quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius tua sorore mihi visum est: & multa prætereo, quæ tum mihi majori stomacho, quàm ipsi Quinto, fuerunt. ego inde Aquinum; Quintus in Arcano remansit, & Aquinum ad me postridie mane venit: mihique narravit, nec secum illam dormire voluisse; &, cum discessura esset, fuisse ejusmodi, qualem ego vidissem. quid

g hæc alii. quæris? vel ipsi g hoc dicas licet, humanitatem ei, meo judicio, illo die defuisse. Hæc ad te scripsi fortasse pluribus, quam necesse fuit, ut videres tuas quoque esse partes instituendi & monendi. Reliquum est, ut ante, quam proficiscare, mandata nostra exhaurias, scribas ad me omnia; Pomtinium extrudas; cum profectus eris, cures, ut sciam. sic habeas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suavius. A. Torquatum amantissime dimisi Minturnis, optimum virum: cui me ad te scripsisse aliquid, in sermone significes velim.

EPI-

10. *Quid, quæso, istuc erat? magnum; itaque me ipsum commoverat.*) Plane & dilucide: veteres tamen libri aliter, & hic, & in aliis locis ubi nos ex ingenio, *Quæso*, pro, *Quasi*, reposuimus. ut in Oratore, *Quem, quæso, nostrum fefellit ita vos esse facturos?* & in Bruto: *Quid, quæso, nos aliud fugimus?* & in ep. ad Hirtium, apud Nonium: *Dices, quid, quæso, istuc intererat? nescio: nisi tamen erat mihi jucundum.* Hic quidem, & in antiquo libro, & in omnibus ante nostram correctionem impressis ita legitur ac distinguitur: *Dices, quid? quasi istuc erat magnum.* quod ita sententiam perturbat, ac dissolvit, ut probari non possit. de nostra conjectura docti homines judicent, quam ab antiquis libris dissentire, ingenue fatemur: nec tamen eo minus arridet: quippe cum in oratione pro Roscio Am. scriptum videmus: *Quid, quæso, ejus intererat?* quæ sunt eadem verba in epist. ad Hirtium, de qua mentionem fecimus. *P. Manut.*

11. *De mensa misit.*) Hoc Græce dixit Xenophon libro octavo Cyropæd. Τούτοις ἔπεμπεν ἀπὸ τραπέζης Et mox: οἷς ἂν ὁρῷσι πεμπόμενα ἀπὸ τῆς βασιλείας τραπέζης. Erat autem moris absentibus amicis de mensa partes mittere. Svetonius in Calligula; *Qua epulatione equiti Romano contra se hilarius avidiusque vescenti partes suas misit.* Capitolinus in Pertinace. *Amicis si quando de prandio suo mittere voluit, misit offulas binas.* Spartianus in Caracalla: *Post hoc fratrem patruelem Afrum, cui pridie de cœna miserat, jussit occidi.* Popma.

12. Ex

EPISTOLA II.

P. LXIX.

CICERO ATTICO S.

AD. [h] VI. [i] id. Maj. cum has dabam litteras, [12] ex Pompejano proficiſcebar, ut eo die manerem in Trebulano apud Pontium. deinde cogitabam ſine ulla mora juſta itinera facere. In Cumano, cum eſſem, venit ad me; quod mihi pergratum fuit, noſter Hortenſius: cui, depoſcenti mea mandata, cetera univerſe [k] mandavi; illud [l] proprie, ne pateretur, quantum eſſet in ipſo, [13] prorogari nobis provincias. in quo eum tu velim confirmes, gratumque mihi feciſſe dicas, quod & venerit ad me, & hoc mihi, prætereaque ſi quid opus eſſet, promiſerit. confirmavi ad eam cauſam etiam Furnium noſtrum; quem ad annum tribunum plebis videbam fore. Habuimus in Cumano quaſi puſillam Romam: tanta erat in his locis multitudo; cum interim [14] Rufio noſter, quod ſe a Veſtorio obſervari videbat,

h *alii* v.
i *alii* idII *male*.
k mandaſti *MS.*
l probe *alii.*

12. *Ex Pompejano proficiſcebar.*) Pompeji oppidum fuit in extremo orientali receſſu Campaniæ, ad flumen Sarnum, eodem incendio Veſuvii montis, quo Plinius Secundus, una cum Heraclea, ſive Herculaneo, ſublatum. Abfuit ab Neapoli paſſuum millia xx. plus minus: & ab eo Trebula fere totidem, & ipſum Campaniæ oppidum, ſed citra Vulturnum: de hoc Livius lib. XXXIII. his verbis: *Et circa Capuam tranſgreſſo Vulturnum Fabio, poſt expiata tandem prodigia, ambo Conſules rem gerebant. Combulteriam & Trebulam, & Auſticulam urbes; quæ ad Pœnos defecerant, vi cepit.* Hinc Trebulani Balinienſes cognomento, a Plinio primæ regioni adſcripti, urbeque donati, ut initio lib. x. Livius tradit: ut intelligamus ab his Trebulanis differre, qui ſunt agri Sabini, Mutuelcei cognominati in quarta regione ab eodem deſcripti. De quibus Maro Æn. lib. VII. *Malaſp.*

13. *Prorogari nobis provincias.*) Rectius videtur in antiquo, *provinciam.* Urſinus. *Nobis provincias.*) Nobis, qui provincias adminiſtramus. γενικῶς de provinciarum rectoribus dixit: nam ipſe unam habuit provinciam Ciliciam, aut, *Provincias*, quia ſimul habuit Cyprum, & diœceſes tres Aſiaticas, Pamphyljam, Licaoniam, Iſauriam, tutelam regis Cappadociæ. *P. Manut.*

14. *Rufio noſter.*) Hic eſt C. Sempronius Rufus, de quo in ep. Fam. ep. 8. lib. VIII. quem hic per jocum appellat Rufionem. quoniam autem cum Veſtorio neſcio quid ei erat controverſiæ, arbitrum ſtatuerant Ciceronem, ut cognoſceret. deinde, cum Sempronius ſe a Veſtorio videret obſervari; (obſervabat autem

bat, stratagemate hominem percussit. nam ad me non accessit. itane? cum Hortensius veniret, & infirmus, [15] & tam longe, & Hortensius, cum maxima præterea [m] multitudo, ille non venit? non, inquam. non vidisti igitur hominem, inquies? qui potui non videre, cum per emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum, agentem aliquid, credo, salutavi: [n] postea jam jussi valere, [16] cum me expense e sua villa, numquid vellem, rogasset. hunc hominem parum gratum quisquam putet? aut non in eo ipso laudandum, quod audiri non laborarit? Sed redeo ad illud. Noli putare mihi aliam consolationem esse hujus ingentis molestiæ, nisi

m multitudine *alii.*
n post etiam jussi *alii.*

Vestorius, ut, si Ciceronem Sempronius adiisset, statim & ipse accurreret, transigendæque conrroversiæ arbitrum moneret: quod Rufio nolebat, ur qui se non bonam habere caussam intelligeret) hominem stratagemate fefellit: nam ad Ciceronem non accessir. hunc Cicero gratissimum sibi fecisse dicit, quod de controversia audiri noluerit, id est, quod ad se arbitrum non accesserit, ut de controversia, quam habebat cum Vestorio, transigerer. in quo quasi gratiam referre Ciceroni pro accepto beneficio visus est, quod eum audiendi molestia liberaverit. Hic Rufio per jocum a Cicerone vocatur Vestorianus ep. 14. lib. XIV. ob insignem & diuturnam cum Vestorio controversiam. *P. Manut.*

15. *Et tam longe, & Hortensius.*) Sic legendum est, vel libris omnibus vulg. invitis. aberat enim copula a libris vulgatis inter, *longe, & Hortensius* Lambin. Faernus delebat nomen *Hortensius*, quod est secundo loco positum. *Ursinus.* Recte legunt qui ita legunt, *& tam longe*, & *Hortensius*: quibus adstipulatur Decurtatus noster. *Bosius. Et Hortensius*, nimirum vir tantus. *Grav.*

16. *Cum me expense e sua villa.*) Nos, *Cum me spectans e sua villa*, castigavimus. Putamus autem hunc errorem sic ortum esse, ut librarius una syllaba relicta, *Expens* pro *Exspectans* scripsisset. Quam sæpe autem *spectare* & *exspectare* inter se confundantur, dici vix posset. restes nobis erunt, qui in priscorum exemplariorum lectione versari sunt. Qui postea error (ut fit) ita auctus est, ut ineprissimus tandem sensus ex tam contaminatis verbis eliceretur. *Victorius. Cum me expense e sua villa.*) Ita Decurt. addita tamen, *e*, præpositione alterius manu; quam lectionem veram germanamque asserit Junius: Bosius non videns, quid significet, *expense*, dubius conjicit, *ex Pansa sui villa*. Ceterum quod vulgo legitur, *e Pansa villa*, ira se correxisse ait Manut. ex Cavalc. libro, in quo erat *E pense villa.* idem Manutius, ut & Muretus etiam conjecerunt, *exiens e sua villa*, quod Lambinus unum librum integris litreris habere scribit. o nimis obsequentem librum! Victorius quoque, improbante Lambino, ex conjectura reposuit, *cum me exspectans e sua villa.* Turnebus lib. XXIIX. cap. 27. conjicit, *exspes e sua villa.* Cleric.

17. *Si*

nisi quod spero non longiorem annua fore. hoc me ita velle multi non credunt, ex consuetudine aliorum. tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cum id agi debebit. Cum ex Epiro redieris, de republica scribas ad me velim, [17] si quid erit, quod opperiare. nondum enim satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret [18] de auctoritate perscripta: eratque rumor de Transpadanis, [19] eos jussos IIII. viros creare. quod si ita est, magnos motus timeo. sed aliquid ex Pompejo sciam. F. B.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

AD. VI. id. Maj. veni in Trebulanum ad Pontium. ibi mihi tuæ litteræ binæ redditæ sunt tertio abs te die: eodem autem, [20] ex Pansæ Pompejano Philotimo de-

17. *Si quid erit, quod opperiare.* *Odorere* est in uno MS. pro *opperiare*. Ursin.

18. *De auctoritate perscripta.*) Senatus auctoritas quid sit, aperiendum est. Cum aliquid senatorum major pars decreverat, S. C. scribebatur, nisi tribunus pl. aliquis intercederet. intercedente, S.C. non erat, sed scribebatur tamen, quod senatus eo die statuisset; eaque *Perscripta auctoritas* dicebatur. Ergo, cum senatus decrevisset, M. Marcello consule referente, ut Cæsari Gallias obtinente ante tempus succederetur, itemque ne absentis ratio comitiis consularibus haberetur, intercesserunt tribuni pl. itaque S.C. non est factum, sed auctoritas perscripra. Hac de re legendus Dio lib. XLI. & quæ in Commentario in familiares Ciceronis epistolas diximus. *P. Manut.*

19. *Eos jussos* IV. *Viros creare.*) Ex veteribus libris scripsimus: *Eos jussos* IV. *viros creare*, IV. viri autem magistratus erat in municipiis; quem alibi etiam iisdem notis scriptum offendimus, ut in epistola illius titulo, qua commendat municipibus suis C. Valgium Hippianum. sic enim, ut nos quoque scripsimus, habent optimi illi, quibus usi sumus, codices: *M. Cicero* IV. *viris & decurionibus Salutem dicit*. Cælius hanc rem tangit (nisi fallor) illis verbis: *Rumores de comitiis Transpadanorum*. Victorius.

20. *Ex Pansæ Pompejano.*) Ita quidam fecerunt, *ex Pansa Pompejano*, ex scriptura mss. quorundam qui habent, *expensæ Pompejanæ*, quam scripturam tamen ut probam ex uno ms. Palat. arripit Junius; vulgo abest vocabulum illud, *Pansa*. Lambinus ait quosdam libros plane habere, *exiens e Pomp.* quos sequitur. *Cleric.*

21. Præ-

o quid *alii*.

dederam ad te litteras. nec vero nunc erat sane, o quod scriberem. Qui de republica rumores, scribe quæso. in oppidis enim summum video timorem; sed multa inania quid de iis cogites, & quando, scire velim. Ad quas litteras tibi rescribi velis, nescio. nullas enim adhuc acceperam, [21] præter quæ mihi binæ semel in Trebulano redditæ sunt: quarum alteræ edictum P. Licinii habebant, (erant autem non. Maj. datæ) alteræ rescriptæ ad meas Minturnenses. quam vereor, ne quid fuerit σπουδαιότερον in iis, quas non accepi, quibus rescribi vis. Apud [22] Lentulum ponam te in gratiam. Dionysius nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi dat p egregiam. Jam deest, quod scribam; & lucet. q Beneventi cogitabam hodie. nostra continentia & [23] di-

p e Græcia *MS.* q Beneventum *Bosius*.

21. *Præter quæ mihi binæ semel.*) Verbum *semel* deletum est in libro emendato a doctissimo viro. Quid si pro *semel* legatur *simul*? in fine epistolæ in manuscripto est *ex. L. Pontii*, pro *a Pontio*. Ursinus. *Præter* concise veteres dixerunt pro *præterquam*, ut plurimis testimoniis optimorum autorum ostendi libro primo. De usu antiquæ locutionis, inter alia hoc Ciceronis. *Popma*.

22. *Lentulum ponam tecum in gratiam.*) Noster antiquior codex: *Ponam te*, non *tecum*. quare arbitrati sumus præpositionem deesse: scripsimusque, *Apud Lentulum, &c.* sic enim multis locis loqui Ciceronem animadvertimus, ut lib. VI. *Lepta tua epistola gaudio exultat: etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit.* eodem libro: *At te apud eum magna in gratia posui; eique legi litteras, non tuas, sed librarii tui.* Denique hoc etiam libro non multo post: *Apud Patronem & reliquos barones te in maxima gratia posui.* Quibus locis diligenter animadversis videbimus, longe aliud esse ponere quempiam in gratia apud aliquem: ab illo, ponere aliquos inter se in gratia; sic in bonis autoribus loqui moris est. sic enim *apud Lentulum ponam te in gratia significat*, commodum illud quod in Lentulum conferre debeo, faciam ut a te profectum esse credat, seque ob id tibi valde obligatum putet. nisi enim tua gratia intercessisset, a me se id non impetraturum fuisse. Quod si ut antea legebatur scriptum sit, significaret, ut existimo, vos inter vos reconciliabo. Quod quam verum sit & eruditum, videant studiosi. *Victorius*. *Apud* in nullo codice legitur: sed quoniam Cicero sic solet loqui plurimis aliis in locis, id ex ingenio restituit Victorius. Sed codex Balliolensis: *Lentuli ponam te in gratiam*. Cic. pro Pomp. *Nec Pompeji gratiam mihi per hanc caussam conciliari puto*. Vereor tamen ut id sit a correctore, qui *Lentulum*, quod vetustissimi quique codices præ se ferunt, refinxerit in *Lentuli*. Sane subscribo Victorio. de vi vero hujus locutionis vide quæ post Victorium Gronovius ad Livii XLIV. cap. 14. notavit. *Grævius*.

23. *Di-*

23 diligentia esse satisfaciemus. satis. A Pontio, ex Trebulano a. d. v. id. Maj.

EPISTOLA IV. P. LXX.

CICERO ATTICO S.

BENEVENTUM veni a. d. v. id. Maj. ibi accepi eas litteras, quas tu superioribus litteris significaveras te dedisse: ad quas ego [1] ipse eo die dederam ex Trebulano [f] L. Pontio. ac binas quidem tuas Beneventi accepi. quarum alteras 24 Funisulanus multo mane mihi dedit, alteras scriba Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo

[1] ipso alii.
[f] alii a Pontio.

23. *Diligentia esse satis.*) Suspicor imperitos librarios Græcam vocem Latinis characteribus perscripsisse & deformasse. itaque legerim: *Diligentia ἐξετάσεις faciemus satis*, id est, in administratione provinciæ faciemus satis illis qui nos observant, vel in nos inquirunt. Ἐξετάσης inquisitor, indagator, censor. *Faciemus satis*, per metathesim usitatam veteribus, ut epistola vigesima quinta, libro septimo. *Venit idem usu mihi*. Plaut. Mercatore: *In somnis egi satis*. Ulpianus Titulo De ripa munien. *Dabitur autem satis vicinis*. Popma. Qui viris eruditis, imprimis Bosio, homini tam docto & ingenioso, tam ridicula potuerint in mentem venire, comminisci equidem non possum. P. Victorii etiam editio hunc locum mirifice scribit & distinguit: *Jam deest quid scribam. Et lucet. Beneventi cogitabam hoc de nostra continentia & diligentia esse satis. Faciemus satis a Pontio*. Sed lectio hæc cum propter alias caussas ferri non potest, tum quod sequens epistola Beneventi scripta est, vesperi quo illo die pervenerat, hæc vero in Trebulano mane. Balliolensis. *Jam deest quid scribam & lucet. Beneventi cogitabam, hoc est, de nostra continentia & diligentia esse satis faciemus. satis. Indulgentia* nescio unde irrepserit in Bosii & Gruteri editiones. sane libri omnes, & ipse Bosius in notis: *diligentia* scribit. Mihi sic Cicero videtur scripsisse: *Jam deest quid scribam & lucet. Beneventum cogitabam hoc die. Nostra continentia & diligentia satisfaciemus cunctis*. In provincia tam continentes erimus, & ut esse tales possimus, tam frugales, ut nemo quicquam a nobis jure possit desiderare. *Diligentia* est frugalitas. Cic. IV. in Herenn. *Non est ista diligentia, sed avaritia, ideo quod diligentia est accurata conservatio suorum, avaritia injuriosa appetitio alienorum*. Vide & v. ad Fam. ep. 20. & quæ ibi notantur. *Gravius*.

24. *Funisulanus.*) *Fesulanus* vulg. *Cleric.* Idem nomen, quod sic totidem literis inveniebam in Taciti MS. Mediceo lib. XV. annal. 7. a quo non multum discedit *Fidiculanius Falcula*, cujus meminit in oratione pro Cæcina & Asconius, tum Scholiastes a nobis nunc primum editus in Actionem primam in Verrem. Quod quum ita perspicue habeant libri veteres, possumus tolerare & hic & lib. x. ep.

illo meo primo & maximo [t] mandato. sed tua profectio spem meam debilitat. [25] ac me ille: illuc quidem labar, non quo; sed inopia cogimur eo contenti esse. De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum, [26] vereor adduci [27] ut nostra possit; & ut vis, δυσδιάγνωστον.

[t] *alii* mandatu.

ep. 15. alioquin vide an non ita factum fuerit pro *Funisularius*. Gronovius.

25. *Ac ne illud quidem.*) *Marcelli illud quidem labat* legebat Pantagathus, nescio quid secutus. *Ursin.* Libri veteres habent *Ac ne ille illud*. Unde parva mutatione fecerim *Ac ne ille illud*, ut sensus sit, Ne Tulliæ quidem excidit consilium de illo matrimonio, non quo procum hunc tantopere probemus, sed quia non adest hoc tempore alterius copia, cui satis commode collocari possit, cogimur eo genero contenti esse. *Labare*, pro excidere, tralate, ut libro octavo, *Scito labare meum consilium illud* Popma. P. Victorii editio & codex Balliolensis non agnoscunt *quidem labat*, in quibus sic scribitur: *Ac me ille illud, non quo*, puto excidisse hic unam alteramve vocem, quas descriptores postea ex ingenio supplerunt. *Grævius*. V. Turneb. Adv. XXVIII, 27.

26. *Vereor adduci ut nostra possit; & vis, δυσδιάγνωστον esset quidem summe facilis.*) Hæc est Decurtati lectio, cujus postrema pars corrupte legitur in Crusell. Huralt. & Tornæs. *esset quidem sum facilis*. Bessarionis liber, *Equidem sum facilis*, quod interpretari conatur Manutius. Vulg. *vereor, adduci ut nostra possit (& suis δυσδιάγνωστον πρόσνευσιν*. Lambinus totum hoc ita legit, *vereor adduci ut nostra possit ad πρόσνευσιν: & suis δυσδιάγνωστον ἐστι*. Turnebus d. loco, pro *& suis*, reponit, *& tu ais δυσδ. esse*. Cleric. *Ex suis.*) Legend. puto *& vis* hoc sensu; Vereor adduci Tullia possit ut illi alteri proco nubat, quem scribis tibi visum esse non alienum ab ejus nuptiis, & vis difficile cognitu esse an illud matrimonium probandum sit, eique assensus præbendus. *Popma*. P. Victorii editio, & codex Balliolensis: *Vereor adduci ut nostra possit, & δυσδιάγνωστον esse. Equidem sum facilis.* Sic & Helmstad. nisi quod pro *esse* scribat *esset*. quod & Bosius in suis invenit, & M. Brutus in sua habet editione. Sic igitur rescripsi hunc locum, secutus optimos codices: *Vereor adduci ut nostra possit, & suis δυσδιάγνωστον esset. Equidem sum facilis*. tuis δυσδιάγνωστον esset, scilicet num nostra possit adduci ad conditionem hanc accipiendam necne. Ego quidem facile illam admitto. *Grævius*. Retinui *nostra*, scilicet dote, ut intelligebat pater, & commodissime potest. Reliqua sunt valde concisa, quæ forsan ita proxime ad MSS. rediguntur, *vereor adduci ut nostra possit & suis. Δυσδιάγνωστον est. Equidem sum Facilis*, nempe in majore summa doti destinanda. *Gronov.*

27. *Ut nostris possit.*) Vereor, ut is adduci possit, ut nostris mulieribus, Tulliæ, & Terentiæ, in consuetudine obsequatur: etsi summe facilis sit. generum enim Cicero cupiebat, cujus comitate & obsequio mulieres lætarentur. quod infra scribit de Dolabella. ep. 6. lib. VI. *P. Manut.*

28. Et

γνῶσοι. esset quidem summe facilis : sed tu aberis, [28] & me absente [29] res. habebis mei rationem. nam posset aliquid, si utervis nostrum adesset, [30] agente Servilio, Servio fieri probabile. nunc, si v jam res placeat, agendi tamen viam non video. Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi a Tullio. De Marcello fecisti diligenter. igitur senatus consultum si erit factum, scribes ad me : sin minus, [31] rem tamen conficies. [32] mihi enim attribui oportebit, item Bibulo. sed non dubito, quin senatus consultum expeditum sit, in quo præsertim sit compendium populi. De Torquato, probe. De Masone & Ligure, cum venerint. [33] De illo, quod Chæ-

v tam *alii.*

28. *Et me absente &c.*) Pro *rationem*, est *mirationem* in antiquo libro, cujus scripturam Faernus ita corrigebat, *& me absente mei habebis rationem*. Ursinus. *Et me absente res.*) Omnes mei; habebant, *& me absente res*, ut excudendum curavi. me absente, inquit, ea res agetur. *Bosius*.

29. *Rei habebis rationem mea.*) Suspecta sententia est, eo magis quod in antiquis Bessarionis & Tertii libris video scriptum, *Res habebis mirationem nam*. Suspicionem autem de mendo facit, quod cum scribat Atticum absuturum, deinde subjungit, *Rei habebis rationem mea.* qui enim si absuturus est, Atticus rem Ciceronis poterit curare? *P. Manut.*

30. *Agente Servilio Servio.*) Ita veteres libros habere testatur Manutius; sed distinctionem interserit ut duo sint *Servilius*, & *Servius*; Lambinus reponit, *Servio Servilii filio*: a vulg. abest illud *Servio*. Cleric.

31. *Rem tamen conficies.*) Ages tamen de supplemento. nam certe, ut de ceteris senatus non probet, mihi tamen, & Bibulo qui proconsul in Syriam ibit, attribui oportebit. *Attribui*, autem explano, pecuniam : cum sequatur, *Compendium populi*. P. Manut.

32. *Mihi enim attribui.*) Etsi Senatus non omnibus provinciarum rectoribus supplementum decernit, mihi tamen & Bibulo proconsuli Syriæ attribui oportebit, cum præsidio firmiore opus sit ob metum Parthici belli, & pertineat ad ærarium & reditus populi firmo præsidio teneri istas provincias, e quibus vectigalia maxima percipiuntur. Epistola prima ad Senatum. epist. tertia. libro primo ad Appium : *Attribui stipendium* dixit, ut *Attribui milites* Varro libro tertio De vita populi Roman. *Popma.* Imo proprie dicitur *pecunia attribui*. Varro IV de L.L. *Attributa pecunia dicebatur, quæ assignata erat : unde tribuni ærarii dicti, quibus attributa erat pecunia, ut militibus redderetur. Nam id quod attributum erat, æs militare dicebatur*. Vide & Ascon. in Verrinam Ciceronis de Prætura Urbana. *Gravius*.

33. *De illo quod Charrippus.*) Videtur innuere quædam de se vulgata fuisse a Cherippo, quæ ipse reticeri cuperet. De illo, inquit, negotio, de quo palam questus est Chærippus adversus me.

Chærippus: (quoniam hic quoque 34 *πρόσνευσιν* sustulisti) o provincia! etiamne hic mihi curandus est? curandus autem? hactenus, ne quid ad senatum, 35. consule, aut nu-

me. *Bosius* Locus obscurus, quem ita explano: De illo quod Chærippus ad te detulit, quoniam in hoc antea in Tulliæ matrimonio assensionem sustulisti, neque scripsisti, quid mihi agendum putes quidve probes. O provincia quas mihi molestias das? etiamne hic mihi curandus & placandus est? Chærippus homo Ciliciensis, ut videtur, Romam ad Ciceronem questum venerat de injuria præfectorum, negotiatorum, aut civium Romanorum in provincia. sic enim solebant provinciales ad novum magistratum querelas & crimina deferre, ut ex his libris & ex Epistolis ad Appium constat. Alii putant Chærippum de ipso Cicerone questum fuisse, quod mihi non fit verisimile. quid enim quereretur de illo qui nondum in provinciam venerat, neque negotii quidquam in ea gesserat? *Popma.*

34. *Πρόσνευσιν sustulisti.*) Atticus antea *πρόσνευσιν*, id est, assensionem sustulerat, cum scripserat *δυσδιάγνωστον* esse, velletne is Tulliam uxorem ducere, qui non alienus videbatur. hic vero iterum assensionem submoverat, cum dubitarat quid in Chærippi negotio fieri oporteret. *Bosius.*

35. *Consule, aut numera. Nam de ceteris.*) Sic diserte MSS. duo, evidente sententia, ne in jus, inquit, trahamur apud quemquam magistratum. *Junius. Consulem aut Prætorem.*) Nam si detulisset ad Consulem aut Prætorem illi ad Senatum retulissent; Senatus Ciceroni Proconsuli mandasset ut cognosceret & animadverteret; quod ipse nolebat, ne homines amicos aut notos offenderet. *Popma.* In hoc *Consule vel numera* ad consuetudinem eorum, qui in Senatu aliqua de re volebant referri, est adlusum. Consuli enim aut ei, qui Senatum habebat, dicebant: *Consule vel numera*, quod est refer ad Senatum, aut ostende non esse frequentem Senatum, neque satis multos Senatores ad Senatusconsultum faciendum. Festus Pompejus: *Numera Senatum, ait quivis Senator Consuli, cum impedimento vult esse quo minus faciat Senatusconsultum: postulatque ut aut res, quæ adferuntur, dividantur: aut simul consulantur, aut si tot non sunt Senatores, quo numero liceat præscribi SC. expectentur.* Hactenus igitur a me curabitur Chærippus, ut nunquam te de eo consulam, facerene quod postulat debeam: nam de ceteris mihi consilium dare soles, & dabis: in his igitur quæ nullam habebunt dubitationem, poterit a me curari, si quid dubium mihi videbitur, ut de meo quis officio vel facto queri possit, si ei obtemperem aliquid petenti, pernegabo, nec quenquam consulam: de ceteris ad consiliarios nostros nostrumque Senatum referemus. *Turneb.* Advers. XXVIII, c. 27. *Consulem aut prætorem.* Ball. & Helmst. non agnoscunt, & merito meliores respuunt editiones. Explicatio autem Turnebi mihi non probatur. Quin ex Festi loco conjicio hunc esse sensum istius *περικοπῆς*. Etiamne mihi Chærippus curandus est? hactenus certe mihi curandus est, ne quid, cum de supplementis referetur, propter illum

mihi

numera. nam x de ceteris. Sed tamen commode, quod x DC.ceperis Manut.
y cum Scrofa. De z Pomtinio recte scribis. est enim P. B.
ita; ut si ante Kalend. Jun. Brundisii futurus sit, minus y eum MS.
urgendi fuerint M. Annius, & Tullius. Quæ de Sici- z Pompejo MS.
nio audisti, a ea mihi probantur: modo ne illa exceptio a en MS.
in aliquem incurrat bene de nobis meritum. sed consi-
derabimus. rem enim probo. De nostro itinere, quod
statuero; de quinque præfectis, quid Pompejus factu-
rus sit, cum ex ipso cognoro, faciam ut scias. De b alia quid.
Oppio bene curasti, b quod ei DCCC. exposuisti: idque,
quoniam Philotimum habes, perfice, & cognosce ra-
tionem: 36 &, ut agam amplius, si me amas, prius
quam

mihi morarum objiciatur in Senatu, ita ut sint, qui clament *con-sule, aut numera*, quod faciebant, ut Festus ostendit; qui impe-diebant ne Senatusc. fieret de re, de qua relatum erat, *Gra-vius.*

36. *Et ut agas amplius.*) *Amplius*, quidam vehementius expo-nentes, hac lectione jacent: in qua ego ut acquiescam, animum inducere nunquam potui. Cupio hunc locum diligentius animad-verti. *Vehementer agere: Graviter agere*, invenio: namque ad hunc ipsum Cicero; *Cum Egnatio* (inquit) *de re tua vehementer egi: is graviter se acturum cum Aquillio confirmavit: Agere amplius*, non invenio. Et sane *Amplius*, aut *Posthac*, *Ultra*, *Jam*, præterea si-gnificat: quo in genere negatio fere adhibetur, vel percontatio; aut, cum ei *Quam* vel Casus latinus redditur, gradum compara-tionis: hoc est, *Plus*, *Magis*. Exempla sunt in promptu: illi-us: *Quid quaris amplius? Non luctabor amplius*: Hujus, *Natura am-plius homini attribuit, quam belluis*. Et vero, cum dico: *Non con-tendam amplius*: non illud significo, Non contendam vehemen-tius: sed, a contentione cessabo. quo sensu, si illa etiam, ut ne-cesse est, accipiantur; *Non agam amplius*, contrarium ejus, quod est, *Agam amplius*, agam adhuc, valebit non vehementius. Quod si quis, Plus aut Magis interpretetur, præterquam quod *Plus age-re*, Proficere significat: quo modo dicimus, Nihil plus agas, Græ-cis οὐδὲν πλέον ποιήσεις ἄν, etiam locutio erit singularis. Po-stremo, qui potuit vehementius agere, quam cum dixit, *Perfice?* Nam *Perficere*, est absolvere: quo desiderari amplius nihil potest. Quare non immerito videri possumus de loci integritate dubitare. Et sperabamus visum iri, vim nec sententiæ nec verbis allaturos si ita emendaremus. *Et ne*, vel, *Et ut ne angar amplius*. Quæ sequuntur, plausibilem etiam faciunt conjecturam nostram, *Magna me cura levaris*: cui quid obstet aliud non video, nisi con-spiratio quædam (ut ita dicam) librorum, in vulgata lectione consentientium. quam tamen si cogitabimus, cum alibi, tum in his libris vel doctorum hominum quasi consensu, non raro fuisse neglectam: ea pondus contra rationem habere non sane magnum debebit. *Malasp.*

37. *Pane*

quam proficiscaris, effice. magna me cura levaris. Habes ad omnia. etsi [37] pæne præterii chartam tibi deesse: [c] mea cautio est; siquidem ejus inopia minus multa ad me scribis. tu vero [38] aufer [d] ducentos. etsi meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat, dum acta & rumores vellet. jam, si qua certa habes de Cæsare, exspecto litteras: & alias Pomtinio de omnibus rebus [e] diligentes dabis.

c *alii* mera captio. d ducenties *Lamb.* e diligenter *Brut.*

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

PLANE [f] deest quod scribam. nam nec, quid mandem, habeo: nihil enim prætermissum est: nec quid narrem: novi [g] enim nihil: nec jocandi locus est: ita me multa sollicitant. tantum tamen scito, idibus Maj. nos Venusia mane proficiscentes has dedisse. eo autem die credo aliquid actum in senatu. sequantur igitur nos tuæ litteræ, quibus non modo res omnes sed etiam rumores cognoscamus. eas accipiemus Brundisii. ibi enim Pomtinium ad eam diem, quam tu scripsisti, exspectare consilium est. Nos Tarenti, quos cum Pompejo διαλόγους de republica habuerimus, ad te perscribemus, etsi id ipsum scire cupio, quod ad tempus recte ad te scribere [h] possim, id est, quam diu Romæ futurus sis; ut aut [i] quo dem posthac litteras, sciam, aut ne dem frustra. Sed ante quam proficiscare, utique explicatum sit illud H-S. xx. & DCCC. hoc velim in maximis rebus & maxime necessariis habeas; ut, quod auctore te velle cœpi, adjutore assequar.

f *alii* nil est. g mihi en. *MS.* P.LXXI. h possem *alii.* i *alii* cui *aut* quod.

EPI-

37. *Pæne præterii.*) Pæne ad eam partem non rescripsi, in qua chartam scribis tibi deesse. P. *Manut.*

38. *Aufer ducentos.*) Manut. nummos ad emendam chartam: forte intelligendum: scapos chartæ de illis, quos mihi scis præparatos. Plin. XIII. 12. *Nunquam plures scapo quam vicena.* Post *ducentos* comma, & ab *etsi* ad *significat* in parenthesi: pro *velles* scribe *velis parsimoniam*, me quoque chartæ non esse prodigum, hujus epistolæ brevitas demonstrat. *J. F. Gronov.*

39. Qui-

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

TARENTUM veni a.d. xv. Kalend. Jun. Quod Pomtinium ſtatueram exſpectare, commodiſſimum duxi, dies eos, k quoad ille veniret, cum Pompejo conſumere: eoque magis, quod ei gratum eſſe id videbam; l qui etiam a me petierit, ut ſecum, & apud ſe eſſem quotidie: quod conceſſi libenter. multos enim ejus præclaros de republica ſermones accipiam: inſtruar etiam conſiliis idoneis ad hoc noſtrum negotium. Sed ad te brevior jam in ſcribendo incipio fieri, dubitans Romæne ſis, an jam profectus. quod tamen quoad ignorabo, ſcribam aliquid potius, quam committam, ut, tibi cum poſſint reddi a me litteræ, non reddantur. nec tamen jam habeo, quid aut mandem tibi, aut narrem. mandavi omnia, quæ quidem tu, ut polliceris, exhauries: narrabo, cum aliquid habebo novi. illud tamen non deſinam, dum adeſſe m te putabo, de Cæſaris nomine rogare, ut confectum relinquas. avide exſpecto tuas litteras, & maxime, ut norim tempus profectionis tuæ.

k quos ad me ille *alii.*
l quia *MSS.*
m te *non eſt in MS.*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

QUOTIDIE, vel potius dies ſingulos, breviores litteras ad te mitto. quotidie enim magis n ſuſpicor te in Epirum jam profectum. ſed tamen, ut mandatum ſcias me curaſſe; o quot ante, ait ſe Pompejus [39] quinos præfectos delaturum, [40] novos; vacationes, ju-

P. B.
n ac magis *alii addunt.*
o quod *alii.*

39. *Quinos præfectos delaturum novos.*) Quam invenimus in noſtro antiquiore libro ſcripturam, hic reſtituimus, eandem ferme cum illa, quam etiam Germani ex vetuſto codice (ut ferunt) acceptam in margine adnotarunt. Videbunt eruditi, an hic locus mutilus decurtatuſque ſit. *Quinos autem præfectos* prorſus legendum credimus non dirempta dictione *Qui nos*: nam antea inquit, *De quinque præfectis quid Pompejus facturus ſit.* Victor. *Delaturum*) In beneficiis ad ærarium. ep. 21. lib. v. Fam. & orat. pro Archia: vel potius mihi, ut ego præfectos faciam. ep. 21. h. l. *Novos* autem hoc eſt, novos cives, vel non prius delatos. *Corrad. Præfectos delaturum*

judiciariam causam. Ego cum triduum cum Pompejo, & apud Pompejum fuissem, proficiscebar Brundisium a. d.
p alii XII. alii XIV. P XIII. Kal. Junias. civem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. Tuas litteras q exspectabo, cum ut, quid agas, tum, ubi sis, sciam.
q exspecto alii.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

ME & incommoda valitudo, qua jam emerseram; utpote cum sine febri laborassem; & Pomtinii exspectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat; tenebat duodecimum jam diem Brundisii. sed cursum exspectabamus. tu si modo es Romæ, (vix enim puto) sin es, hoc vehementer animadvertas velim. r Roma acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam, 41 quod Philotimus socius esset in bonis
r ita Manut. alii Romæ.

laturum novos.) Cur, *novos?* quia vacationes, & judiciariam caussam iis petebat. Vacationes vocat excusationes a muneribus militaribus, & aliis, quæ præfecti obire consuerant: caussam judiciariam, munus judicandi inter Græcos. neutrum tamen Cicero concessit. nam præfectis omnibus vacationes denegavit, ut apparet ex ep. II. hujus libri, & Græcis non Romanos, sed peregrinos, hoc est, Græcos judices attribuit, ut scribit epistola prima libri sexti. *Bosius.*

40. *Novos, vacationes.*) Militiæ, ut quum de Rep. bene fuerint meriti, vacationes habeant, Philip. V. *Corrad. Vacationes, judiciariam caussam.*) Ut ob hanc caussam vacarent a præfecturis, si in judicium vocarent. id autem Atticus mandarat, quia, si locus a Pompejo relinqueretur, forte & ipse amicum aliquem deferre præfectum vellet. *P. Manut.* Scribendum crediderim: *Quos ante ait se Pompejus quinos præfectos delaturum, non vult vacationes, & judiciariam caussam.* Scilicet præfectis deferri. quot ante fuerant in provincia illa, nunc quoque ait se quinque præfectos delaturum, iis autem prohibet vacationes concedere, & committere judicia. quod Cicero secutus etiam est, ut Bosius ostendit. *Gravius.*

41. *Quod Philotimus socius esset in bonis suis.*) Volebat enim Milo suis necessariis, nam (ipse Massiliæ exsulabat) a Philotimo bona restitui, nec dubito, quin ea bona Philotimus ab hasta emerit, sed ea conditione, ut Milo recuperare aliquando posset, ipsi autem Philotimo, quantum Cicero æstimasset, pro fide & sedulitate daretur. apparet ex epistola M. Cœlii, in qua ita scriptum est: *Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis*

nis suis. id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia; quem, & amicissimum Miloni [s] perspexeram, & talem virum, qualem tu judicas, cognoram. ejus autem consilium meumque hoc [t] fuerat; primum, ut in potestate nostra esset res; ne illum malus emptor 42 alienus mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliaret: deinde, ut 43 Faustæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. erat etiam illud, ut ipsi nos, si quid servari [v] posset, quam facillime servaremus. nunc rem totam [x] perspicias velim. nobis enim scribuntur sæpe majora. sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult, Philotimus, ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat, ne sit invito Milone in bonis. nihil nobis fuerat tanti. sin hæc leviora sunt, tu judicabis. loquere cum Duronio. scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam: eoque magis, quod non confidebam Romæ te esse. summa erit hæc; statues, ut ex fide, fama reque mea videbitur.

s prospex. MS.
t fuerit MS.
v possit alii.
x prospic. MSS. & edd. quad. P. LXXII.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

ACTIUM venimus. a.d. XVI. Kal. Quint. cum quidem & Corcyræ, & Sybotis muneribus tuis, quæ & y Areus,

attinet; dedimus operam, ut Philotimus & quam honestissime Miloni absenti, ejusque necessariis satisfaceret; & secundum ejus fidem & sedulitatem æstimatio sua conservaretur. Qua in epistola, *Æstimatio*, accipio, id quod Cicero Philotimo dandum censuerat, pro bonis fideliter seduloque servatis. Dixit autem, *Philotimus socius*, quia partem Milonis bonorum Cicero quoque emerat. *P. Manut.*

42. *Alienis mancipiis.*) Nedum suis. alii, *alienus*, quod placet, id est, *non domesticus*, ut est Philotimus. *Corrad. Alienis mancipiis.*) Durior omnino dicendi ratio, ut equidem non mirer, Ubaldinum (ei enim attribuitur) *Et alienus*, legisse: & tamen in *Alienis*, veteres libri consentiunt. Affine illud videtur, quod VI. lib. de Græcis, quibus Cicero concesserat, ut inter se disceptarent suis legibus, tale est. *Græci vero exultant, quod peregrinis judicibus utuntur.* sic ibi, cum uterentur suis. sed peregrinis tamen, si ad Romanos, seque referat. ut hic *Alienis*, si ad Milonem. *Malasp.* Manuscriptus liber habet. *Ne illum malus emptor & alienus mancipiis, quæ permulta secum habet.* Ursinus.

43. *Faustæ, cui cautum.*) Milo in exsilium Massiliam abiens Faustæ uxori caverat de dote: quæ cautio ut rata esset Cicero & Philotimus

y Araus MS.

z ita Manut. alii concesserant.

y Areus, & meus amicus Eutychides opipare, & φιλοπροσηνέστατα nobis z congesserant, epulati essemus 44 Saliarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus: 45 & Leucatam flectere molestum videbatur. actuariis autem minutis

Pa-

lotimus bona ejus ab hasta empta occupaverat, animo restituendi. nam si alienus emptor accessisset, ille nihil Miloni voluisset relinquere. Fausta hæc est filia L. Sullæ Dictatoris, soror Fausti. *Pepma*.

44. *Hilarem in modum.)* Noster antiquior, *Essemus alia. Rem in modum*. Nos conjecimus importune dissectam esse dictionem hanc: simulque ultimam antecedentis vocis literam bis scribi debuisse, ut *Saliarem in modum* tandem conficiatur. Cœnæ autem, & epulæ saliares appellabantur, quæ sumptuosæ essent, & suavissimis cibis refertæ. Sex. Pompejus cum de Saliis ageret, inquit: *Quibus per omnes dies ubicunque manerent, quia ampla ponebantur cœna, si qua alia magna cœnæ sunt saliares appellantur*. Eadem ratione dixit Horatius *dapes saliares*, opimas, & abundantes. Nec me movet quod Plinius Junior, *hilare accepti sumus*, dixit: neque ob id vulgata lectio minus displicet. habet sane illa oratio non malum sensum. Quasi enim ex adverso respondet sermoni illi Terentiano, *Invitas tristis*. Verum hic potius indicare velle Cicero videtur copiam & suavitatem dapium, quam hilarem & lætum animum accipientis. nam si diligenter attenderis. intelliges potius illos ex muneribus ab Attici familiaribus missis ample & oppipare in illis locis, ubi tunc erant, epulatos esse, quam ab eisdem Attici domi splendide & hillari vultu acceptos. *Victorius*.

45. *Et Leucatam flectere.)* Plin. lib. IV. cap. I. & Poeta lib. III. Æn. *Corrad.* Manuscripti *Leucatam*. Et recte utrumque dici Maro docuit, cum, *Fervere Leucaten* dixit: &, *Leucatæ nimbosa cacumina montis*. Fuit Epiri promontorium ex Livio; cui applicata urbs Leucas fuit ad fretum quoddam posita, passus circiter quingentos longum, latum haud amplius centum viginti. Hoc ut Strabo narrat, Corinthii eo habitatum profecti, manu fecerunt; cum ibidem Chersonesum in Isthmo effodissent: ne qui illac navigaturi essent, peninsulam obire cogerentur. Quin antea quoque ut tædium longæ navigationis effugerent, traducere naves solebant: de qua re Julius Hyginius, in Cinnæ propemptico, ut est apud Sosipatrum lib. primo, in dictione *Iteris*, in hunc modum: *Ab Actio navigantes stadia* XXXX. *veniunt in Isthmum Leucadiensium. Ibi solent iteris minuendi caussa, remulco, quam Græci πάκτωνα dicunt, navem traducere*. Et mox, in dictione Itiner. *Quærunt* (inquit) *etiam nonnulli, quam ob rem ejus cura jubent Actio navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis: Et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcyra rectum itiner ad Leucatam*. Hæc eo libentius attuli, quod ad hunc totum Ciceronis locum mire faciunt. Atque utinam mendis carerent. Nos

Quam

Patras accedere 46 sine his impedimentis, non satis visum est decorum. Ego, ut sæpe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, præcipio meis, faciam denique, ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus, velim, quiescat, & fortuna nos juvet: nostra præstabimus. Tu, quæso; quid agas, ubi quoque a tempore futurus sis, b quales res nostras Romæ reliqueris, maxime 47 de xx. & de DCCC. cura ut sciamus. id unis diligenter litteris datis, quæ ad me utique perferantur, consequere. Illud tamen (quoniam nunc c abes, cum id non agitur: aderis autem ad tempus, ut mihi d rescripsisti) memento curare per te, & e per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid novi decernatur. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, 48 ut pugnes, ne

a hoc temp. *alii* b qualis *alii.* c abest *MS.* d *alii* scripsisti. e per *non est in MS.* P. B.

Quam, pro *Quem* emendavimus, quod Græci ἐπάκτωρα, non remuleum vocant, sed navigii genus minutum, ex viminibus compactum, ut est apud Strabonem lib. XVII. cujusmodi etiam Plaustris traduci, nedum remulco possit: ut ordo hic sit: solent navem, quam ἐπάκτωρα Græci vocant, remulco traducere. Existimamus autem Isthmum illum ita angustum fuisse, ut navigia funibus ex uno in alterum sinum trahi remulco potuerint. Verum ut ad nostra redeamus. molestum Ciceroni videbatur. Leucatam flectere: credo, quod Athenas petenti iter esset & devium (flectendum enim erat ad Austrum) & prolixum. Ennius etiam in x. *Leucaten campsant* dixit, pro flectunt. *Malasp.*

46. *Sine his impedimentis.*) Vox *his* abest a libro MS. *Ursin.* Est Bessarionis mſ. scriptura, melior Manutii judicio, quam illa quam habent quidam, & inter eos mss. Palat. *iis impedimentis.* Cleric.

47. *De XX.*) Vulgati libri. *de* CXX. Bosius notam C. expunxit admonitus tum a vetustiore suo, tum ab ipso Cicerone ep. 5. hujus libri. *Idem.*

48. *Ut pugnes ne intercaletur.*) Quod anno dies minimum XXII. adduntur: idque fiebat a Pontificibus quandoque, ut scribit Censorin. quo quis diutius magistratu fungeretur. ep. 13. h. l. diversa fuit Curionis ratio. ep. 6. lib. VIII. Fam. ut ibi, & in Quæstura diximus. *Corrad.* Si proximus annus intercalarius fuit, ut in argumento Milonianæ Asconius significare videtur; quid est, cur tantopere laboret Cicero, ne intercaletur? An quia intercalatum non fuerit suo anno? An potius quia intercalandi cura ita Pontificibus permissa esset, ut ii, cum libitum esset, intercalarent, sæpeque per ambitionem aut odium, quo quis vel citius magistratu exiret, vel diutius fungeretur: aut omnino ommitterent, cum esset intercalandum: aut cum non esset, intercalarent, pluresve aut pauciores dies intercalarent; id Macrobius significat: & Tran-

ne intercaletur. sed non audeo tibi omnia onera imponere. annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus & suavissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis, quod te amat, nec tui mentionem intermitti sinit.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

f alii xv.

UT Athenas a d. [f] VII. kal. Quint. veneram, exspectabam ibi jam quartum diem Pomtinium: neque de ejus adventu certi quicquam habebam: eram autem totus, crede mihi, tecum: & quanquam sine his per me ipse, tamen acrius, 49 vestigiis tuis monitus, de te cogitabam. quid quæris? non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de me [g] ipso scire fortasse mavis; hæc sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut privatim, nec in quemquam comitum. nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite. persuasum est omnibus meis, serviendum esse famæ meæ. belle adhuc. hoc animadversum, Græcorum laude, & multo sermone celebratur. quod superest, elaboratur in hoc a me, sicut tibi sensi placere. sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata. Reliqua sunt ejusmodi, ut meum consilium sæpe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. o rem minime aptam meis moribus! 50 o illum verum,

g ipso deles Grav.

ἔρδοι

Tranquillus affirmat, in Cæsare scribens: *Fastos correxit, jampridem vitio pontificum, per intercalandi licentiam, adeo turbatos, ut neque mensium feriæ æstate, neque vindemiarum autumno competerent: annumque ad cursum Solis accomodavit*. Verumtamen hoc anno intercalatum non est; tametsi Curio ut intercalaretur pugnarit. Ita enim Cœlius ad Ciceronem ep. 6. *Quod tibi supra scripsi, Curionem frigere; jam calet. Nam ferventissime concerpitur. levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit*. Id etiam cognoscitur ex ratione mensium, quibus Cicero in provincia mansit. *Malasp.*

49. *Vestigiis tuis monitus.*) Qui te Athenis ita collocasti, ut sis pæne unus ex Atticis lib. v. de Finib. sit *Athenis tuis* ep. 6. lib. XVI. & *tui Athenienses*. ep. 13. lib. I. *homo Atticus* ep. 16. lib. I. *Græcus*. ep. 17. lib. I. *Corrad.*

50. *O illum*

ἔρδοι τίς; h dices, quid adhuc? nondum i in negotio versaris. nescio; k & puto molestiora restare: l etsi hæc ipsa fero equidem fronte, 51 ut puto, & volo, bellissime; sed angor intimis sensibus: ita multa vel iracunde, vel

h dicis MS.
i enim in *alii.*
k ut *MS.*
l sed si *MS.*

50. *O illum verum, ἔρδοι.)* Cum antea inane spatium relictum esset, nonnulli γραφεὺ inculcarunt, adeoque absurde & inepte interpretati sunt, ut nihil dici possit supra. Quos tamen omnes postea secuti sunt: in cunctisque nunc excusis libris ea dictio cum suâ illa falsa & inani declaratione invenitur. Noster antiquior liber sic habet CPΔOIΓIC. quod si ex prima litera E facias, id est, si semicirculum illum transversa linea feces (vides autem quam facile & nullo periculo facere possis) nihil amplius desiderabitur, locumque totum illustraveris. est enim Proverbial. senarius, ἔρδοι τις τὴν ἕκαστος εἴδει τέχνην, valde notus & celebris. Cicero ipse in prima Tusculana Latinum fecit; *Bene enim illo Græcorum proverbio præcipitur, Quam quisque novit artem in ea se exerceat.* Memini cum abhinc 10. annos domi meæ de castigatione hac Benedictum Lampridium, elegantissimum poetam, consulerem; librumque illi veterem, cujus auxilio hoc consecutus eram, ostenderem; nostrum illum de hac re judicium probasse, vehementerque emendatione hac delectatum esse, & magnopere mihi auctorem fuisse; ut annotationes has conficerem, studiosis omnibus eas admodum gratas fore confirmando, qui tot horum voluminum perversionibus offensi & territi, vix unquam ea in manus sumerent: Cujus consilium, cum esset magni apud me ponderis, semper mihi hæsit in pectore: sed variis postea casibus & occupationibus interruptum ac penitus relictum fuit, nec tandem precibus amicorum adductus, nunc post tantum temporis spatium ad id iterum animum appuleram. nec etiam idem cessavit, cum Florentiam se nuper privatorum negotiorum causa contulisset, me, ut id quamprimum facerem, cohortari. Cujus præcipue voluntatem auctoritatemque secutus, multo citius quam cogitarem (nactus vacuum tempus a philosophiæ studiis) in hoc incubui. Mirum autem nemini videri debet, si hujus judicium tanti facio. nullum enim inveni, qui mihi melius suadere posset, & vellet; quam ipsum. summa enim erga me benevolentia cum optimo ingenio in eo conjuncta est. Sed nihil opus est hic ejus mores, ingenium, doctrinam celebrare. nec enim qui aliis, quibus vult, famam gloriamque suis carminibus quotidie dat, indiget aliorum præconio in suis laudibus declarandis. dum enim illustrium fortiumque virorum res gestas laudesque ad astra tollit, magnum sibi ipse decus peperit, suumque nomen immortalitati commendavit. Sed hactenus. summus autem amor, quo illum prosequor, vel incredibilium potius virtutum admiratio, me longius quam volebam provexit. *Victorius.*

51. *Ut puto, & volo, bellissime.)* Lectio hæc est Decurtati, Bessar. & aliorum plurimorum mss. vulg. *ut puto, & vultu & fronte bellissimis:* Lambinus tamen malit, *bellissima.* Cleric.

Pag. LXXIII. vel insolenter, vel in omni genere stultitiæ insulse, arroganter & dicuntur & tacentur quotidie. quæ, non quo te celem, m non perscribo, 52 sed quia δυσεξίμητα sunt. itaque admirabere meam βαθύτητα, cum salvi redierimus: tanta mihi μελέτη hujus virtutis datur. ergo hæc quoque hactenus. etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum; quia, quid ageres, ubi terrarum esses., ne suspicabar quidem: nec hercule umquam tam diu ignarus rerum mearum fui; quid de Cæsaris, quid de Milonis nominibus actum sit: ac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus, in republica quid n ageretur. quare si quid erit, quod scias de iis rebus, quas putabis scire me velle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est præterea? nihil sane, nisi illud: valde me Athenæ delectarunt: 53 urbs duntaxat, & urbis ornamentum, & hominum

m non deest in MS.

n geretur MS. gereretur Grav.

52. *Sed quia δυσκηλητα sunt.*) Qui primis illis temporibus excusi sunt libri, vacuum hic spatium habebant. posteriores Græcam hanc dictionem restituerunt, difficilia mitigatu exponentes. Nos non negligenter vetustas literas Græcas consideravimus, rectiusque & fidelius arbitrati sumus ex illis vestigiis δυσέκκλητα scribi posse: ut significet, talia sunt, ut nequeant in judicium vocari. quædam enim res, etsi te offendant, non tamen tantum criminis habent, ut de ipsis judicium exerceri possit. Nos antiquam scripturam confirmare volentes, hanc excogitavimus sententiam (nisi fallimur) non ineptam: verum tamen quia volumus omnia facere, [illegible] maculæ tollantur: si forte nos non vere antiquam illam scripturam reddiderimus, cunctis hic eam studiosis proponemus: ut ipsi, etiam si nostram non probarint, ex illis meliorem lectionem conentur eruere. Sunt omnino (ut puto) aliquantulum Græca hæc elementa corrupta. ΔΥΣΣΕΚΙΛΛΗΤΑ igitur est antiqua lectio. *Victor.* Δυσευκοίμητα) Contraria somno, nam per noctem cura recursat. al. δυσσεκίλλητα, nos δυτεγκύκλητα, legi commode posse suspicamur, hoc est, difficilia ad demonstrandum, & quasi per notas significandum ἐγκύκλημα γὰρ λέγεται μηχάνημα ξύλινον τροχὰ ἔχον. ὅπερ περιστρεφόμενον, τὰ δοκοῦντα ἔνδον, ὡς ἐν οἰκίᾳ διαπράττεσθαι, καὶ τοῖς ἔξω ἐδείκνυε, λέγω δὴ τοῖς θεαταῖς. Aristoph. interpres in Acharn. *Corrad.* Δυσκήλητα.) Libri manuscripti aliquot habent, δυσεκίλλητα, unde ego libenter fecerim, δυσκήλητα, id est, difficilia ad mulcendum, seu δυσευκήλητα, vel δυσευίλατα, id est, difficilia ad placandum. Licet etiam legere, δυσευκοίμητα, seu δυσευκοίμιστα, id est. difficilia ad sopiendum. *Lambini* Antiquus liber habet, δυσέκκλητα, hoc est, de quibus non possumus libere loqui aut queri. *Ursin.*

53. *Turba duntaxat? & urbis ornamentum.*) Quædam sunt in his versiculis, quæ vel aliter in antiquis libris leguntur: vel ut frigida

&

minum amores in te, & in nos quædam benivolentia; sed multum & philosophia. 54 ἄνω κάτω 55 si quid est, est in Aristo, apud quem eram. nam Xenonem tuum, vel nostrum potius, Quinto concesseram: & tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus o invicem. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas; ut sciam,

o junct. Victor.

& jacentia suspecta sint. Primum placet *urbs*, ut est in plerisque meorum: notamque rogandi, post *Ornamentum* trajici: Secundo loco, ut est in Faernino & Bononiensi: *Quadam* potius, quam *Quadam*: Tertio *Et* pro *Ea*: ut est in meis aliquot: postremo pro eo quod est ἄνω καὶ κάτω, *Antiochina*: ut scriptura omnis hæc sit. *Urbs dumtaxat, & urbis ornamentum? & hominum amores in te, in nos quadam benevolentia: sed multum & philosophia Antiochina. siquidem est in Aristo, apud quem eram.* Antiochina placeat illa faciunt: primum dicendi ratio nova: deinde etiam sententia: quia, si per philosophiam ἄνω καὶ κάτω, sive sursum & deorsum, morem Academiæ significet, εἰς ἑκάτερον disputantis, næ illud durum nimis & coactum videatur, & a communi hominum intelligentia sensuque remotius, quam ut Ciceronis consuetudo ferat: sin variam & distractam, & quasi fluctuantem: hac Cicero delectatus non est: nec eam is, apud quem erat, Aristo, coluit: sed uterque veterem probavit: Cicero quidem suo quodam genio: Aristo, hoc amplius, quod eam a fratre Antiocho in honore habitam, quasi per manus acceperit, & domi habuerit: quod idem Cicero in fine Bruti significat. Et quanquam in plerisque meorum sursum deorsum legitur: in nonnullis tamen est, ἄνω καὶ κάτω. Et fieri potest, ut Latina interpretatio Græcorum verborum locum occuparit; ab imperitis scriptoribus relictum vacuum: cujus rei non desunt exempla: Atque hujus quidem postremæ suspicionis auctor mihi fuit amicus meus, reliquarum emendationum libri veteres. *Malasp.* Imo delenda est ubique nota interrogationis. *Duntaxat*; enim est; saltem, minimum. Si nihil aliud me delectavit; saltem urbs ipsa quæ tam magnos viros tulit, & ejus ornamenta, templa scilicet antiquissima, monumenta & statuæ hominum excellentium, scholæ Platonis, Aristotelis, Zenonis aliorumque. Senec. ep.85. *Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo.* exempla notabimus alibi plura. *Græv.*

54. *Ἄνω κάτω. si quid.*) Bosii ex Scidis lectionem hanc sequitur Junius, interpretationem minime: vulgo *ἄνω καὶ κάτω si quidem est in Aristo*; quam lectionem esse omnium librorum ait Lambinus, nisi quod quidam pro *Græcis* habent *Latina*, *sursum & deorsum*: Malasp. pro ἄνω καὶ κάτω vult legi *Antiochina*. Cleric.

55. *Si quidem est in Aristo, apud quem.*) In libro doctissimi viri emendatum, est, *sic quidem existimat tuus apud quem eram*; ut de Patrone intelligatur. Sed magis placeret; *sic quidem existimat Aristo, apud quem eram*. Ursin.

sciam, quid agas, ubi quoque, & maxime quando Romæ futurus sis.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

HUI! totiesne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem? p at vero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari potuerint, committam, ut non dem. Ne provincia q nobis prorogetur, per fortunas! dum ades, quidquid provideri potest, provide. non dici potest, quam flagrem desiderio urbis, quam vix harum rerum insulsitatem feram. 56 Marcellus fœde de Comensi: etsi ille magistratum non gesserit, r erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur non minus stomachi nostro? f ac Cæsari fecisse. sed hoc ipse viderit. Pompejus mihi quoque videbatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam certe iturus. id ego minime probabam; qui quidem Theophani facile persuasi, nihil esse melius, quam nusquam illum discedere. ergo Græcus incumbet. valet autem auctoritas ejus apud illum plurimum. Ego has pridie nonas Quint. proficiscens Athenis dedi; cum ibi decem ipsos fuissem dies. ve-

p advenero *MS.*

q nobis *deest in MS.* P. B.

r erit *alii.* f quam *alii.* ac *alii delent.*

56. *Marcellus sedendi comes.*) Nos hunc locum mancum diminutumque esse puramus, ut omnino sine meliorum librorum copia, nullo pacto corrigi restituique possit. Quia tamen quacumque ratione possumus, volumus his opem adferre, opinionem nostram proferemus, non de verborum restitutione (vix enim id puto posse fieri) sed de re, quam credimus hic tractari, quæ tamen etiam verbis aliquid lucis adferet. Nisi fallimur, exponit historiam quandam de Comense a Marcello virgis cæso in ludibrium Cæsaris. Cum enim ei civitati jus Latii Cæsares dedisset, quicumque in ea magistratum gerebant, statim fiebant cives R. Comensem igitur quendam qui magistratum in sua patria gesserat, obidque civis R. esse existimabatur, Marcel. Consul Romæ cæcidit, ut beneficia Cæsaris rata non esse ostenderet. non enim ea pœna afficiebantur cives R. jussitque odio & acerbitate ductus, qua in Cæsar. ferebatur, eum plagas illas Cæsari ostendere, quæ peregrinum eum, non civem esse coarguebant. quę res nocere reipublicę visa est. Quales enim adversus illum ejus inimici futuri essent, si privatus rediisset, declaravit: animumque Cęsaris ad nova consilia capienda exacuit. hanc autem rem diligenter Appianus narrat. *Victor. Marcellus fæde in Comensi: & si ille magistratum non gesserat, erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur non minus stomachi nostro, quam Cæsari fecisse.* Ita locum jampridem restituit Octavius Pantagathus. *Ursin.*

57. *Una*

venerat Pomtinius : 57 una Cn. Volusius : aderat † quæstor : tuus unus Tullius aberat. 58 ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mytilenæorum habebam, 59 & aliquid ἐπεῖχον

† quæst. Rufus: unus Tull. Corrad.

57. *Una Cn. Volutius : aderat quæstor ; tuus unus.*) Ita & restituit & distinguit Bosius ex Decurtat. vulg. *nam Cn. Volusius aderat quæstor. tuus unus, &c.* Lambino legendum videtut, *Jam Quintus Volusius aderat & quæstor Rufus unus, &c.* verumtamen tutius censet retinere lectionem receptam. *Cleric.*

58. Α῎φρακτα *Rhodiorum.*) Naves quasdam non septas ep. 12. & 13. h. l. *aphractus*, ep. 8. lib. VI. *Corrad.* Α῎φρακτα scilicet navigia, sunt naves apertæ quæ opponunt κατάφρακτοις, hoc est, constratis seu tectis, quæ nimirum tabulis contegebantur. Illæ naves erant minores, & μονήρεις plerumque. vide Joh. Schefferi de Milit. Navali lib. II. cap. 5. *Grav.*

59. *Et aliquid* ἐπίκωπον, *de Parthis.*) Sic scripsimus ex vetusto nostro libro. quia tamen divinare aliquantulum oportuit, voluimus vetera vestigia nota facere, ut si cui nostrum judicium displicuerit, habeat & ipse ubi ingenium suum exerceat. est autem sic hic locus scriptus in antiquiore nostro libro, *Et aliquid* ἐπικονδεῖ. *De Parthis*. Nos arbirrati sumus syllabam in medio Græcæ dictionis, vitio librarii defecisse. utitur autem alibi in his epistolis hac voce. Tres autem ultimas literas abundare existimavimus : quasique sequens monosyllabum inepte & incommode bis repetitum esse. Non autem hic tantum Græcis characteribus Latinas voces scriptas habet hic codex. Germani fere eandem lectionem, quam nos videmur invenisse (si fideliter illam reddiderunt) in antiquo suo libro, quæ tamen mutilata est, indigetque aliquo auxilio. *Victorius*. Ε῎πίκωπον.) Ναυτικὸν. exponit Aristoph. interpres in fabula, quæ Α᾽χαρνῆς inscribitur, unde nos quoque nauticum, & ad remigandum aptum, vertere possumus. hinc *Phaselum epicopum* dixit. ep. 18. lib. XIV. lege Suidam. al. ἐπικονδεῖ, unde nobis legendum videtur : ἐπικόνδει, quod vas esse scribit Pollux, Καππαδοκικὸν, Βησικκόν, ϗ Περσικόν. Athenæus vero Α᾽σιατικόν, ut Cicero cum joco verbo regionis, quo navigabat, utatur, & dicat, se non modo naves, sed aliquid etiam vini & viatici ἐπὶ κόνδει paratum habere. *Corrad. Et aliquid* ἐπίκωπον.) Nostri libri veteres habent, & aliquid ἐπὶ κόνδει, id est, aliquid ad calicem, seu ad poculum. Κόνδυ enim poculi genus est, ut docet Pollux libro VI. significat igitur fortasse Cicero jocas, se etiam vini amphoras impofuisse in navim. Omnino scripturam antiquam restituendam censemus, Petri Victorii autem conjecturam rejicimus. *Lambin.* Pius *aliud* ἐπίσκοπον, sive κατάσκοπον. & paulo post, *Patrones*, pro *barones*. Ursinus. Ε῎πίκωπον.) Κωπὴ remus, ἐπίκωπος, navis quæ remigio utitur. Victor. lege ἐπίκωπων, naves ἐπίκωπαι κατ᾽ ἐξοχὴν *daar passagiers mede overvaren*. Gell. 10. 25. Actuariæ, quas Græci ἐπίκωπας vocant vel ἐπιβατίδας, ad quæ notat Salmas. etsi actuaria in genere sit quævis quæ remis agatur, specialiter tamen id de eo genere navium dictum, quo homines transvehebantur, non etiam onera, quas Ulpian. lib. I. de Exer. Action. ἐπιβαθηγοὺς appellat ad Jus Att. & Rom. p. 738. *J. F. Gronov.*

χον ἀεί. De Parthis erat silentium. quod superest, dii juvent. Nos adhuc iter per Græciam summa cum ad-
v quod alii delent. miratione fecimus. nec mehercule habeo, v quod adhuc quem accusem meorum. videntur mihi nosse nos,
x professionis MS. nostram causam & conditionem x professionis suæ. plane serviunt existimationi meæ. quod superest, si verum illud est: 60 οἵαπερ ἡ δέσποινα, certe permanebunt. nihil enim a me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinquendi locus. sin id parum profuerit, 61 fiet aliquid a nobis severius. nam adhuc lenitate dulces sumus; &, ut
y proficiemus MSS. spero, y proficimus aliquantum. sed ego hanc, 62 ut singuli dicunt, ἀνεξίαν in unum annum meditatus sum. proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis in-
z ad ea quæ MS. veniar. Nunc redeo z ad quæ mihi mandas; 63 ni præfectis excusationi sis, quos voles, deferto. non ero tam μετέωρος, quem in Apulejo fui. Xenonem tam
a id ipsum alii. diligo, quam tu: quod a ipsum sentire certo scio, Apud
P. LXXIV. Patronem, 64 & reliquos barones te in maxima gratia po-

60. Οἵαπερ ἡ δέσποινα.) Hæc est antiqui nostri exemplaris lectio. Raro autem Cicer. integrum proverbium adducit: prima tantum verba, quæ totum indicent ponit. Idem Plat. hoc proverb. in VIII. Polit. demninutum pronuntiat: Ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν οἵαπερ αἱ δέσποιναι γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι. *Victorius.*

61. *Fiet aliquid a nobis severius.*) *Serius* habent veteres omnes libri. & paulo post: *Nunc ad ea quæ mihi mandas.* pro verbo autem *excusatio* legebat Faernus *excusato*. Ursinus.

62. *Ut Singuli dicunt.*) Serio sciro me hanc vim, quam nunc mihi facio, ultra unum annum sustinere non posse. sed *quid singuli dicunt?* Henr. Steph. vult emendare ἀνεξικακίαν. sed omnes libri retinent vulgata, lege *ego hanc, ut Siculi dicunt*, ἀνεξίαν. Nam Siculi vocabulis & generibus loquendi utebantur, a quibus refugiebat vera, & sincerior Hellas. Plaut. Perf.3. 1. 67. Cic. in Divinat. cap. 12. Si literas Græcas Athenis, non Lilybæi didicisses. Pollux lib. IX. cap. 6. testem dat Aristot. ἄγκιαν Siculis δύνεσθαι καλλίων ἕνα. *J. F. Gronov.*

63. *Ni præfectis excusationi sis.*) Hæc est Decurtati scriptura: Lambinus a veteribus libris longius recedens scribit, *in præfectis excusato: tribunos quos voles, deferto &c.* vulgaria; *in præfectis excusatio: iis, quos voles &c.* quam Faernus probabat, nisi quod *excusato*, pro *excusatio* substituebat. *Cleric.* Ex vulgatorum manuscriptorum lectione, quæ est *in præfectis excusatio iis quos voles*, simpliciter & facile sequitur *in præfectis excusa; tres, quos voles, deferto*, Bosius quo volet, eat. Excusa, scilicet quod tibi non indicavi, si quos velles mecum proficisci, ut mihi commendares: nunc loca adhuc tribus dare possum. *Gronov.*

64. *Et reliquos Barones.*) Id est, viros forteis & a perturbationibus

posui; & hercule merito tuo feci. nam mihi is, ter 5 dixit, te scripsisse ad se, mihi ex illius litteris 65 rem illam curæ fuisse, quod ei pergratum erat. sed cum Patron

bus invictos. Glossarium vetus, *Baro*, ἀνήρ. Nam quod alii *Varones*, id est, bardos, fatuos, stultos, legunt, vel eo nomine mihi quidem probari non potest, quod Epicureos Cicero apud hominem Epicureum non ita fuisset appellaturus. *Junius.* Libri optimi habent *Barones*, vel *Varrones*, *r* geminata; quod integrum, & incorruptum puto. Nam Βάρων apud Græcos fuit nomen proprium viri gravis & principis, quod ceteros autoritate & imperio præponderaret. Inde Varro Romanum cognomen Terentiæ gentis, & Baro vocabulum potestatis apud Italos & Francos. Servius in undecimo Æneidos: *Varro cum de suo cognomine disputaret, ait eum qui primus Varro sit appellatus in Illyrico hostem Baronem nomine quod rapuerat & ad suos pertaverat, ex insigni facto meruisse cognomen.* Brutus ad Ciceronem: *Non si Baronis thesauros haberem, sustinere sumtum possem*: ubi Baronem appellat Cæsarem Dictatorem, quasi gravem dominum & impotentem; qui magnum thesaurum ad Opis ædem deposuerat, quem M. Antonius post ejus mortem abstulit, ut est Philippica II. Cicero hic Epicuræos philosophos, homines voluptarios, per jocum nominat *Barones*, quasi graves, serios, & virtute ac doctrina ceteris præstantiores. Alii legunt *Varones*, & interpretantur stolidos, tardos, & hebetes a Varis, id est, furcilis quibus retia attolluntur. De Finibus libro secundo, *Hac cum loqueris nos Varones stupemus.* In Epistola ad Pætum: *Ille Varo se putabat quæsiturum.* Lucilius:

Varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra.

Persius Satyra v.

Varo regustatum digito terebrate salinum.

Sed non est verisimile Ciceronem cum ad Atticum Epicureæ philosophiæ sectatorem scriberet, Patronem & reliquos Epicureos amicos utriusque, contumelioso vocabulo fuisse appellaturum. Itaque hic & in Epistola Bruti lego *Barones*, vel *Varrones*, in aliis locis *Varo*; *Varones*: & illud origine Græcum & honorificum, hoc purum putum Latinum & probrosum nomen esse arbitror. *Popma. Varrones* tuetur Turneb. Advers. IX, 2. Nam ut longurio, inquit, pro longo & inepto, voce a longuriis deducta, ponitur; pro vecordi & amente *vacerra*, quæ vox stipitem significat: ita pro stupido & bardo *Varro* vocabulo *a varris* deflecto, qui perticas significant, usurpabatur. Et lib. XX. I. puto Varonem rusticum & stultum significare, a varis vel varris ducto nomine, sic tardi & stupidi parumque ingeniosi stipites & caudices vocantur. Sed P. Pithœus Advers. I. c. 8. recte *Barones* scribi notat, ut & P. Victorius ad lib. XI. epist. ultima. Confirmant hanc scripturam Balliolens. & Helmstad. codd. & Victor. omnesque vetustiores editiones. Expositio Corradi & Manutii est ridicula. Non mirum autem in veteribus libris *Varo* scribi pro *baro*. Nullæ litteræ quam *b* & *v*. crebrius in monumentis priscis permutantur, ut ostendi ad Justinum, Svetonium, & volumen epistolarum ad Familiares. *Gravius.*

65. *Rem illam cura fuisse.*) Vide epistolam, quæ prima est lib. XIII. Fam.

b *alii* Areopago. trona mecum egisset, *ut peterem a vestro* [b] Ariopago ὑπομνηματισμὸν *tollerent*, quem Polycharmo prætore fecerant, *commodius* visum est & Xenoni, & post ipsi Patroni, *me ad* Memmium scribere, qui pridie, quam ego Athenas *veni*, Mytilenas profectus erat, [c] ut is ad suos *scriberet*; posse id sua voluntate fieri. non enim dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis invito Memmio impetrari non posset. 66 Memmius autem ædificandi consilium abjecerat: sed erat Patroni iratus. itaque scripsi ad eum accurate; cujus epistolæ misi ad te exemplum. Tu, velim, Piliam meis verbis consolere: indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciculum, in quo erat 67 epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi: valde scripta est *συμπαθῶς*. Brundisio quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea, 68 tum videlicet [d] datas, cum ego me non belle haberem. nam 69 illam *νομανδρίαν* ex-

c ut si ad vos scrib. *multi MSS. & quad. edd.*

d datæ *multa edd.*

Fam. tum omnia patebunt. exulabat autem Memmius Athenis, de ambitu condemnatus. ad Q. Fr. lib. III. ep. II. & Appianus lib. II. *P. Manut.*

66. *Ananius autem.*) Noster antiquior sane liber habet *Manius.* Sic & alii manuscripti, sic Germanorum codex. nos tamen *Memmius* emendavimus. intelligit autem epist. illam, quæ prima est ejus voluminis, in quo omnes quibus aliquos aliquibus commendat, collectæ sunt: qui ante erat lib. XIII. ibi autem totam hanc rem diligenter narrat. quare quin Memmius scribendum sit, dubitati non potest. nam eum ædificandi consilium abjecisse, in illa etiam traditur, cum inquit: *Nunc vero si audieris te ædificationem deposuisse*, & cetera. Cum superiore autem conjunximus, quia multis & evidentibus argumentis judicavimus importune dissectam fuisse. *Victorius*. In Balliol. & Helmstad. hic incipit epistola nova.

67. *Epistola Piliæ.*) Missa ad Ciceronem, ut is ad Atticum, Romam jam profectum, deferendam curaret cum inter ipsos irent redirent frequentes tabellarii. *P. Manut.*

68. *Tum videlicet data.*) Balliol. & Helmstad. *tum videlicet datas*, quod non rejecerim. Est idem ac si scripsisset tum videre licet datas. *Videlicet*, *scilicet*, ut pridem viri docti observarunt, apud veteres sæpe cum infinitivis construuntur. Lucret. lib. I.

Esse videlicet in nobis primordia rerum.

Plaut. Stich. IV, I.

Videlicet fuisse illum nequam adolescentem.

Vide Palmerii Spicileg. & G. Schoppi Verosimilia. *Grav.* Agnovit etiam pater subintelligi posse τὸ *sunt*; sed opinabatur Ciceronem hic antiquarium egisse & scripsisse *datas*, quod ipse post notavi ex Balliolensi; & genus id loquendi etiam tetigerat lib. III. Observat. cap. 9. *Gronov.*

69. *Illam νομανδρίαν.*) Ita legendum ex consensu veterum librorum

excusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed maxime, ut valeas.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

NEGOTIUM magnum est navigare, atque [e] id mense Quintili. sexto die Delum Athenis venimus. pridie nonas Quintil. a Piræeo ad Zostera, vento molesto, qui nos ibidem nonis tenuit. 70 A. d. VIII. idus 71 ad Ceo

e *Bosius delet id, male.*

rum, Νομανδρίαν appellat constantiam & fortitudinem suam in præfecturis conferendis. Νόμος enim est præfectura. Hoc autem dicit, Ne acceperis pro excusatione non missarum literarum, quod veritus sim ne rentares constantiam meam tua delatione præfectorum, & eos mihi nominares, quos nollem. Non enim hoc veritus sum, & ru quos voles deferto. supra, & Epistola ultima. *Popma*. Νομανδρίαν.) Lege γεράνδρων i. e. veterem, qua sæpe usus sum: proprie est πάλαιον, ξύλον, ἢ φυτον. *vetus arbor vel planta*. Julianus ad Liban. ἦ δε ἐντάυθεις ὖδεν γεράνδριον ὖδε σαπρὸν, *nihil erat antiquum, senio aut situ corruptum*. Videtur Attico, dum dubitat, quæ Ciceroni causa fuerit ad ipsum non scribendi, cum ad alios scriberet, rogasse, numquid putaret se Romæ non esse, sup. ep. 5. respondet jam Cicero, illa excusatione γερανδρία & veteri, qua olim uti poterant, nunc postquam artiore scio de mansione ac discessu tuo, noli putare me usurum. *J. F. Grenov.*

70. *A. d. VIII, Idus ad Ceocum vicum: Deinde.*) Emendavimus ex manuscriptis, *Ab Cee jucunde*. Narrat enim, quas faciles, & jucundas, quas molestas & difficiles navigationes habuerit. tot enim diebus unam tantum tranquillam navigationem habuit, reliquas odiosas, & multorum incommodorum plenas. *Victorius. Ab Ceo jucunde.*) Al. *ad Ceocum vicum*: nos *ad Ceum jucunde*, legimus, nam perspicue de accessu, non de recessu loquitur. de Ceo Plin. lib. IV. cap. 12. *Corrad. Ad VIII. Id. ab Ceo jucunde.*) Qui potuit Cicero Zostere Nonis teneri, ut ab Ceo VIII. Id. non ab eo loco, ubi Nonis detentus est, navigaverit? Nam inter Nonas profecto & VIII. Id. nullus dies intercedit. Itaque Corrado assentior, qui *ad Ceum* legit, præsentim cum excusi fere omnes antiquiores, & manuscripti etiam aliquot, ita habeant. Ad hæc, tollitur etiam absurdum illud, ne videatur jucunde simul Cicero & sævo vento navigasse. Cum enim dico. *Inde Gyarum sævo vento: Inde*, ab Ceo intelligo, unde jucunde navigasse dixerat. quanquam in vetustis meis nonnullis, *Ad Ceum vicum, deinde.* & in aliis. *Ad Cei vicum, deinde.* Ut *jucunde* fieri potuerit ex *vicum*, & sequentis adverbii prima syllaba: rectum vero fit: *Ad Coi Vicum. inde Gyarum*. a qua lectione non sane valde abhorreo. *Malasp.*

judiciariam causam. Ego cum triduum cum Pompejo, & apud Pompejum fuissem, proficiscebar Brundisium a. d. p XIII. Kal. Junias. civem illum egregium relinquebam, & ad hæc, quæ timentur, propulsanda paratissimum. Tuas litteras q exspectabo, cum ut, quid agas, tum, ubi sis, sciam.

p alii XII. alii XIV.

q exspecto alii.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

ME & incommoda valitudo, qua jam emerseram; utpote cum sine febri laborassem, & Pomtinii exspectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum jam diem Brundisii. sed cursum exspectabamus. tu si modo es Romæ, (vix enim puto) sin es, hoc vehementer animadvertas velim. r Roma acceperam litteras, Milonem meum queri per litteras injuriam meam, 41 quod Philotimus socius esset in bonis

r ita Manut. alii Romæ.

laturum novos.) Cur, *novos?* quia vacationes, & judiciariam causam iis petebat. Vacationes vocat excusationes a muneribus militaribus, & aliis, quæ præfecti obire consuerant: caussam judiciariam, munus judicandi inter Græcos. neutrum tamen Cicero concessit. nam præfectis omnibus vacationes denegavit, ut apparet ex ep. II. hujus libri, & Græcis non Romanos, sed peregrinos, hoc est, Græcos judices attribuit, ut scribit epistola prima libri sexti. *Bosius.*

40. *Novos, vacationes.*) Militiæ, ut quum de Rep. bene fuerint meriti, vacationes habeant, Philip. V. *Corrad. Vacationes, judiciariam caussam.*) Ut ob hanc caussam vacarent a præfecturis, si in judicium vocarent. id autem Atticus mandarat, quia, si locus a Pompejo relinqueretur, forte & ipse amicum aliquem deferre præfectum vellet. *P. Manut.* Scribendum crediderim: *Quot ante ait se Pompejus quinos præfectos delaturum, non vult vacationes, & judiciariam caussam.* Scilicet præfectis deferri. quot ante fuerant in provincia illa, nunc quoque ait se quinque præfectos delaturum, iis autem prohibet vacationes concedere, & committere judicia. quod Cicero secutus etiam est, ut Bosius ostendit. *Grævius.*

41. *Quod Philotimus socius esset in bonis suis.*) Volebat enim Milo suis necessariis, nam (ipse Massiliæ exsulabat) a Philotimo bona restitui, nec dubito, quin ea bona Philotimus ab hasta emerit, sed ea conditione, ut Milo recuperare aliquando posset, ipsi autem Philotimo, quantum Cicero æstimasset, pro fide & sedulitate daretur. apparet ex epistola M. Cœlii, in qua ita scriptum est: *Quod ad Philotimi liberti officium, & bona Milonis atti-*

nis suis. id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia; quem, & amicissimum Miloni [s] perspexeram, & talem virum, qualem tu judicas, cognoram. ejus autem consilium meumque hoc [t] fuerat; primum, ut in potestate nostra esset res; ne illum malus emptor 42 alienus mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliaret: deinde, ut 43 Faustæ, cui cautum ille esse voluisset, ratum esset. erat etiam illud, ut ipsi nos, si quid servari [v] posset, quam facillime servaremus. nunc rem totam [x] perspicias velim. nobis enim scribuntur sæpe majora. sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult, Philotimus, ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat, ne sit invito Milone in bonis. nihil nobis fuerat tanti. sin hæc leviora sunt, tu judicabis. loquere cum Duronio. scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam: eoque magis, quod non confidebam Romæ te esse. summa erit hæc; statues, ut ex fide, fama reque mea videbitur.

s prospex. MS.
t fuerit MS.
v possit alii.
x prospic. MSS. & edd. quad. P. LXXII.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

ACTIUM venimus. a. d. XVI. Kal. Quint. cum quidem & Corcyræ, & Sybotis muneribus tuis, quæ & y Areus,

attinet; dedimus operam, ut Philotimus & quam honestissime Miloni absenti, ejusque necessariis satisfaceret; & secundum ejus fidem & sedulitatem æstimatio tua conservaretur. Qua in epistola, *Æstimatio*, accipio, id quod Cicero Philotimo dandum censuerat, pro bonis fideliter seduloque servatis. Dixit autem, *Philotimus fecius*, quia partem Milonis bonorum Cicero quoque emerat. *P. Manut.*

42. *Alienis mancipiis.*) Nedum suis. alii, *alienus*, quod placet, id est, *non domesticus*, ut est Philotimus. *Corrad. Alienis mancipiis.*) Durior omnino dicendi ratio, ut equidem non mirer, Ubaldinum (ei enim attribuitur) *Et alienus*, legisse: & tamen in *Alienis*, veteres libri consentiunt. Affine illud videtur, quod VI. lib. de Græcis, quibus Cicero concesserat, ut inter se disceptarent suis legibus, tale est. *Græci vero exultant, quod peregrinis judicibus utuntur.* sic ibi, cum utetentur suis. sed peregrinis tamen, si ad Romanos, seque referat. ut hic *Alienis*, si ad Milonem. *Malasp.* Manuscriptus liber habet. *Ne illum malus emptor & alienus mancipiis, quæ permulta secum habet.* Ursinus.

43. *Faustæ, cui cautum.*) Milo in exsilium Massiliam abiens Faustæ uxori caverat de dote: quæ cautio ut rata esset Cicero & Philotimus

y Araus MS.

z ita Manut. alii concesserant.

y Areus, & meus amicus Eutychides opipare, & φιλο-προσηνέστατα nobis z congesserant, epulati essemus 44 Saliarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus: 45 & Leucatam flectere molestum videbatur. actuariis autem minutis Pa-

lotimus bona ejus ab hasta empta occupaverat, animo restituendi. nam si alienus emptor accessisset, ille nihil Miloni voluisset relinquere. Fausta hæc est filia L. Sullæ Dictatoris, soror Fausti. *Popma*.

44. *Hilarem in modum.)* Noster antiquior, *Essemus alia. Rem in modum*. Nos conjecimus importune dissectam esse dictionem hanc: simulque ultimam antecedentis vocis literam bis scribi debuisse, ut *Saliarem in modum* tandem conficiatur. Cœnæ autem, & epulæ saliares appellabantur, quæ sumptuosæ essent, & suavissimis cibis refertæ. Sex. Pompejus cum de Saliis ageret, inquit: *Quibus per omnes dies ubicunque manerent, quia ampla ponebantur cœna, si qua alia magna cœna sunt saliares appellantur*. Eadem ratione dixit Horatius *dapes saliares*, opimas, & abundantes. Nec me movet quod Plinius Junior, *hilare accepti sumus*, dixit: neque ob id vulgata lectio minus displicet. habet sane illa oratio non malum sensum. Quasi enim ex adverso respondet sermoni illi Terentiano, *Invitat tristis*. Verum hic potius indicare velle Cicero videtur copiam & suavitatem dapium, quam hilarem & lætum animum accipientis. nam si diligenter attenderis. intelliges potius illos ex muneribus ab Attici familiaribus missis ample & oppipare in illis locis, ubi tunc erant, epulatos esse, quam ab eisdem Attici domi splendide & hillari vultu acceptos. *Victorius*.

45. *Et Leucatam flectere.)* Plin. lib. IV. cap. I. & Poeta lib. III. Æn. *Corrad.* Manuscripti *Leucatam*. Et recte utrumque dici Maro docuit, cum, *Fervere Leucaten* dixit: &, *Leucatæ nimbosa cacumina montis*. Fuit Epiri promontorium ex Livio; cui applicata urbs Leucas fuit ad fretum quoddam posita, passus circiter quingentos longum, latum haud amplius centum viginti. Hoc ut Strabo narrat, Corinthii eo habitatum profecti, manu fecerunt; cum ibidem Chersonesum in Isthmo effodissent: ne qui illac navigaturi essent, peninsulam obire cogerentur. Quin antea quoque ut tædium longæ navigationis effugerent, traducere naves solebant: de qua re Julius Hyginius, in Cinnæ propemptico, ut est apud Sosipatrum lib. primo, in dictione *Iteris*, in hunc modum: *Ab Actio navigantes stadia* XXXX. *veniunt in Isthmum Leucadiensium. Ibi solent iteris minuendi caussa, remulco, quam Græci κάμπτειν dicunt, navem traducere*. Et mox, in dictione Itiner. *Quærunt* (inquit) *etiam nonnulli, quam ob rem ejus cura jubent Actio navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis: Et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcyra rectum itiner ad Leucatam*. Hæc eo libentius attuli, quod ad hunc totum Ciceronis locum mire faciunt. Atque utinam mendis carerent. Nos

Quam

Patras accedere [46] sine his impedimentis, non satis visum est decorum. Ego, ut sæpe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, præcipio meis, faciam denique, ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus, velim, quiescat, & fortuna nos juvet: nostra præstabimus. Tu, quæso; quid agas, ubi quoque [a] tempore futurus sis, [b] quales res nostras Romæ reliqueris, maxime [47] de xx. & de DCCC. cura ut sciamus. id unis diligenter litteris datis, quæ ad me utique perferantur, consequere. Illud tamen (quoniam nunc [c] abes, cum id non agitur: aderis autem ad tempus, ut mihi [d] rescripsisti) memento curare per te, & [e] per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid novi decernatur. hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, [48] ut pugnes, ne

a hoc temp. *alii* b qualis *alii.* c abest *MS.* d *alii* scripsisti. e per *non est in MS.* P. B.

Quam, pro *Quem* emendavimus, quod Græci ἐπάκτωνα, non remulcum vocant, sed navigii genus minutum, ex viminibus compactum, ut est apud Strabonem lib. XVII. cujusmodi etiam Plaustris traduci, nedum remulco possit: ut ordo hic sit: solent navem, quam ἐπάκτωνα Græci vocant, remulco traducere. Existimamus autem Isthmum illum ita angustum fuisse, ut navigia funibus ex uno in alterum sinum trahi remulco potuerint. Verum ut ad nostra redeamus. molestum Ciceroni videbatur. Leucatam flectere: credo, quod Athenas petenti iter esset & devium (flectendum enim erat ad Austrum) & prolixum. Ennius etiam in x. *Leucaten campsant* dixit, pro flectunt. *Malasp.*

46. *Sine his impedimentis.*) Vox *his* abest a libro MS. *Ursin.* Est Bessationis mſ. scriptura melior Manutii judicio, quam illa quam habent quidam, & inter eos mſs. Palat. *iis impedimentis.* Cleric.

47. *De XX.*) Vulgati libri. *de* cxx. Bosius notam C. expunxit admonitus tum a vetustiore suo, tum ab ipso Cicerone ep. 5. hujus libri. *Idem*.

48. *Ut pugnes ne intercaletur.*) Quod anno dies minimum XXII. adduntur: idque fiebat a Pontificibus quandoque, ut scribit Censorin. quo quis diutius magistratu fungeretur. ep. 13. h. l. diversa fuit Curionis ratio. ep. 6. lib. VIII. Fam. ut ibi, & in Quæstura diximus. *Corrad.* Si proximus annus intercalarius fuit, ut in argumento Milonianæ Asconius significare videtur; quid est, cur tantopere laboret Cicero, ne intercaletur? An quia intercalatum non fuerit suo anno? An potius quia intercalandi cura ita Pontificibus permissa esset, ut ii, cum libitum esset, intercalarent, sæpeque per ambitionem aut odium, quo quis vel citius magistratu exiret, vel diutius fungeretur: aut omnino ommitterent, cum esset intercalandum: aut cum non esset, intercalarent, pluresve aut pauciores dies intercalarent; id Macrobius significat: &

ne intercaletur. sed non audeo tibi omnia onera imponere. annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus & suavissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis, quod te amat, nec tui mentionem intermitti sinit.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

f alii xv. UT Athenas a d. [f] VII. kal. Quint. veneram, exspectabam ibi jam quartum diem Pomtinium: neque de ejus adventu certi quicquam habebam: eram autem totus, crede mihi, tecum: & quanquam sine his per me ipse, tamen acrius, [49] vestigiis tuis monitus, de te cogitabam. quid quæris? non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de me

g ipso *delet Grav.* [g] ipso scire fortasse mavis; hæc sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut privatim, nec in quemquam comitum. nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite. persuasum est omnibus meis, serviendum esse famæ meæ. belle adhuc. hoc animadversum, Græcorum laude, & multo sermone celebratur. quod superest, elaboratur in hoc a me; sicut tibi sensi placere. sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata. Reliqua sunt ejusmodi, ut meum consilium sæpe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. o rem minime aptam meis moribus! [50] o illum verum, ἔρδοι

Tranquillus affirmat, in Cæsare scribens: *Fastos correxit, jampridem vitio pontificum, per intercalandi licentiam, adeo turbatos, ut neque mensium feriæ æstate, neque vindemiarum autumno competerent: annumque ad cursum Solis accomodavit.* Verumtamen hoc anno intercalatum non est; tametsi Curio ut intercalaretur pugnarit. Ita enim Cœlius ad Ciceronem ep. 6. *Quod tibi supra scripsi, Curionem frigere; jam calet. Nam ferventissime concerpitur. levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit.* Id etiam cognoscitur ex ratione mensium, quibus Cicero in provincia mansit. *Malasp.*

49. *Vestigiis tuis monitus.*) Qui te Athenis ita collocasti, ut sis pæne unus ex Atticis lib. v. de Finib. sit *Athenis tuis* ep. 6. lib. XVI. & *tui Athenienses.* ep. 13. lib. I. *homo Atticus.* ep. 16. lib. I. *Græcus.* ep. 17. lib. I. *Corrad.*

50. *O illum*

ἔρδοι τίς ; h dices, quid adhuc ? nondum i in negotio versaris. nescio; k & puto molestiora restare: l etsi hæc ipsa fero equidem fronte, 51 ut puto, & volo, bellissime; sed angor intimis sensibus: ita multa vel iracunde; vel

h dicis *MS.*
i enim in *alu.*
k ut *MS.*
l sed si *MS.*

50. *O illum verum, ἔρδοι.*) Cum antea inane spatium relictum esset, nonnulli γραφεὺ inculcarunt, adeoque absurde & inepte interpretati sunt, ut nihil dici possit supra. Quos tamen omnes postea secuti sunt: in cunctisque nunc excusis libris ea dictio cum sua illa falsa & inani declaratione invenitur. Noster antiquior libet sic habet CPΔOΙΤΙC, quod si ex prima litera E facias, id est, si semicirculum illum transversa linea feces (vides autem quam facile & nullo periculo facere possis) nihil amplius desiderabitur, locumque totum illustraveris. est enim Proverbial. senarius, ἔρδοι τις τὴν ἕκαστος εἴδει τέχνην, valde notus & celebris. Cicero ipse in prima Tusculana Latinum fecit; *Bene enim illo Græcorum proverbio præcipitur, Quam quisque novit artem in ea se exerceat.* Memini cum abhinc 10. annos domi meæ de castigatione hac Benedictum Lampridium, elegantissimum poetam, consulerem; librumque illi veterem, cujus auxilio hoc consecutus eram, ostenderem; nostrum illum de hac re judicium probasse, vehementerque emendatione hac delectatum esse, & magnopere mihi auctorem fuisse, ut annotationes has conficerem, studiosis omnibus eas admodum gratas fore confirmando, qui tot horum voluminum perversionibus offensi & territi, vix unquam ea in manus sumerent: Cujus consilium, cum esset magni apud me ponderis, semper mihi hæsit in pectore: sed variis postea casibus & occupationibus interruptum ac penitus relictum fuit, ab quo nec tandem precibus amicorum adductus, nunc post tantum temporis spatium ad id iterum animum appuleram. nec etiam idem cessavit, cum Florentiam se nuper privatorum negotiorum causa contulisset, me, ut id quamprimum facerem, cohortari. Cujus præcipue voluntatem auctoritatemque secutus, multo citius quam cogitarem (nactus vacuum tempus a philosophiæ studiis) in hoc incubui. Mirum autem nemini videri debet, si hujus judicium tanti facio. nullum enim inveni, qui mihi melius suadere posset, & vellet; quam ipsum. summa enim erga me benevolentia cum optimo ingenio in eo conjuncta est. Sed nihil opus est hic ejus mores, ingenium, doctrinam celebrare. nec enim qui aliis, quibus vult, famam gloriamque suis carminibus quotidie dat, indiget aliorum præconio in suis laudibus declarandis. dum enim illustrium fortiumque virorum res gestas laudesque ad astra tollit, magnum sibi ipse decus pepetit, suumque nomen immortalitati commendavit. Sed hactenus. summus autem amor, quo illum prosequor, vel incredibilium potius virtutum admiratio, me longius quam volebam provexit. *Victorius.*

51. *Ut puto, & volo; bellissime.*) Lectio hæc est Decurtati, Bessar. & aliorum plurimorum mss. vulg. *ut puto, & vultu & fronte bellissimis*: Lambinus tamen malit, *bellissima*. Cleric.

Pag. LXXIII. vel insolenter, vel in omni genere stultitiæ insulse, arroganter & dicuntur & tacentur quotidie. quæ, non quo te celem, [m] non perscribo, 52 sed quia δυσεζίμητα sunt. itaque admirabere meam βαθύτητα, cum salvi redierimus: tanta mihi μελέτη hujus virtutis datur. ergo hæc quoque hactenus. etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum; quia, quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem: nec hercule umquam tam diu ignarus rerum mearum fui; quid de Cæsaris, quid de Milonis nominibus actum sit: ac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus, in republica quid [n] ageretur. quare si quid erit, quod scias de iis rebus, quas putabis scire me velle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est præterea? nihil sane, nisi illud: valde me Athenæ delectarunt: 53 urbs dantaxat, & urbis ornamentum, & hominum

m non deest in MS.

n geretur MS. gereretur Grav.

52. *Sed quia δυσαχήλητα sunt.*) Qui primis illis temporibus excusi sunt libri, vacuum hic spatium habebant. posteriores Græcam hanc dictionem restituerunt, difficilia mitigatu exponentes. Nos non negligenter vetustas literas Græcas consideravimus, rectiusque & fidelius arbitrati sumus ex illis vestigiis δυσέκκλητα scribi posse: ut significet, talia sunt, ut nequeant in judicium vocari. quædam enim res, etsi te offendant, non tamen tantum criminis habent, ut de ipsis judicium exerceri possit. Nos antiquam scripturam confirmare volentes, hanc excogitavimus sententiam (nisi fall[a]tur) non ineptam: verum tamen quia volumus omnia facere, [ut] [o]mnes maculæ tollantur: si forte nos non vere antiquam illam scripturam reddiderimus, cunctis hic eam studiosis proponemus: ut ipsi, etiam si nostram non probarint, ex illis meliorem lectionem conentur eruere. Sunt omnino (ut puto) aliquantulum Græca hæc elementa corrupta. ΔΥCCΕΚΙΛΛΗΤΑ igitur est antiqua lectio. *Victor.* Δυσευκοίμητα) Contraria somno, nam per noctem cura recursat. al. δυσεκίλλητα, nos δυσεγκύκλητα, legi commode posse suspicamur, hoc est, difficilia ad demonstrandum, & quasi per notas significandum ἐγκύκλημα γὰρ λέγεται μηχάνημα ξύλινον τροχὸν ἔχον· ὅπερ περιστρεφόμενον, τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ διαπράττεσθαι, καὶ τοῖς ἔξω ἐδείκνυε, λέγω δὴ τοῖς θεαταῖς. Aristoph. interpres in Acharn. *Corrad.* Δυσκήλητα.) Libri manuscripti aliquot habent, δυσεκίλλητα, unde ego libenter fecerim, δυσκήλητα, id est, difficilia ad mulcendum, seu δυσευκήλητα, vel δυσευίλατα, id est, difficilia ad placandum. Licet etiam legere, δυσευκοίμητα, seu δυσευκοίμιστα, id est. difficilia ad sopiendum. *Lambin.* Antiquus liber habet, δυσέκκλητα, hoc est, de quibus non possumus libere loqui aut queri. *Ursin.*

53. *Turba duntaxat? & urbis ornamentum.*) Quædam sunt in his versiculis, quæ vel aliter in antiquis libris legantur: vel ut frigida

&

minum amores in te, & in nos quædam benivolentia: sed multum & philosophia. 54 ἄνω κάτω 55 si quid est, est in Aristo, apud quem eram. nam Xenonem tuum, vel nostrum potius, Quinto concesseram: & tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus o invicem. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas; ut sciam, o junctí Victor.

& jacentia suspecta sint. Primum placet *urbs*, ut est in plerisque meorum: notamque rogandi; post *Ornamentum* trajici: Secundo loco, ut est in Faernino & Bononiensi: *Quadam* potius, quam *Quadam*: Tertio *Et* pro *Ea*: ut est in meis aliquot: postremo pro eo quod est ἄνω κ̀ κάτω, *Antiochina*: ut scriptura omnis hæc sit. *Urbs dumtaxat, & urbis ornamentum? & hominum amores in te, in nos quadam benevolentia: sed multum & philosophia Antiochina. siquidem est in Aristo, apud quem eram*. Antiochina placeat illa faciunt: primum dicendi ratio nova: deinde etiam sententia: quia, si per philosophiam ἄνω κ̀ κάτω, sive sursum & deorsum, morem Academiæ significet, εἰς ἑκάτερον disputantis, næ illud durum nimis & coactum videatur, & a communi hominum intelligentia sensuque remotius, quam ut Ciceronis consuetudo ferat: sin variam & distractam, & quasi fluctuantem: hac Cicero delectatus non est: nec eam is, apud quem erat, Aristo, coluit: sed uterque veterem probavit: Cicero quidem suo quodam genio: Aristo, hoc amplius, quod eam a fratre Antiocho in honore habitam, quasi per manus acceperit, & domi habuerit: quod idem Cicero in fine Bruti significat. Et quanquam in plerisque meorum sursum deorsum legitur: in nonnullis tamen est, ἄνω κ̀ κάτω. Et fieri potest, ut Latina interpretatio Græcorum verborum locum occuparit; ab imperitis scriptoribus relictum vacuum: cujus rei non desunt exempla: Atque hujus quidem postremæ suspicionis auctor mihi fuit amicus meus, reliquarum emendationum libri veteres. *Malasp.* Imo delenda est ubique nota interrogationis. *Duntaxat*; enim est; saltem, minimum. Si nihil aliud me delectavit; saltem urbs ipsa quæ tam magnos viros tulit, & ejus ornamenta, templa scilicet antiquissima, monumenta & statuæ hominum excellentium, scholæ Platonis, Aristotelis, Zenonis aliorumque. Senec. ep. 85. *Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem, nec officientem animo*. exempla notabimus alibi plura. *Grav.*

54. Ἄνω κάτω, *si quid.*) Bosii ex Scidis lectionem hanc sequitur Junius, interpretationem minime: vulgo ἄνω κ̀ κάτω *si quidem est in Aristo*; quam lectionem esse omnium librorum ait Lambinus, nisi quod quidam pro *Græcis* habent *Latina*, *sursum & deorsum*: Malasp. pro ἄνω κ̀ κάτω vult legi *Antiochina*. Cleric.

55. *Si quidem est in Aristo, apud quem.*) In libro doctissimi viri emendatum, est, *sic quidem existimat tuus apud quem eram*; ut de Patrono intelligatur. Sed magis placeret; *sic quidem existimat Aristo, apud quem eram*. Ursin.

sciam, quid agas, ubi quoque, & maxime quando Romæ futurus sis.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

p advenero *MS.*

q nobis *deest in MS.* P. B.

r erit *alii.*

s quam *alii.* ac *alii delent.*

HUI! totiesne me litteras dedisse Romam, cum ad te nullas darem? p at vero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari potuerint, committam, ut non dem. Ne provincia q nobis prorogetur, per fortunas! dum ades, quidquid provideri potest, provide. non dici potest, quam flagrem desiderio urbis, quam vix harum rerum insulsitatem feram. 56 Marcellus fœde de Comensi; etsi ille magistratum non gesserit, r erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur non minus stomachi nostro? s ac Cæsari fecisse. sed hoc ipse viderit. Pompejus mihi quoque videbatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam certe iturus. id ego minime probabam; qui quidem Theophani facile persuasi, nihil esse melius, quam nusquam illum discedere. ergo Græcus incumbet. valet autem auctoritas ejus apud illum plurimum. Ego has pridie nonas Quint. proficiscens Athenis dedi; cum ibi decem ipsos fuissem dies. ve-

56. *Marcellus sedendi comes.*) Nos hunc locum mancum diminutumque esse puramus, ut omnino sine meliorum librorum copia, nullo pacto corrigi restituique possit. Quia tamen quacumque ratione possumus, volumus his opem adferre, opinionem nostram proferemus, non de verborum restitutione (vix enim id puto posse fieri) sed de re, quam credimus hic tractari, quæ tamen etiam verbis aliquid lucis adferet. Nisi fallimur, exponit historiam quandam de Comense a Marcello virgis cæso in ludibrium Cæsaris. Cum enim ei civitati jus Latii Cæsares dedisset, quicumque in ea magistratum gerebant, statim fiebant cives R. Comensem igitur quendam qui magistratum in sua patria gesserat, obidque civis R. esse existimabatur, Marcel. Consul Romæ cæcidit, ut beneficia Cæsaris rata non esse ostenderet. non enim ea pœna afficiebantur cives R. jussitque odio & acerbitate ductus, qua in Cæsar. ferebatur, eum plagas illas Cæsari ostendere, quæ peregrinum eum, non civem esse coarguebant. quę res nocere reipublicę visa est. Quales enim adversus illum ejus inimici futuri essent, si privatus rediisset, declaravit: animumque Cęsaris ad nova consilia capienda exacuit. hanc autem rem diligenter Appianus narrat. *Victor. Marcellus fœde in Comensi: & si ille magistratum non gesserat, erat tamen Transpadanus. ita mihi videtur non minus stomachi nostro, quam Cæsari fecisse.* Ita locum jampridem restituit Octavius Pantagathus. *Ursin.*

57. *Una*

venerat Pomtinius : 57 una Cn. Volusius : aderat t quæstor : tuus unus Tullius aberat. 58 ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota Mytilenæorum habebam, 59 & aliquid ἐπεῖχον

t quæst. Rufus : unus Tull. *Corrad.*

57. *Una Cn. Volutius : aderat quæstor ; tuus unus.*) Ita & restituit & distinguit Bosius ex Decurtat. vulg. *nam Cn. Volusius aderat quæstor. tuus unus, &c.* Lambino legendum videtur, *Jam Quintus Volusius aderat & quæstor Rufus unus, &c.* verumtamen tutius censet retinere lectionem receptam. *Cleric.*

58. Ἄφρακτα *Rhodiorum.*) Naves quasdam non septas ep. 12. & 13. h. l. *aphractus*, ep. 8. lib. VI. *Corrad.* Ἄφρακτα scilicet navigia, sunt naves apertæ quæ opponunt καταφράκτοις, hoc est, constratis seu tectis, quæ nimirum tabulis contegebantur. Illæ naves erant minores, & μονήρεις plerumque. vide Joh. Schefferi de Milit. Navali lib. II. cap. 5. *Grav.*

59. *Et aliquid ἐπίκωπον, de Parthis.*) Sic scripsimus ex vetusto nostro libro. quia tamen divinare aliquantulum oportuit, voluimus vetera vestigia nota facere, ut si cui nostrum judicium displicuerit, habeat & ipse ubi ingenium suum exerceat. est autem sic hic locus scriptus in antiquiore nostro libro, *Et aliquid* ἐπικονδεῖ. *De Parthis*. Nos arbitrati sumus syllabam in medio Græcæ dictionis, vitio librarii defecisse. utitur autem alibi in his epistolis hac voce. Tres autem ultimas literas abundare existimavimus : quasique sequens monosyllabum inepte & incommode bis repetitum esse. Non autem hic tantum Græcis characteribus Latinas voces scriptas habet hic codex. Germani fere eandem lectionem, quam nos videmur invenisse (si fideliter illam reddiderunt) in antiquo suo libro, quæ tamen mutilata est, indigetque aliquo auxilio. *Victorius*. Ἐπίκωπον.) Ναυτικὸν exponit Aristoph. interpres in fabula, quæ Ἀχαρνῆς inscribitur, unde nos quoque nauticum, & ad remigandum aptum, vertere possumus. hinc *Phaselum epicopum* dixit. ep. 18. lib. XIV. lege Suidam. al. ἐπικονδεῖ, unde nobis legendum videtur : ἐπικόνδει, quod vas esse scribit Pollux, Καππαδοκικὸν, Βησικκόν, καὶ Περσικόν. Athenæus vero Ἀσιατικόν, ut Cicero cum joco verbo regionis, quo navigabat, utatur, & dicat, se non modo naves, sed aliquid etiam vini & viatici ἐπὶ κόνδει paratum habere. *Corrad. Et aliquid ἐπίκωπον.*) Nostri libri veteres habent, & aliquid ἐπὶ κόνδει, id est, aliquid ad calicem, seu ad poculum. Κόνδυ enim poculi genus est, ut docet Pollux libro VI. significat igitur fortasse Cicero jocas, se etiam vini amphoras imposuisse in navim. Omnino scripturam antiquam restituendam censemus, Perri Victorii autem conjecturam rejicimus. *Lambin.* Pius *aliud* ἐπίσκοπον, sive κατάσκοπον. & paulo post, *Patrones*, pro *barones*. Ursinus. Ἐπίκωπον.) Κώπη remus, ἐπίκωπος, navis quæ remigio utitur. Victor. lege ἐπίκωπον, naves ἐπίκωποι κατ᾽ ἐξοχὴν *daar passagiers mede overvaren.* Gell. 10. 25. Actuariæ, quas Græci ἐπίκωπας vocant vel ἐπιβατίδας, ad quæ notat Salmas. etsi actuaria in genere sit quævis quæ remis agatur, specialiter tamen id de eo genere navium dictum, quo homines transvehebantur, non etiam onera, quas Ulpian. lib. I. de Exer. Action. ἐπιβαθηγοὺς appellat ad Jus Att. & Rom. p. 738. *J. F. Gronov.*

χον αἰεί. De Parthis erat silentium. quod superest, dii juvent. Nos adhuc iter per Græciam summa cum admiratione fecimus. nec mehercule habeo, v quod adhuc quem accusem meorum. videntur mihi nosse nos, nostram causam & conditionem x professionis suæ. plane serviunt existimationi meæ. quod superest, si verum illud est: 60 οἵα γ᾽ ἡ δέσποινα, certe permanebunt. nihil enim a me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinquendi locus. sin id parum profuerit, 61 fiet aliquid a nobis severius. nam adhuc lenitate dulces sumus; &, ut spero, y proficimus aliquantum. sed ego hanc, 62 ut singuli dicunt, ἀνεξίαν in unum annum meditatus sum. proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inveniar. Nunc redeo z ad quæ mihi mandas; 63 ni præfectis excusationi sis, quos voles, deferto. non ero tam μετέωρος, quem in Apulejo fui. Xenonem tam diligo, quam tu: quod a ipsum sentire certo scio, Apud Patronem, 64 & reliquos barones te in maxima gratia po-

v quod alii delent.

x professionis MS.

y proficiemus MSS.

z ad ea quæ MS.

a id ipsum alii.

P. LXXIV.

60. Οἵαπερ ἡ δέσποινα.) Hæc est antiqui nostri exemplaris lectio. Raro autem Cicer. integrum proverbium adducit: prima tantum verba, quæ totum indicent ponit. Idem Plat. hoc proverb. in VIII. Polit. deminutum pronuntiat: Ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν οἵαπερ αἱ δέσποιναι γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι. *Victorius.*

61. *Fiet aliquid a nobis severius.*) *Serius* habent veteres omnes libri. & paulo post: *Nunc ad ea quæ mihi mandas.* pro verbo autem *excusatio* legebat Faernus *excusato*. Ursinus.

62. *Ut Singuli dicunt.*) Serio sciro me hanc vim, quam nunc mihi facio, ultra unum annum sustinere non posse. sed *quid singuli dicunt?* Henr. Steph. vult emendare ἀνεξικακίαν. sed omnes libri retinent vulgata, lege *ego hanc, ut Siculi dicunt*, ἀνεξίαν. Nam Siculi vocabulis & generibus loquendi utebantur, a quibus refugiebat vera, & sincerior Hellas. Plaut. Pers. 3. 1. 67. Cic. in Divinat. cap. 12. Si literas Græcas Athenis, non Lilybæi didicisses. Pollux lib. IX. cap. 6. testem dat Aristot. οὐγκίαν Siculis δύνασθαι χαλκοῦν ἕνα. *J. F. Gronov.*

63. *Ni præfectis excusationi sis.*) Hæc est Decurtati scriptura: Lambinus a veteribus libris longius recedens scribit, *in præfectis excusato: tribunos quos voles, deferto &c.* vulgaria; *in præfectis excusatio: iis, quos voles &c.* quam Faernus probabat, nisi quod *excusato*, pro *excusatio* substituebat. *Cleric.* Ex vulgatorum manuscriptorum lectione, quæ est *in præfectis excusatio iii quos voles*, simpliciter & facile sequitur *in præfectis excusa; tris, quos voles, deferto*, Bosius quo volet, eat. Excusa, scilicet quod tibi non indicavi, si quos velles mecum proficisci, ut mihi commendares: nunc loca adhuc tribus dare possum. *Gronov.*

64. *Et reliquos Barones.*) Id est, viros forteis & a perturbationibus

posui; & hercule merito tuo feci. nam mihi is, ter 3 dixit, te scripsisse ad se, mihi ex illius litteris 65 rem illam curæ fuisse, quod ei pergratum erat. sed cum Patron

bus invictos. Glossarium vetus, *Baro*, ἀνήρ. Nam quod alii *Varones*, id est, bardos, fatuos, stultos, legunt, vel eo nomine mihi quidem probari non potest, quod Epicureos Cicero apud hominem Epicureum non ita fuisset appellaturus. *Junius*. Libri optimi habent *Barones*, vel *Varrones*, r geminata; quod integrum, & incorruptum puto. Nam Βάρων apud Græcos fuit nomen proptium viri gravis & principis, quod ceteros autoritate & imperio præponderaret. Inde Varro Romanum cognomen Terentiæ gentis, & Baro vocabulum potestatis apud Italos & Francos. Servius in undecimo Æneidos: *Varro cum de suo cognomine disputaret, ait eum qui primus Varro sit appellatus in Illyrico hostem Baronem nomine quod rapuerat & ad suos portaverat, ex insigni facto meruisse cognomen*. Brutus ad Ciceronem: *Non si Baronis thesauros haberem, sustinere sumtum possem*: ubi Baronem appellat Cæsarem Dictatorem, quasi gravem dominum & impotentem; qui magnum thesaurum ad Opis ædem deposuerat, quem M. Antonius post ejus mortem abstulit, ut est Philippica II. Cicero hic Epicuræos philosophos, homines voluptarios, per jocum nominat *Barones*, quasi graves, serios, & virtute ac doctrina ceteris præstantiores. Alii legunt *Varones*, & interpretantur stolidos, tardos, & hebetes a Vatis, id est, furcillis quibus retia attolluntur. De Finibus libro secundo, *Hæc cum loqueris nos Varones stupemus*. In Epistola ad Pætum: *Ille Varo se putabat quæsiturum*. Lucilius:

Varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra.

Persius Satyra V.

Varo regustatum digito terebrate salinum.

Sed non est verisimile Ciceronem cum ad Atticum Epicureæ philosophiæ sectatorem scriberet, Patronem & reliquos Epicureos amicos utriusque, contumelioso vocabulo fuisse appellaturum. Itaque hic & in Epistola Bruti lego *Barones*, vel *Varrones*, in aliis locis *Varo*, *Varones*: & illud origine Græcum & honorificum, hoc purum putum Latinum & probrosum nomen esse arbitror. *Popma*. *Varrones* tuetur Turneb. Adversf. IX, 2. Nam ut longurio, inquit, pro longo & inepto, voce a longuriis deducta, ponitur; pro vecordi & amente *vacerra*, quæ vox stipitem significat: ita pro stupido & bardo *Varro* vocabulo *a varris* deflecto, qui perticas significanr, usurpabatut. Et lib. XX. I. puto Varonem rusticum & stultum significare, a varis vel varris ducto nomine, sic tardi & stupidi parumque ingeniosi stipites & caudices vocantur. Sed P. Pithœus Adversf. I. c. 8. recte *Barones* scribi notat, ut & P. Victorius ad lib. XI. epist. ultima. Confirmant hanc scripturam Balliolens. & Helmstad. codd. & Victor. omnesque vetustiores editiones. Expositio Corradi & Manutii est ridicula. Non mirum autem in veteribus libris *Varo* scribi pro *baro*. Nullæ litteræ quam *b* & *v*. crebrius in monumentis priscis permutantur, ut ostendi ad Justinum, Svetonium, & volumen epistolarum ad Familiares. *Gravius*.

65. *Rem illam curæ fuisse.*) Vide epistolam, quæ prima est lib. XIII. Fam.

b *alii* Areopago. tron mecum egisset, ut peterem a vestro b Ariopago ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo prætore fecerant, commodius visum est & Xenoni, & post ipsi Patroni, me ad Memmium scribere, qui pridie, quam ego Athenas veni, Mytilenas profectus erat, c ut is ad suos scriberet; posse id sua voluntate fieri. non enim dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis invito Memmio impetrari non posset. 66 Memmius autem ædificandi consilium abjecerat: sed erat Patroni iratus. itaque scripsi ad eum accurate; cujus epistolæ misi ad te exemplum. Tu, velim, Piliam meis verbis consolere: indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciculum, in quo erat 67 epistola Piliæ: abstuli, aperui, legi: valde scripta est συμπαθῶς. Brundisio quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea, 68 tum videlicet d datas, cum ego me non belle haberem. nam 69 illam νομικὴν δρίαν ex-

c ut si ad vos scrib. *multi MSS. & quad. edd.*

d datæ *multa edd.*

Fam. tum omnia patebunt. exulabat autem Memmius Athenis, de ambitu condemnatus. ad Q. Fr. lib. III. ep. II. & Appianus lib. II. *P. Manut.*

66. *Ananius autem.*) Noster antiquior sane liber habet *Manius*. Sic & alii manuscripti, sic Germanorum codex. nos tamen *Memmius* emendavimus. intelligit autem epist. illam, quæ prima est ejus voluminis, in quo omnes quibus aliquos aliquibus commendat, collectæ sunt: qui ante erat lib. XIII. ibi autem totam hanc rem diligenter narrat. quare quin Memmius scribendum sit, dubitari non potest. nam eum ædificandi consilium abjecisse, in illa etiam traditur, cum inquit: *Nunc vero si audieris te ædificationem deposuisse*, & cetera. Cum superiore autem conjunximus, quia multis & evidentibus argumentis judicavimus importune dissectam fuisse. *Victorius.* In Balliol. & Helmstad. hic incipit epistola nova.

67. *Epistola Piliæ.*) Missa ad Ciceronem, ut is ad Atticum, Romam jam profectum, deferendam curaret cum inter ipsos irent redirent frequentes tabellarii. *P. Manut.*

68. *Tum videlicet data.*) Balliol. & Helmstad. *tum videlicet datas*, quod non rejecerim. Est idem ac si scripsisset tum videre licet datas. *Videlicet*, *scilicet*, ut pridem viri docti observarunt, apud veteres sæpe cum infinitivis construuntur. Lucret. lib. I.

Esse videlicet in nobis primordia rerum.

Plaut. Stich. IV, I.

Videlicet fuisse illum nequam adolescentem.

Vide Palmerii Spicileg. & G. Schoppi Verosimilia. *Grav.* Agnovit etiam pater subintelligi posse τὸ *sunt*; sed opinabatur Ciceronem hic antiquarium egisse & scripsisse *datas*, quod ipse post notavi ex Balliolensi; & genus id loquendi etiam tetigerat lib. III. Observat. cap. 9. *Gronov.*

69. *Illam νομικὴν δρίαν.*) Ita legendum ex consensu veterum librorum

excusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed maxime, ut valeas.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

NEGOTIUM magnum est navigare, atque [e] id mense Quintili. sexto die Delum Athenis venimus. pridie nonas Quintil. a Piraeo ad Zostera, vento molesto, qui nos ibidem nonis tenuit. [70] A. d. VIII. idus [71] ad Ceo

e Bosius deles id, male.

rum, Νομανδρίαν appellat constantiam & fortitudinem suam in praefecturis conterendis. Νόμος enim est praefectura. Hoc autem dicit, Ne acceperis pro excusatione non missarum literarum, quod veritus sim ne tentares constantiam meam tua delatione praefectorum, & eos mihi nominares, quos nollem. Non enim hoc veritus sum, & tu quos voles deferto. supra, & Epistola ultima. *Popma.* Νομανδρίαν.) Lege γεράνδρυον i. e. veterem, qua saepe usus sum: proprie est παλαιόν, ξύλον, ἢ φυτόν. *vetus arbor vel planta.* Julianus ad Liban. ἦν δὲ ἐντάυθεις οὐδὲν γεράνδρυον οὐδὲ σαπρὸν, *nihil erat antiquum, senio aut situ corruptum.* Videtur Attico, dum dubitat, quae Ciceroni causa fuerit ad ipsum non scribendi, cum ad alios scriberet, rogasse, numquid putaret se Romae non esse, sup. ep. 5. respondet jam Cicero, illa excusatione γερανδρύῳ & veteri, qua olim uti poterant, nunc postquam artiore scio de mansione ac discessu tuo, noli putare me usurum. *J. F. Gronov.*

70. *A. d. VIII, Idus ad Ceocum vicum: Deinde.*) Emendavimus ex manuscriptis, *Ab Ceo jucunde.* Narrat enim, quas faciles, & jucundas, quas molestas & difficiles navigationes habuerit. tot enim diebus unam tantum tranquillam navigationem habuit, reliquas odiosas, & multorum incommodorum plenas. *Victorius. Ab Ceo jucunde.*) Al. *ad Ceocum vicum*: nos *ad Ceum jucunde*, legimus, nam perspicue de accessu, non de recessu loquitur. de Ceo Plin. lib. IV. cap. 12. *Corrad. Ad* VIII. *Id. ab Ceo jucunde.*) Qui potuit Cicero Zostere Nonis teneri, ut ab Ceo VIII. Id. non ab eo loco, ubi Nonis detentus est, navigaverit? Nam inter Nonas profecto & VIII. Id. nullus dies intercedit. Itaque Corrado assentior, qui *ad Ceum* legit, praesentim cum excusi fere omnes antiquiores, & manuscripti etiam aliquot, ita habeant. Ad haec, tollitur etiam absurdum illud, ne videatur jucunde simul Cicero & saevo vento navigasse. Cum enim dico. *Inde Gyarum saevo vento: Inde*, ab Ceo intelligo, unde jucunde navigasse dixerat. quanquam in vetustis meis nonnullis, *Ad Ceum vicum, deinde.* & in aliis. *Ad Cei vicum, deinde.* Ut *jucunde* fieri potuerit ex *vicum*, & sequentis adverbii prima syllaba: rectum vero sit: *Ad Cei Vicum. inde Gyarum.* a qua lectione non sane valde abhorreo. *Malasp.*

Ceo jucunde. inde Giarum sævo vento, non adverso; hinc Scyrum; inde Delum, utroque citius, quam vellemus, cursum confecimus. jam nosti [f] ἄφρακτα Rhodiorum. nihil, quod minus fluctum ferre possit. itaque erat in animo nihil festinare, [g] Delo nec me movere, nisi 72 omna ἀκρωτηρίων οὖρια vidissem. De Messala ad te statim, ut audivi, de Gyaro dedi litteras; & id ipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium, 73 cui quidem valde συνηγωνίων. sed tuas de ejus [h] judiciis, sermonibus, & mehercule omni de reipublicæ statu, litteras exspecto, πολιτικώτερον quidem scriptas, (quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros) ejusmodi inquam litteras, ex quibus ego, non quid fiat, (nam id vel [i] 74 Helenius, vir [k] gravissimus, potest efficere,

f anfracta *MSS.* P. B.

g nec me de Delo *alii*. Delo *delet Faern.*

h judicii *alii*, & *Grav.*

i Helonius *alii*.

k gratissimus *alii*.

Malasp. Faernus ex vetere libro legebat: *Cei vicum: deinde Gyarum.* & paulo post, *Delo nunc me movere*, delebat nomen, *Delo*. Ursinus. Recte Manutius, *ad Ceo*, ut est in Decurtato & Cruseslino. Sed & ita legendnm esse docet ipsa itineris ratio. navigantibus enim in Asiam, & maxime Ephesum, quo ibat Cicero, ut inde in Ciliciam pergeret; a Zostere iter erat ad Ceo. Porro, Græcorum more, *Ceo* dixit quarto casu, ut illi τὴν Κέω Strabo de Artemidoro, ὀνομάζει δὲ Κέω τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ *Bosius*. Hæc insula etiam Cea dicebatur, fuit patria Simonides, de qua multa Salmas. in Plin. Exercitat. *Gravius.*

71. *Inde Gyarum.*) Gyarus aspera maris Ægei insula, in quam relegabantur Romani. Juven. *Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum*, hodie Stopodia. *Idem.*

72. *Omina ἀκροτηρίων ὄρια.*) Decurtati lectio hęc est quam sequitur Junius, nisi quod pro *omina*, vulgatum, *omnia*, servat. E depravatis veteris scripturę vestigiis, quę hęc sunt AKPA THKH-TPA, legendum putat Muretus ἀκρέτη τε καὶ οὔρια. lib. XIV. Var. lect. cap. II. Lambinus sequitur emendationem, ut ait, Bosii, quę hęc est ἄκρα τηρέω ἴυγγα Vulg. ἀκροτηριέων jura. mss. ἀκρατήρεων ʒura, alii *tuta*. unde placebat Manutio ἀκροτηρέων Cleric. Vid. Scheffer. de Militia Navali lib. II.

73. *Cui quidem valde συνηγονιζόμην.*) Veteres codices συνηγωνίων, prima pręteriti imperfecti persona, a verbo ἀγωνιῶ, quod metuere, & mœrore confici significat. cui quidem valde συνηγωνίων, id est, una cum illo mœrore cruciatuque afficiebar, de incommodis malisque quę illi accederant. incertum autem, de qua re intelligat. Svidas hęc Polybii verba citat, ἐγωνία δὲ τοὺς στρατιώτας μὴ ἐπιλείπῃ τὰ ἐψώνια, id est, mœrore autem milites afficiebat timor, ne deficerent cibaria. *Victorius.*

74. *Helonius.*) Faerni liber, *Helenius*. Fortasse melius. Fuit enim etiam eo nomine Acron Gramaticus, a Charisio, Helenius Acron vocatus: e cujus ille commentariis in Terentium, crebra resti-

cere , cliens tuus) sed quid futurum [l] sit. etiam cum l sciam.
hæc leges , habebimus consules. omnia perspicere pote- Cum *alii*.
ris , de Cæsare de Pompejo , de ipsis judiciis . No- m vel mea
stra autem negotia , quoniam Romæ commoraris , ama- *MSS.*
bo te , explica . Cui rei fugerat me rescribere , [75] de n aliquid *alii*.
strue laterum plane rogo . De aqua , si quid poterit o rogat
fieri , eo sis animo , quo soles esse : quam ego [m] cum *MS.*
mea sponte , tum iis sermonibus æstimo plurimi. ergo p tua *alii*.
[n] quid conficies. [76] Præterea , si quid Philippus [o] rogavit , quod in [p] sua re faceres , id velim facias . Plura scribam ad te , cum constitero ; nunc eram plane in medio mari.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

EPHESUM venimus a. d. XI. kal. Sext. [77] sexagesimo , & quingentesimo [78] post pugnam Bovillam. navigavimus

testimonia adducit, quem eundem putamus esse , qui Horatium exposuit. *Malasp.*

79. *Destrue salinarum plane rogo* .) Nos receptam lectionem conservavimus. non tamen visum est alienum , in obscura , & incerta re veterem lectionem testatam relinquere, maxime cum tam diversa sit : & si nos nihil ex ea , quod verisimilius sit , elicere potuimus. est autem hæc , *Destrues alterum plane rogo*. depravata omnino , & manca : sed quæ propter exemplaris auctoritatem , & hujus negotii obscuritatem , nullo pacto omitti debuerit . *Victorius* . Vetus liber , *de servis Salinarum* . Ursinus . Emendavi , *De strue laterum* , cum legissem in Tornæsiano & Crusellino , *destrues alterum* . Cogitabat Cicero de aquæ ductu lateritio faciendo , cujus generis quatuordecim fuisse Romæ tradit Procopius libro primo . *Bosius* . *De strue Halterum* .) Libri veteres *destrues alterum* ; vulgati, *salinarum*, *laterum*. Halteres vocantur pilæ plumbeæ massulæve , quibus utraque manu se librabant qui saltu contendebant . Martialis ;

Halteres agili rotant lacerto .

Cicero hic uti volebat in aquæductibus ad librandam , & educendam aquam. *Popma* . Quod si liceret leviter mutare verba , libenter legerem : *de strue Saliorum* , ut rem divinam ei mandet Marti Gradivo faciendam , dum militiæ erit. *strues* autem sacris adhibebatur, & *fertum* , & Martis sacerdotes erant Salii *Turneb.* Advers xxviii, 28. ubi quoque vide quomodo explicet veteris libri scripturam , *de strue falterum* .

76. *Praterea si quid Philippus rogavit* .) *Rogat* Faernus ex libro ma-

q anfract. MSS. vimus sine timore, & sine nausea; sed tardius propter q aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, privatorum, & de incredibili multitudine, quæ mi jam Sami, sed mirabilem in modum P. LXXV. Ephesi præsto fuit, aut audisse te puto, aut quid ad me attinet? 79 Verumtamen decumani, si venissem cum

manuscripto, in quo est, *si quid Philippus rogat quod in sua re faceres*: in aliis est, *in tua re*. Ursin.

77. *Sexagesimo, & quinto post pugnam Bovillam.*) Cum de cæde Clodii ad Bovillas facta non possit accipi, quæ multis ante mensibus fuerat, libenter legerem, *Septuagesimo, & quinto*. tot enim dies a Nonis Majis (quo die a Cicerone in provinciam proficiscente Atticus discessit, sic enim patebit rationem attente subducenti) ad XI. Kal. Sextilis numerantur. & Attici discessum ideo pugnam opinor Bovillam appellari, quia, cum Ciceronem proficiscentem Bovillas usque prosecutus esset, ulteriusque progredi vellet, Cicero autem recusaret; ortum est inter eos quasi certamen humanitatis, ægreque discessus factus. hoc autem eo magis opinor, quia, simul eos in Tusculano fuisse, cum in prima hujus libri epistola videam, prosecutum deinde Atticum usque ad Bovillas, facile mihi sit verisimile. Ephesum igitur, inquit, veni a. d. XV. Kal. Sext. septuagesimo & quinto postquam a te discessi. *P. Manut.*

78. *Post pugnam Bovillam.*) Poggiana, & Lolgiana exemplaria: *Post pugnam ambo villam*. ut legi posse videatur *ad Bouillam*. eoque magis, quod Bouilliam pugnam a Bouilla declinandum videtur. quanquam *Bouillam* non respuo. *Malasp.* Puto significari diem, quo die Clodius a Milone interfectus est. itaque numerum esse corrigendum, & ita legendum, *quingentesimo quadragesimo quinto die, post pugnam ad Bouillas*. sic infra loquitur in extremo epistolæ primæ, lib. II. *Post pugnam Leuctricam die septingentesimo sexagesimo quinto*. Quod si dies ab XI. Kal. Sext. ad Terminalia, seu potius ad eum diem, quo die litteras illas primas libri sexti dedit M. Tullius, numeres, reperies circiter 220. dies. At dies 545. & 220. efficitur 765. *Lambin.* Haud dubitare viros doctos hoc loco legendum *Bovillanam* scribit Phil. Cluverius lib. III. Ital. antiq. pag. 920. Nec scio quos intelligat, quum vel acquiescant vulgato, vel ex scriptura duorum exemplarium *post pugnam ambovillam*, ut est, & in Balliol. Malaspina tentet *ad Bovillam*, unde potius per transpositionem litterarum duarum exsisteret *pugnam Bovillanam*. Gronovius.

79. *Verumtamen Decumani, ut si.*) Ita emendavit ex constanti veterum librorum scriptura, *Decumanus venissem*. Decumani, inquit, & publicani me exceperunt ut proconsulem venientem cum imperio populi Romani. Græci homines provinciales quasi Prætori suo se alacres obtulerunt. Ex quo certe intelligis id mihi nunc præstandum esse, quod multos ante annos ostendi, me publicanorum pariter, & provincialium utilitati, & concor-

cum imperio, Græci quasi Ephesio prætori r se alacres obtulerunt, ex quo te intelligere certo scio, multorum annorum 80 ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. sed, ut spero, utemur ea palæstra, quam a te didicimus; omnibusque satisfaciemus: & eo facilius, quod in nostra provincia 81 confectæ sunt pactiones. Sed hactenus, præsertim cum cœnanti mihi nuntiaret. s Cæstius, se de nocte proficisci. Tua negotia Ephesi curæ mihi fuerunt; Thermoque, tametsi ante adventum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen 82 Philogenem & Sejum tradidi; 83 Apollonidiensem

r ea *MSS.*

s Sextius *Manut.* Sectius *alii.*

cordiæ servire. *Popma*. Nihil certius hac emendationem Popmæ, quæ tamen debetur Mureto, qui sic legendum præcepit, Var. lect. XIV. II. Nam Balliol. Helmstad. P. Vict. P. Manut. aliique vett. edd. & libri: *verumtamen de Cumanis* sine *cum*. Nam cum sciolus quidam ignoraret *decumanos*, nosset vero in illo tractu Asiæ Cumas sitas, quamvis sit urbs Æoliæ non Joniæ, divisit hanc vocem, ac credidit Ciceronem apud Cumanos quoque fuisse, quamvis satis longe remoti illi sint ab itinere, quod Cicero sequitur, & præterea *Cumæis* potius dixisset Cicero hujus Asiaticæ urbis incolas, quam *Cumanos*. Sic itaque scribe *verumtamen decumani ac si venissem cum imperio.* τῦ *acsi* vestigia clara satis latent in *Decumanis*. sic paulo post idem fere vitii genus obsidet Balliol. Helmstad. pluresque vetustos codices alios, in quibus legitur: *Ephesio prætoris ea alacres*; cum tamen in editionibus recte scribatur: *Ephesio prætori se alacres*. Duplex hominum genus Cicero dicit se magno honore in Asia accepisse, Romanos decumanos qui agrum reipublicæ conduxerant, & Græcos Ephesios, quamvis suam non attigisset provinciam, & ad illos Ciceronis imperium nihil pertineret, quod non nisi in sua provincia poterat exercere. Hinc dicit, *quasi venissem cum imperio*. In illam enim provinciam non venerat cum imperio, sed in Ciliciam. Nihil liquidius. *Græv.*

80. *Ostentationes meas*.) Hoc est, quod multis annis antehac prætuli, & me haberi volui virum bonum & moderatum principem, id nunc *specimen specitur*, ut loquitur Plautus, *id certamen cernitur*. veritas ea fuerit, an simulatio, nunc arbitrabuntur homines: & observabunt, an hæc potentia etiam mores meos sit mutatura. *J. F. Gronov.*

81. *Confecta*.) Decumanorum, & aratorum, quid hic illis decumæ nostræ pendere debeant, Cic. III. Verr. 20. & 14. inter has autem decumanas hosque aratores facillime existebant lites, cum illi plurimum auferre, hi minimum dare vellent; deinde adhibitus prætor lupum tenebat auribus, periculumque erat, ne aut offenderet publicanos, hoc est ordinem equestrem, aut provinciales injuria afficeret, atque ad inopiam redigeret. *Idem.*

82. *Philogenem & Sejum tradidi*.) Ex vetere nostro lib. lectionem nostram hausimus. *Tradere* autem *quempiam alicui* est consti-

sem Xenonem commendavi. omnino omnia se facturum recepit. Ego præterea rationem Philogeni permutationis ejus, quam tecum feci, edidi. ergo hæc quoque hactenus. Redeo ad urbana. Per fortunas! quoniam Romæ manes, primum illud t præfulci atque v præmuni, quæso, ut simus annui; ne intercaletur x quidem. deinde exhauri mea mandata; maximeque [84] si quid potest, [85] de illo domestico, scrupulum quem non ignoras; deinde de Cæsare: cujus in cupiditatem te auctore incubui: nec me piget. & si intelligis quam meum sit scire, & curare, quid in republica fiat: fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit, perscribe

t perfice *MSS.*
v præmunitus *MSS.* *id.*
x quid *alii.*

stituere ipsum apud illum, & quasi præsentem in manus porrigere, & dare. Ut Cicero in epistola, qua commendat C. Cæs. Trebatium: *Totum denique hominem tibi ita trado: de manu (ut ajunt) in manum tuam istam, & victoria, & fide præstantem*. Erat autem Philogenes libertus Attici, ut ex verbis illis colligitur, quæ sunt in VI. libro: *Cum Philogenes libertus tuus Laodiceam ad me salutandi caussa venisset*. Victorius. *Sejum Rhodium*.) Nostri fere *Sejum tradi*. unus Romanus *Tragedi*. Ego Victorium sequor, cum præsertim Sejus nomen Latinum sit. *Malasp*. Confirmat hanc lectionem Balliol. & Helmst. quamvis omissa syllaba corrupte in iis scribatur: *Et Sejum tradi*. Tradere enim est commendare lib. XIII. ad Fam. ep. I. *Et jam a Phædro, qui nobis, cum pueri essemus, antequam Philonem cognovimus, valde ut philosophus, postea tamen ut vir bonus & suavis & officiosus probabatur, traditus mihi commendatusque est*. Horat. *Scilicet ut tibi se laudare & tradere coner*. Sed hæc trita. *Grav.*

83. *Et Appollonidiensem Xenonem*.) In conventu, opinor, Pergameno. Sic Plinius lib. V. Nat. Hist. cap. 30. *Junius*. Malim Apollonidiensem, ab Apollonide sive Appollonida urbe Asiæ, cujus sæpe meminit. Hoc autem hic addit, quia alius Xeno Atheniensis, de quo Epistola decima, & libro decimo sexto. *Popma*.

84. *Si quid potest*. Faernus legebat, *potes*. & pro *scrupulum*, est *scrupulo* in manuscripto. *Et quam mea intersit*, pro *quam meum sit*. Ursin.

85. *De illo domestico*.) Propter uxorem jam tum minus obsequentem. epist. 2. lib. IV. vel propter Philotimum libertum in Milonis bonis officio suo minus fungentem epist. 8. h. l. vel potius propter curam collocandæ filiæ, epist. 4. h. l. & epist. 6. lib. VIII. Fam. ut id etiam significet epist. seq. & epist. 17. & 21. h. l. & epist. I. lib. VI. & epist. 3. lib. VII. *Corrad*. *De illo domestico*.) Ἐνόμυχον vocat Epistola sequenti, & ultima, matrimonium scilicet Tulliæ, de quo discedens in provinciam Attico mandaverat. Epistola quarta, & decima sexta. De Cæsare ut illi solverentur H-S. XX. & DCCC, quæ debebat, ep. I, 5 & 9. *Popma*.

86. *Et*

scribe ad me omnia ; sed diligentissime : in y primis ecquid judiciorum status aut factorum , aut futurorum etiam laboret . De aqua , si curæ est , si quid Philippus aget, z animadvertas.

y *ita Grav.* primisque *Grut.*
z animadvertes *alii.*

E P I S T O L A XIV.

CICERO ATTICO S.

ANTE quam aliquo loco consedero , neque longas a me , neque semper mea manu litteras exspectabis. cum autem erit spatium , utrumque a præstabo. nunc iter b conficiebamus æstuosa & pulverulenta via. dederam Epheso pridie : has dedi Trallibus . In provincia mea fore me putabam kal. Sextilibus. 86 ex ea die , si me amas , πκράγγελμα ἐνιαύσιον c commoveto. tamen interea hæc , d quæ vellem , mihi e afferebantur : primum otium Parthicum , dein confectæ pactiones publicanorum , postremo seditio militum sedata ab Appio , stipendiumque eis usque ad idus Quint. persolutum . Nos Asia

P. B.
a stabo *MS.* dabo *Gul.*
b conficiam *MS.*
c commovero *MS.*
d vellem quæ *Jun.*
f nunciabantur *alii.*

86. *Ex ea die , si me amas , πκράγγελμα ἐνιαύσιον commoveto.*) Diu mansit hic inane spatium : cum omnis, Græcæ literæ quomodo reponi deberent, nesciret. Germani πκράγγελμα ἐνιαύσιον restituerunt: quos ipsi secuti sumus, quoniam similes valde characteres in nostro antiquiore invenimus. rectius tamen esse putavimus, antiquam hic scripturam collocare , maxime cum locus obscurus sit , & fortasse lacer. est autem hæc , Πάγγελμα ἐνιαύσιον. videtur autem eandem rem , quam in principio sequentis epistolæ exponit , hic tractare , ubi quædam verba nos ex antiquis exemplaribus restituimus: de quibus paulo post agemus. erant autem & Latina verba hic parum integra : quæ nos auxilio meliorum codicum castigavimus . Omnis autem nostra suspicio est in primo illo Græco nomine : nihil tamen certi , quod in medium adferamus , habemus. *Victorius* . In libro viri doctissimi emendarum est sive ex ingenio, sive ex antiqua scriptura, *& si me ἐπάγγελμα ἐνιαύσιον commovebat tamen.* Ursinus. Curabis mandatum meum de annuo munere provinciali non propagando . Glossæ πκράγγελμα , præceptum : licet etiam significet petitionem magistratus; vel diem comitiorum : sed ea notio hic non convenir. *Popma* . Quæ hic dicta sunt, parum placent ; vel ob id , quod ex solito more id egerint viri docti , ut adderent literas scriptæ lectioni, quum passim pateat dementendum verius esse aliquid , ut scripsisse videatur ΠΑΙΓΜΑ ΕΝΙΑΥΣΙΟΝ. Hæc enim vox πλ΄ιγμα nota est , quæ indicat gradum & processum , ut innuat se ab eo die velle ut incipiat & progrediatur suus annus. *Gronov.*

Asia accepit admirabiliter. adventus noster nemini ne f minimo quidem fuit sumptui. spero meos omnes servire laudi meæ. tamen magno timore sum: sed bene g speramus. omnes jam nostri, præter Tullium tuum, venerunt. erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum. æstivos menses reliquos rei militari dare, hibernos jurisdictioni. Tu, velim, si me nihilo minus nosti curiosum in republica, quam te, scribas ad me omnia quæ sint, quæ futura sint: nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quæ tibi mandavi, confeceris t in h primisque illud [87] ἐνδόμυχον quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis & pulveris. reliquæ subtiliores erunt.

f nummo *alii.*

g patamus *alii.*

h primis quid *alii.*

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

LAODICEAM veni pridie kal. Sext. [88] ex hoc die clavum anni movebis. nihil exoptatius adventu meo, nihil

87. Ἐν ὁμίλῳ.) Ipsi hanc scripturam invenimus in antiquo, Ἐνόμυχον. Quare unam literam tantum addentes, ἐνδόμυχον scripsimus. significat autem ἐνδόμυχον occultum & abditum, quasi in domus penetralibus reconditum. Est autem idem hoc verbum in fine. hujus libri in eodem codice sincere scriptum. *De ἐνδομύχῳ probo idem quod tu:* ubi etiam in vulgatis depravatum erat. eandem enim rem paucis verbis & illic tangit. innuit autem, si divinare licet, id est, non certis omnino conjecturis fidem habere, Tulliæ nuptias, quæ hoc tempore Dolabellæ nupsit. est enim omnino domesticum quoddam negotium, quod ipsi magnæ curæ erat. nam quid aliud esse poterat, quod ille tantopere celaret, & sæpe tam accurate commendaret? arbitramur etiam eandem hanc rem tangi verbis illis. quæ in superiore epistola scripta sunt: *Deinde exhauri mea mandata, maxime quæso quid potest de illo domestico, &c.* ut forrasse domesticum illic appellet, quod postea ἐνδόμυχον. Item illis: quæ in tertia ab hac epistola sunt: *Sestius ad me scripsit, qua tecum esset de mea domestica & maxima cura locutus, quid tibi esset visum, &c.* Victorius.

88. *Ex hoc die clavum anni movebis.*) Nos ex nostro illo antiquiore reposuimus hæc verba, quæ negligenter (nisi fallimur) relicta erant. Clavis autem numeros annorum antiquitus signari solitos, ex Tit. Livio compertum habemus. ut alludat nunc Cicero ad priscum illum morem: post eum enim diem anuum tempus jam minui incipiebat. valde autem cupiebat Cicero, ut ex mul-

nihil carius. ſed eſt incredibile, quam me negotii tædeat. i non habeat ſatis magnum campum ille tibi non ignotus curſus animi [89] & induſtriæ meæ? præclara opera ceſſet? quippe; jus Laodiceæ me dicere, cum Romæ A. Plotius dicat? & cum exercitum [90] noſter amicus habeat; tantum [91] me nomen habere duarum le-

i *alii.* ne non.

P.LXXVI.

multis locis manifeſtum eſt, annuum ſibi hoc negotium non prorogati. Magnopere ſane huic loco cum ſuperiore illo convenit, *Ex ea die, &c.* Quare nos magis magiſque ſuſpicamur, in voce illa Græca mendum & perverſionem quampiam eſſe, ut potius ea aliquod; quod cum clavo aliquam ſimilitudinem habeat, ſignificari debeat: quod tamen nos non videmus. In extrema harum etiam dictionum; quas hic reſtituimus, aliqua perverſio eſt in antiquo codice: quam tamen nos, quam parva fieri potuit mutatione correximus. *Victorius. Ex hoc die clavum anni movebis.*) Hæc eſt Decurtati ſcriptura. repoſuerat Victorius antea, *ex hoc die clavum commovebis*, cum prius legeretur, *ex hoc die clavum animo verbis*, quæ etiam eſt & Tornæſ. & Cruſellini lectio. Hoc totum abeſſe a Beſſarionis & Ferri libris, & duobus antiquis qui Romæ ſunt, & ſine jactura poſſe abeſſe ait Manutius, niſi forte legatur; *ex hoc die commovebis*. Turnebus d. cap. 29. putat commodam recipere interpretationem vulgatam alias, *clavum amovebis*; Cleric. *Ex hoc die clavum animo verbis.*) Hoc totum abeſt a Beſſationis & Tettii libris, & a duobus item antiquis, qui Romæ ſunt apud amiciſſimum meum. nec hercule, ſi tollitur, erit, quod in ſententia deſideremus, ſin retinemus, legi poterit, *Ex hoc die commovebis.* ut ſit, quod in proxima dixit, παράγγελμα ἐνιαύσιον *commoveto.* &, *Ex hoc die*, quia, ſi ageretur de provincia non proroganda, antequam in provinciam eſſet perventum, abſurdum ac leve quiddam videretur. erat autem Laodicea provinciæ Ciceronis prima civitas, nec tamen in Cilicia, ſed in Aſia: cujus tres διοικήσεις ſibi attributas eſſe, ſcribit epiſt. 67. lib. XIII. Fam. *P. Manut.*

89. *Et induſtriæ meæ? præclara opera ceſſet?*) Sic diſtinguit Junius ex mſs. Palat. *& mea induſtria præclara opera &c.* Ceterum vulgo pro, *ceſſet*, quæ eſt Memm. Torn. & nonnullorum Italicorum ſcriptura, legitur *cenſent*; Lambinus malit, *a præclara opera ceſſem.* Cleric.

90. *Noſter amicus.*) C. Caſſius, ut ep. 18. qui, mihi dignitate non comparandus, tamen habet exercitum: ego duas tantum legiones, ac ne legiones quidem. nomen dumtaxat legionum tres enim cohortes aberant. ep. 6. l. III. Fam. Alii Bibulum ſignificari putant. ſed is nondum venerat in provinciam. (ep. 18.) & juſtior indignationis cauſſa, ſi de Caſſio accipiatur, nondum conſulari, quæſtoria tantum poteſtate ornato. *P. Manut.*

91. *Me nomen habere duarum legionum.*) Plutarchus tamen ait, eum habuiſſe exercitum, qui duodecim millibus peditum, & duobus millibus equitum, ac ſexcentis conſtaret. Auxit tamen

 poſtea,

legionum exilium? denique hæc non desidero: lucem, forum, urbem, domum, vos desidero. sed feram, ut potero: sit modo annuum. si prorogatur, actum est. verum perfacile resisti potest. tu modo Romæ sis. Quæris, quid hic agam? ita vivam, ut maximos sumptus facio. mirifice delector hoc instituto. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut vereas, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit, 92 Appii vulnera non refrico: sed apparent, nec occuli possunt. iter Laodicea faciebam 93 a. d. III. non. Sext. cum has litteras dabam, in castra in Lycaoniam, inde ad Taurum cogitabam, ut 94 cum k Mœragene signis col-

k *alii* Meophragine. *aut* Morphagene.

postea, ut idem ad Catonem sic scribit: *Ego in castra ad VII. Kalend. Sept. veni, cum interea ex superioribus diebus ex Senatusconf. evocatorum firmam manum, & equitatum sane idoneum, & populorum liberorum Regumque & sociorum auxilia voluntaria comparavissem.* Malasp. *Nomen habere duarum legionum* locutio est elegantissima, significans legiones sine viribus esse & robore. Liv. XXIX, 1. *Præterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent.* Idem VII, 29. *Campani magis nomen ad præsidium sociorum quam vires cum attulissent.* Tac. IV. Hist. 75. *Muciani ac Domitiani vana & sine viribus nomina*. Hujus locutionis ignoratio corrupit Livium lib. III. c. 65. *Jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet; nomine tantum se biennio habuisse*. Sic recentes editiones, eriam correctissimæ. Sed nimilonge melius vetustiores, *nomina tantum biennio habuisse*, nimirum tribunorum, ut pluribus adstruemus in Observationum libellis. *Gravius*.

92. *Appii vulnera*.) Decessoris mei peccata in jurisdictione & administratione provinciæ, non protraho in lucem: sed ipsa sunt tanta & tam multa ut in omnium oculos incurrant. sup. h. lib. ep. 13. infra 15. ep. 15. & 2. Famil. XVII. & 3. Famil. V. *J. F. Gronov.*

93. *A. d. III. Nonis Sext.*) Cur sic placuerit Bosio (hunc enim primum video) integrare vocem quartam, quum in prioribus, quantum scio omnibus vel *a. d.* vel *ad III. Non. Sext.* exhibeatur, etiam in ipso Helmæstad. & Balliol. non intelligo, & dicant ipsi. Ego exhibeo antiquum, nec id pronunciem *nonis Sextilibus*, sed *nonas Sextiles*. Gronov. *Cessas* legitur in Grævii edit.

94. *Cum Morphagene.*) Cum *Orphane*, libenter legerem. Orphanes enim nomen est Parthicum, ut ostendit Josephus lib. I. cap. de Bell. Jud. & *m* litera sæpe in sequentis verbi naturam corrumpitur, ut docent Quint. lib. VIII, cap. 3. hinc in orat. pro C. Rabirio Posthumo quum legeretur: *Classem Marchilei timeret*, nos, *Classem Archelai timeret*, correximus, & Paulo Manutio Venetiis ostendimus. al. *Mophragene*, ut videatur legendum, *Mœragena*. epist. 15. lib. VI, *Cerrad. Mofragene*.) Emendavi, *Mæragene*, ex De-

collatis, si possem, de servo tuo deciderem. 95 clitellæ bovi sunt impositæ, 96 plane non est nostrum onus: sed feremus: modo, si me amas, l sit annuum. adsis tu ad tempus, ut senatum m totum excites, mirifice sollicitus sum, quod jam diu ignota sunt mihi ista omnia. quare, ut ad te ante scripsi, cum cetera, tum respublica, cura, ut mihi nota sit. 97 Plura scribam tar-

l sin annuus *alii*. sit annus *Jan*.

m *alii delent* totū.

Decurtato, quo modo etiam legitur epistola prima libri sexti. In Tornæsiano, & Crusellino, *E*, littera versa fuerat in, *F*, ex qua commutatione orta est vulgata scriptura, *Mosragene*. Ceterum Atticus aliquid ab hoc Mœragene, servi cujusdam fugitivi nomine, petebat, quem Mœragenes, ut conjicio, receperat. jocose autem ait, *signis collatis*, quod, cum esset cum imperio, omnia armis acturus videretur, & vi Mœragenem adacturus ad satisfaciendum Attico. *Bosius*.

95. *Clitella bovi.*) Est versus senarius proverbialis. —— *clitella bovi Sunt imposita, Cillane non est nostrum onus:* quo Cicero significat munus provinciale parum sibi accomodatum & non satis dignum suis viribus esse, ut scribit in Epistola ad Cœlium: *Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui majora in republica onera sustinere & possumus & solemus.* Bovi enim clitellæ non insternuntur, sed asino. *Cillanus* est agaso & agitator jumentorum, ab antiquo verbo *Cillo* vel *Cileo*, quod moveo & impello significat. Unde Furcillæ quibus frumenta moventur. *Popma*. *Clitella bovi.*) Proverbium, quo utebantur, cum significarent, se rem suscepisse, vel non sui stomachi, vel non suorum humerorum: quale apud Sveton. Othonis: τί γὰρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς. cap. 7. ipsum habetur apud Amm. Marcell. lib. XVI. pag. 63. ubi pro *Cyllana* legitur *plana*, & Quintil. lib. V. Cast. cap. XI. Clitellæ sunt sellæ dorsuariæ asinis imponi solitæ ad commodius ferenda onera. Phæd. fab. 15. *J. F. Gronov.*

96. *Cillane non est.*) Junius ait Bosium hæc optime ex Decurt. sui fide. Victorius edidit, *illane*, ut est in Tornæs. & Crusellino. *Cleric.* Et id satis vicinum τῷ *plane*, quam veram manum Tullii puto cum Lindenbrogio ad Ammianum Marcellin. XVI, 1. *Gronov.* Vide omnino Erasm. in proverbio: *Non nostrum onus, bos clitellas*.

97. *Plura scribam tarde reddituro.*) Nos hunc locum corruptum esse existimamus, nec potuimus antiquorum codicum auxilio, qui & ipsi non minus depravati sunt, aliquid opis adferre. Germani, qui *Alias tarde* emendarunt, non fecerunt hoc (ut putamus) veterum exemplariorum auctoritate ducti. in nullis enim manuscriptis *Alias* invenimus: sed omnes omnium emendationes illi in unum congesserunt. quod si quæ tantum in prisco illo exemplari invenerunt, adnotassent, nec cum illis violentas quasdam castigationes commiscuissent, melius profecto studiosorum utilitati suæque fidei consuluissent. Nobis etiam invitis vox illa *Alias*, nescio quo casu in nostrum codicem irrepsit. sed difficile est, cum depravatissimum librum in manibus habeas, quem castigandum

X 3 su-

tarde tibi reddituro? sed dabam familiari homini, ac domestico, C. Andronico Puteolano. tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris, 98 per magistros scripturæ, & portus nostrarum diœcesium.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

ETSI 99 in ipso itinere & via discedebant publicanorum tabellarii, & eramus in cursu; tamen surripiendum aliquid putavi spatii, ne me immemorem mandati tui putares. itaque subsedi in ipsa via, dum hæc, P. B. quæ longiorem desideraht orationem, summatim tibi perscriberem. Maxima exspectatione in perditam & plane eversam n in perpetuum provinciam nos venisse scito

n in perpet. *delent MSS.*

suſceperis, posse ita omnes maculas ex eo delere, ut non aliquando parva aliqua nota inhæreat, quæ oculos subterfugerit. *Victorius.* Junius ait Bosium sic recte legere, sed mss. Palar. tamen servare vocem, *tibi*, quod probat. Victorius locum hunc corruptum existimat: Lambinus conjecturam hanc Malasp. sequitur, *plura scribebam: tarde reddituro.* sed quum vidisset cod. Tornæs. habere *reditu ire*, maluit, *plura scribebam, sciens tibi tarde redditum iri: sed dabam &c.* Bosius etiam hinc legi posse censet, *plura scibam tarde tibi reddiu iri.* Germani & vulg. *plura scribam alias.* Cleric.

98. *Promagistris scriptura, & portus, & nostrarum diœcesium.*) Sic habent duo antiqui libri, Cavalcantis, & Bessarionis. forte legendum. *Et portus nostrarum diœcesium*, ut est in Alberti Tertii antiquo libro: ut sit sensus: dare poteris tabellariis publicanorum, & dare item poteris promagistris scripturæ, & portus nostrarum diœcesium. certe enim & scripturam, & portum intelligit intra ipsius diœceses, epist. 10. lib. 11. & 7. lib. XIV. & in orat. in Verrem. Quod si quis legat, *Per magistros*; subaudietur, mihi reddendas in provincia, ut tabellarii ad promagistros deferant, promagistri reddendas curent Ciceroni. *P. Manut.*

99. *In ipso itinere & via discedebant tabellarii.*) Majorem festinationem tabellariorum ostendit, cum subjungit, *Et via.* est enim in via, qui discedit, a loco ad locum iturus; est in itinere, non solum qui discedit, aut statim discessurus est, sed etiam qui subsideat in diversorio, aut in hospitio, discessurus post aliquot horas, aut etiam post aliquot dies. itaque sæpe ita loquimur, *Longo itinere, difficili via.* Tabellarii igitur, Ciceronis litteras exspectantes, non modo in itinere, sed in via etiam erant, statim, acceptis litteris, discessuri. *Idem.*

1. Mo-

ſcito pridie kal. Sextiles. [1] moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synnade. audivimus nihil aliud, niſi imperata ἐπικεφάλια ſolvere non poſſe: [2] ὠνὰς omnium venditas: civitatum gemitus, ploratus, monſtra quædam non hominis, ſed feræ neſcio cujus immanis. Quid quæris? o tædet omnium nos vitæ. levantur tamen miſeræ civitates, quod nullus ſit ſumptus in nos, neque in legatos, neque in quæſtorem, neque in quemquam. ſcito, non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem;

o omnes tædet vitę *Grav.*

1. *Moratus triduum Laodicea.*) Videtur legendum *moratos*, quomodo Faernum olim emendaſſe ex ejus annotatione quadam cognovi. *Urſin.*

2. *Omnes poſſeſſiones omnium venditas.*) In cunctis manuſcriptis, *Onas omnium venditas*, legimus: quare Græcis litteris ὠνὰς *ſcripſimus*. Duas autem has dictiones Græcas, quibus hic utitur Cicero, pluribus verbis exprimit in epiſtola quadam ad Appium: *Atque hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumptu legationum aut minuendo, aut remittendo, decreviſſe nihil, niſi quod principes civitatum me poſtulaſſent, ne in venditionem tributorum, & illam acerbiſſimam exactionem, quam tu non ignoras, capitum atque oſtiorum inducerentur ſumptus minime neceſſarii.* cum enim dicit venditionem tributorum, puto τὰς ὠνὰς eum intelligere: deinde per acerbiſſimam exactionem capitum, τὰ ἐπικεφάλια. Utitur autem in his ipſis epiſtolis Cicero prima voce, cum de bonis Milonis a Timotheo emptis, obſcure Græco ſermone cum Attico loquitur, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. Locus nunc tam clarus eſt, ut nulla eum amplius indigere putem declaratione. *Victorius*. Græca vox hic retinenda eſt, qua etiam utitur Epiſtola quarta, libro ſexto. Ea cum generaliter ſignificet quicquid poſſidetur comparaturque; hic proprie denotat publicos reditus civitatum, ut tributa, vectigalia, quæ dicit Græcos fuiſſe coactos vendere ut iniquas exactiones Appii ſolverent. *Popma*. *Onas omnium.*) Cum civitates ſpoliatæ, & ad pauperiem redactæ injuſtis exactionibus pecuniarum per magiſtratus annuos Romanos & fœnore merſæ a negotiatoribus, nec his amplius ad diem ſolvere uſuras, nec publicanis, quod debebatur populo Rom. pendere poſſent omnium ὠναὶ i.e. τέλη, δημόσια, vectigalia & reditus, ſubhaſtatas, ad ſectores iviſſe. Juſt. XXXVIII. 7. Plutarch. Lucul. pag. 504. App. Mith. 213. vel etiam ὠνὰς i.e. redempturas, ſive agros vectigales & ſtipendiarios, quos a populo Ro. conductos pro decumis habebant, qui non ſolverent, quod iniqua æſtimatione decumarum imperatum eſſet, ad haſtam poſſeſſoribus expulſis locatos alios. Nam ὠναὶ vendi dicere poſſunt, ut vendere & emere decumas dicebant. v. de Pec. Vet. 645. lib. IV. c. 5. Sic ὠνὰς accipit Andocides antiquus Rhetor ὠνὴν πριάμενος ἐκ τοῦ δημοσίου, qui eduxiſſet a Republ. *J. F. Gronov.*

dem; nec, præter quatuor lectos & tectum, quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque. itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex vicis, 3 ex domibus omnibus. mehercule etiam, 4 adventu nostro, reviviscunt justitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. itaque opiniones omnium superavit. Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se conjecit Tarsum usque: ibi forum agit. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Bibulus 5 ne cogitabat quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius vellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

P.LXXVII. ACCEPI Roma sine epistola tua fasciculum litterarum: in quo, si modo valuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. hanc epistolam dictavi sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. paucis diebus habebam certos homines; quibus darem litteras. itaque eo me servavi. Nos, tametsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provin-

3. *Ex domibus omnibus, mehercule etiam, adventu nostro reviviscunt justitia.*) Faernus hunc locum ita corrigebat, *ex domibus mehercule & jam adventu nostro reviviscunt justitia*. Ursin.

4. *Adventu nostro.*) Hic locus in impressis libris non recte distinctus. ego sic interpungo: *Ex domibus mehercule etiam, adventu nostro. reviviscunt justitia &c.* Reviviscere autem antiquum verbum est: quod & hic aperte legitur in antiquis libris, & a Lucretio usurpatur. *P. Manut.*

5. *Nuntiabatur quidem.*) Antiquior noster liber, *Negotiabat quidem*. Nos castigavimus, *Ne cogitabat quidem*: parva omnino perversione, si consideres, sæpe antiquos librarios *g* pro *c* scripsisse, & contra. Prima autem particula *Ne*, quam necessaria sit, multis argumentis ostendi potest. non parvum ducitur ex particula illa, *Quidem*, quæ fere semper ante se habet *Ne*, sic etiam loquitur Cicero de se in VI. libro: *Non. Majis in Ciliciam cogitabam*. Victor. Non cogitabat autem in provinciam quod timeret. ep. 8. lib. VI. *Gravius*.

6. De

vincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam. id fit etiam & legatorum, & tribunorum, & præfectorum diligentia. nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν gloriæ meæ. Lepta noster mirificus est. Sed nunc propero. perscribam ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Dejotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum. dum in æstivis nos essemus, p illum pueris locum esse bellissimum duximus. q Sestius ad me scripsit, quæ tecum esset de mea domestica & maxima cura locutus, & quid tibi esset visum. amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe, quid & possit, & tu censeas. Idem scripsit, Hortensium [6] de proroganda nostra provincia dixisse nescio quid. mihi in Cumano, diligentissime se, ut annui essemus, defensurum, receperat. si quicquam me amas, hunc locum r muniendi non potest, quam invitus a vobis absim. & simul hanc gloriam justitiæ & abstinentiæ fore illustriorem spero, si cito decesserimus. id quod [7] Scævolæ contigit, qui solos novem menses Asiæ præfuit. Appius noster, cum me adventare videret, profectus est Tarsum usque Laodicea. ibi forum agit, cum ego sim in provincia: quam ejus injuriam non insector. satis enim habeo negotii in sanandis vulneribus, quæ sunt imposita pro-

p illius pueri *MS.*

q Sextius *alii.*

r *alii* ama.

P. B.

6. *De proroganda nostra provincia.*) Eleganter Balliol. *De propaganda nostra provincia.* idem est quod *proroganda*. Sed quia hæc vox rarior est & exquisitior, a sciolis fuit perversa. Cic. v. ad Fam. 15. *Propagatio miserrimi temporis* est productio. Inferius in hoc volumine VIII. 3. *Ille provincia propagator*, ubi Malaspina ex depravato codice male reposuit: *Ille provincia prorogator*. quem tamen Bosius & Gruterus secuti sunt. Svet. Jul. *Crassum Pompejumque in urbem provinciæ suæ Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii caussa consulatum alterum peterent: & ut in quinquennium sibi imperium propagaretur*. Et in Cal. 29. *Propagari sibi commeatum sæpius desiderantem*. Idem codex Balliol. scribit: *Hortensius de propaganda provincia dixit*. Grævius.

7. *Scævola.*) Q. Scævolæ Mutii Pont. de quo ita scribit Ascon. in Verr. IV. *Q. Mutius Asiam singulariter rexerat adeo, ut dies festus a Græcis in honorem ejus constitueretur, qui diceretur Mutia.* Val. Max. lib. VIII. cap. ultimo. publicanos offendit epist. longa ad Lentul. ex ejus edicto Cicero quædam transtulit ep. I. lib. VI. dubitari tamen potest, an hic potius fuerit Augur, ut ego pæne censeo. uterque tamen Asiam rexit Augur, & Pontifex., qui fuit P. filius. ep. I. lib. VI. *Corrad.*

8. *Cas-*

provinciæ ; quod , do operam , ut faciam quam minima illius contumelia. sed hoc Bruto nostro velim dicas, illum fecisse non belle , qui adventu meo , quam longissime potuerit , discesserit.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

QUAM vellem Romæ esses , si forte non es. nihil enim certi habebamus , nisi accepisse nos tuas litteras a. d. XIIII. Kal. Sext. datas : in quibus scriptum esset , te in Epirum iturum circiter kal. Sextiles. sed , sive Romæ es , sive in Epiro , Parthi Euphraten transierunt duce Pacoro , [s] Orodis , regis Parthorum , filio , cunctis [t] fere copiis . Bibulus nondum audiebatur esse in Syria . 8 Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra, hostis in Cyrrhestica ; quæ Syriæ pars proxima est provinciæ meæ. his de rebus scripsi ad senatum ; quas litteras , si Romæ es , videbis , putesne reddendas : & multa , immo omnia : quorum κεφάλαιον , ne quid 9 inter , cæsa , & porrecta , ut ajunt , oneris mihi addatur , aut temporis. nobis enim , hac infirmitate exercitus , inopia sociorum , præsertim fidelium , certissimum subsidium est hiems. ea si venerit , nec illi ante in meam provinciam transierint , unum vereor , ne senatus propter urbanarum rerum metum 10 Pompejum nolit dimit-

[s] Orodæ *MS. & sic deinde.*

[t] referto *Vict.*

8. *Cassius.*) C. Cassius, olim M. Crassi Quæstor, ep. 15. hujus libri. Quod autem addit *in oppido Antiochiæ*, capiendum est, ut *Lampsaci civitas.* Lib. III. in Verr. Sic Poeta dixit *Urbem Patavi* , & Pindarus, ἐν ἄστει Πειράνας Od. 13. Olymp. *Cybistra* est oppidum Cappadociæ. De *Cyrrestica* vide ep. 21. h. l. Plin. lib. VI. cap. 8. & Ptolem. lib. V. c. 15. *Corradus* . Cyrrhestica erat pars Syriæ Antiochenæ , quæ Ciliciam attingebat . Græcis dicitur Κυῤῥεστικὴ , de qua vide Plinium lib. VI. c. 8. *Grævius.*

9. *Inter cæsa , & porrecta.*) In ipso articulo discessus mei. sumpta similitudine a Sacrificiis , cum inter cæsa exta , & porrecta sinistri quid accideret, ne litari posset , sed instaurari sacrificium necesse esset . verebatur Cicero , ne quo tempore discessurus esset , eo tempore ejusmodi quid accideret , ne posset discedere . *P. Manut.*

10. *Pompeium* .) Cui Cæsar ex Gallia duas legiones remiserat , quæ

mittere. quod si alium ad ver mittit, non laboro. nobis modo temporis ne quid prorogetur. Hæc igitur, si Romæ es: sin abes, aut etiam si ades; hæc negotia sic se habent. Stamus animis; &, quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus v etiam manu. tuto consedimus, 11 copioso a frumento, Ciliciam prope conspiciente, expedito ad mutandum y loco; parvo exercitu; sed, ut spero, ad benivolentiam erga nos consentiente: quem nos, Dejotari adventu cum suis omnibus copiis, duplicaturi eramus. sociis multo fidelioribus utimur, quam quisquam 12 usus esset: quibus incredibilis videtur & nostra mansuetudo & abstinentia. delectus habetur civium Romanorum. frumentum ex agris in loca tuta comportatur. si fuerit occasio, manu; sin minus, locis nos defendemus. quare bono animo es. video enim te, &, quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. sed te rogo, (si ullo pacto fieri poterit) si integra in senatu nostra causa ad Kal. Janu. manserit, ut Romæ sis mense Januario. profecto nihil accipiam injuriæ, si tu aderis. amicos consules habemus, z nostrum tribunum plebis Furnium. verum tua est opus assiduitate, prudentia, gratia. tempus est necessarium. sed turpe est, me pluribus verbis agere tecum. Cicerones nostri sunt apud Dejotarum, sed, si opus erit, deducentur Rhodum. Tu, si es Romæ; ut soles, diligentissime: si in Epiro; mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium; ut & tu, quid nos agamus, & nos, quid tu agas, quidque acturus sis, scire possimus. Ego tui Bruti rem 13 sic ago, ut suam ipse non ageret. sed

P.LXXVIII.

v & jam arvo tuto *Muret.*

y *ita Manut. alii* locum.

z nostros trib. *alii*.

quæ ex SC. deberent ad Parthicum bellum duci. Hirtius lib. VIII. de Bell. Gall. *P. Manut.*

11. *Copioso a frumento.*) In Bessarionis libro, *Quo Piso a frumento.* recte putamus, *Copioso a frumento.* figura eleganti & usitata: ut *Copioso* referatur ad, *Exercitu.* itaque olim conjectura ductus emendavi. Quod autem supra nonnullis in libris est: *Et in Amano tuto consedimus*, non, ut in nostris, *Etiam manu, tuto consedimus*: id perspicue falsum: cum nunc ad montem Taurum Cicero sit, ad Amanum autem post contendat: ut ep. 20. *Idem*.

12. *Usus esset.*) Multo melius, ut opinor, Faernus, *usus est*, ex antiquo libro. *Ursin.*

13. *Sic ago.*) Hoc est, ego Ariobarzanem ob Bruti nomen vel pecuniam Bruto debitam sic appello & flagito, ut vix ipse posset facere. Sed video illum Cappadocum regem æris egere. & nullam

ſed jam exhibeo pupillum, neque defendo. ſunt enim negotia & lenta & inania. faciam tamen ſatis. tibi quidem, cui difficilius eſt, quam ipſi. ſed certe ſatisfaciam utrique.

EPISTOLA XIX.

P. B. CICERO ATTICO S.

OBSIGNARAM jam epiſtolam a eam, quam puto te modo perlegiſſe, ſcriptam mea manu, in qua omnia continentur, 14. cum ſubito Appii tabellarius a.d. XI. Kal. Octob. ſeptimo quadrageſimo die Roma celeriter (hui tam longe!) mihi tuas lttteras reddidit. ex quibus non dubito, quin b tu Pompejum exſpectaris, dum Arimino rediret, 15 & jam in Epirum profectus ſis: ma-

a meam *alii.*

b *alii* ut.

Jam ei rem eſſe. Itaque quia ei qui pupillo tutor ſum (nam intercesſerat Senatus auctoritas, ut Cicero Ariobarzanis regnum defenderet xv. Famil. ep. 1. & 2.) quia in facultatibus non eſt, quo creditoribus ſatisfiat, cogito me tutela abdicare, & ipſum pupillum exhibere ac ſiſtere, ut cum eo agant, & experiantur creditores, an corpus addici poſſit. Non expectabo, ut actione ad exhibendum mecum agant: ut ſolet in foro fieri, cum tutores negant pupillum locupletem eſse, & tamen eum celant. lib. VI. ep. 1. *J. F. Gronovius.*

14. *Cum ſubito applicuit tabellarius.*) Nos auxilio antiquioris noſtri codicis, *Appii tabellarius* ſcripſimus. Putamus autem hujus erroris anſam dediſse, quod *Appeii* in priſcis exemplaribus ſcriptum fuiſset. tanta ex tam parvo initio labes ſæpe oritur. Quod autem paulo poſt, antea depravate legebatur, *Ivit tam mihi longe*, eadem librariorum imperitia commiſsum arbitramur, legendumque eſse κατὰ παρένθεσιν (*hui tam longe!*) ut queratur ingematque ſe tanto loci ſpatio Roma abeſse, ubi eſse valde cupiebat. nam alias ſic etiam ingemiſcit: ut hoc ipſo in libro, *Hui totienſne me literas dediſſe Romam, &c.* Victorius.

15. *Etiam in Epirum.*) Senſus planus & perſpicuus, ſi detur, *Etiam, Tamen*, ut placet nonnullis, quod ego nondum notavi, ſignificare. Nam qui locus ad hoc probandum, ex epiſtola ad Marium adducitur: is mihi cauſsam illam juvare nihil videtur. Eſt enim talis: *Ego cum meis, ſi quidquam nunc cujuſpiam eſt: etiam in meis eſſe malui.* Ait enim Cicero, maluiſse ſe cum uxore, filiis, fratre, & aliqua ſibi affinitate coniunctis eſse: eſse etiam in ſuis fortunis & bonis, ſi modo quidquam rum cujuſpiam eſset, ut illud, *ſi modo quidquam*, anticipata quædam correctio ſit. nec *in meis* interpretor *Inter meos*. Neque is ſum tamen, qui *Etiam* negem *Tamen* valere: qui, quod æque durum videatur, *Tamen*

magisque vereor, ut scribis, ne in Epiro sollicitus sis non minus, quam nos hic sumus. De c Attelliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam. Itineris nostri famam ad te pervenisse lætor, magisque lætabor, si reliqua cognoris. Filiolam tuam tibi jam d Romæ jucundam esse gaudeo; eamque, quam nunquam vidi, tamen, & amo, & amabilem esse certo scio. 16 etiam atque etiam valete Patron, & tui condiscipuli. 17 Quæ de Tarentinis in militia laboravi, ea tibi

c Attelliano *Vict.* Atiliano *Lamb. & alii.*

d mire juc. *Manut. e conj.*

Tamen observaverim valere *Etiam*, in illo Plauti in Milite. Palestrio:

> *Etiam nunc saluto te familiaris, prius, quam eo.*
> *Conservi, conservaque omnes, bene valete & vivite.*
> *Bene quaso inter vos dicatis: & mi absenti tamen.*

Nisi & hoc parum est firmum, aliudque dicere volentem, Pyrgopolinices interpellavit, his verbis: *Age Palestrio, bono animo es*, Non inquam, nego, quod volunt, id valere *Etiam*: hoc dico, me nullibi etiamnum, quod mirum tamen non est, animadvertisse: inque eo testimonio ex epistola ad Marium, parum spei reponendum. Quæ cum ita sint, satius esse duco scripturam sequi illam, quæ est in libro Car. mei, & in libro Faerni: ubi non *etiam* sed *jam* tantummodo legitur sensu eleganti & evidenti. Et quanquam *Ut* pro *Etiam si*, positum, redditivum *Tamen* postulet, hoc tamen non semper reddi, vel ex illo Ciceronis ejusdem in Philip. cognosci potest. *Legem illam appellare fas non est: Et ut lex sit, non debemus illam Hirtii legem putare*. Sed ut ad *Etiam* redeam, illud ex *Jam* potuit fieri, syllaba quæ est extrema præcedentis verbi, operatum negligentia, bis scripta, & sequenti dictioni juncta. Quod haud magno negotio iis probabitur, qui in manuscriptis libris versati sunt. *Malasp.*

16. *Etiam atque etiam vale. de Patrone & tuis condiscipulis qua.*) Amicus meus homo doctissimus ita hunc locum legi atque interpungi debere existimat: *etiam atque etiam vale dic Patroni, & tuis condiscipulis: qua de &c.* Ursin. *Valete Patron.* Bosius ex Decurt. Claudius Puteanus V. Cl. emendabat, *etiam atque etiam valedic Patroni, & tuis condiscipulis.* volebat autem illustrari illis libro VII. ep. 2. *Filiola tua &c.* cum enim utroque in loco de Attici in filiam amore agat, hortatur eum Tullius, quoniam ab illo Epicuri decreto desciverat, qua negat ςοργὴν φυσικὴν εἶναι τὴν πρὸς τὰ τέκνα ut jam universam ejus Philosophiam relinquat. hanc quidem emendationem Lamb. probat, mavult tamen legere, *valere jube Patronem & condiscipulos tuos*. Vulg. *vale. de Patrone & tuis condiscipulis*. Cleric. Etiam Pet. Gassendus hæc attigit tentans *vale. de Patrone & tuis condiscipulis qua de parietinis in Milite laboravi*, lib. I. cap. 6. de Vita Epic. Sed vix digna quæ huc referantur. *Gronov.*

17. *Qua de Tarentinis.*) Nihil discrepant hoc loco nostri manuscripti

tibi grata esse gaudeo . Quod scribis [18] libente te repul-
sam

scripti codices ab excusis: quare ab illis destituti communem vulgatamque lectionem conservavimus , etsi valde dubiam , & obscuram . Audivimus acutos quosdam viros sic hunc locum corrigere : *Qua de Parietinis a Memmio impetravi* : Cum enim supra de Epicureis loquatur ; crediderunt rem illam hic tractari , de qua , & hoc libro , & in epistola ad C. Memmium longius egit. in qua cum hæc verba ponat , *Peteremque ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes* , *&c.* illi existimaverunt pro *Tarentinis* , *Parietinis* esse legendum . Nobis nimis dura , & violenta hæc videtur emendatio : nec video , cur hic *parietinas* cum Attico loquens Epicuri domicilium appellare debeat , quod cum Memmio loquens non sine causa fecit : ut ipse quasi cum eo consentire videretur : non *debere Patronem* tantopere laborare de re levi , & parvi momenti. atque hoc ut facilius ab eo ; quod vellet , impetraret , cum infra rem , & causam Patronis augeat omni ratione , qua potest ; cum exponat illum dicere honorem, officium ; testamentorum jus , Epicuri auctoritatem , Phædri obtestationem, sedem , domicilium ; vestigia summorum virorum sibi tuenda esse : Quod si receptam lectionem retineamus, videndum est cur statim ; cum adhuc de Epicureis loqueretur ; de Tarentinis verba faciat , Quid enim est Tarentinis cum Epicureis ? Est tamen locus in epistola ad Trebatium, ubi cum de Epicureorum disciplina jocaretur , Tarentini meminit , tanquam ibi ea doceretur : *Indicavit mihi Pansa meus te Epicureum esse factum. o castra præclara ! quid tu fecisses si te Tarentum ; & non Samarobrivam misissem ?* quod non mihi parum argumenti est ; posse & hic vulgatam lectionem sinceram esse. nihil tamen affirmamus ; nam nondum certi aliquid habemus , quod omnes scrupulos eximat. nec tamen Tarentum intelligimus , id est ; in locum , ubi delicate luxuriosequе viveretur . *Victorius* . Vulgatam lectionem probo ; quam omnes antiqui libri retinent , ut significet se præfectos militares , quos Appius sine imperio & modestia luxuriose habuerat , militari disciplina coercuisse. Tarentini enim voluptarii & dissoluti ; quos Athenæus refert solitos dicere aliis laboriosam vitam , sibi voluptariam placere . *Popma* . In hoc loco explicando & emendando quoque mirum in modum turpiter se dederunt viri doctissimi . Quas non de *Tarentinis* , & *militia* prodiderunt nugas & fabulas ? Nonne vox *militia* illos admonere poterat Ciceronem loqui de militum quodam genere , præcipue cum Cicero tum Impetatorem ageret ? Tarentini sane sunt equites , leves duos equos habentes , qui jaculis levibus irritabant quasi prælium instar velitum . Sic dicti non quod Tarenti conscriberentur , sed quod hoc genere equitum primi sunt usi Tarentini . De iis Ælianus Tacticis cap. 45. ὅθεν οἱ ἱππεῖς κατὰ τὸ τῶν Ταραντίνων ἀκροβολισμῶν σψῆμα πόῤῥωθεν ἀκοντίζουσι , τὴν κυκλικὴν πορείαν αὐτῶν ἀναστέλλοντες . Τάρας γὰρ πόλις Σικελίας , ἧς ὁ στρατιώτης , ἀκροβολιστὴς κέκληται , διὰ τὸ ἀπὸ ἵππων μικρὰ πέμπειν ἀκόντια , καὶ μετέρχεσθαι συμπληγάδην . *Equites in morem Tarentinorum Acrobilistarum eminus jaculantur circularem ipsorum*

ſam tuliſſe eum, qui cum ſororis tuæ filii patruo certaret; magni amoris ſignum. itaque me etiam admonuiſti ut gauderem. nam mihi in mentem non venerat. non credo, inquis. ut libet: ſed plane gaudeo: 19 quoniam τὸ νεμεσᾷν intereſt τοῦ φθονεῖν.

EPI-

-rum acceſſum turbantes. Tarentum enim Urbs eſt Calabriæ, cujus miles Acriboliſta vocatus eſt, quod ex equis parva jacula mittat ac deinde manum conſerat. Quod clarius vetus ſcriptor apud Suidam docet, nimirum Tarentinos eminus jacula levia emittere, ſed deinde propius ad hoſtes accedere, ac cum iis congredi aut ſpathis aut ſecuribus pugnantes. οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐλαφροῖς ἀκοντίοις ἀκοντίζουσι πόρρωθεν, ἔπειτα πλησιάζοντες συμπλέκονται τοῖς πολεμίοις, ἢ σπάθαις, ἢ πελέκεσιν ἀπομαχόμενοι, οὓς φασιν ἐλαφρούς. Heſych. Ταραντῖνοι ἱππεῖς τινες ὀνομάζονται. οἱ δὲ τοὺς ἀκοντιστὰς, ἢ τοὺς ψιλοὺς ἱππεῖς, ὡς καὶ ἵππαρχος. Sic enim pro ὑψηλοὺς legendum eſſe bene monuerunt eruditi. Livius lib. XXXV. *Et tum omnium primum agmen conſtituit, dein Cretenſes auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites binos ſecum trahentes equos, ad prima ſigna miſit.* Meminit eorum Polybius lib. XI. & aliis in locis. *Gravius.*

18. *Libente te.*) Lipſii hanc emendationem, proditam lib. IV. Epiſt. quæſt. cap. II. adjuvant Scidæ Boſii. antea impreſſi habent, *libenter*. Cleric.

19. Τὸ νεμεσᾷν *intereſt* τοῦ φθονεῖν.) Indignari intereſt ab invidendo. ſic enim quidam vertunt. & ſane Ariſtoteles lib. II. ad Theodect. oſtendit plurimum intereſſe inter indignationem & invidiam, ita tamen, ut φθόνος συνεγγύς, καὶ ταυτὸν ὂν τῷ νεμεσᾷν quamquam videatur; quod indignatio ad invidiam proxime accedat. Quare ego ita ſoleo vertere: indignari intereſt, & pertinet ad invidiam: præſertim quum, & uſus Latine loquendi ſic poſtulet; & Cicero hoc prorſus dicere videatur: ſe gaudere, non etiam indignari, propter quod indignari; ſit invidentis, non ejus cui invidetur. *Corradus.* Locus obſcurus: Eum ſic nos aperimus: Gaudeo repulſam tuliſſe illum; nec me pudet fateri; cum hujuſmodi gaudium non ex invidia, quæ in bonis nulla debet eſſe, (nemo enim juſte invidere poteſt) ſed ex indignatione, quæ ab illa plurimum intereſt, naſcitur. Nam odii cauſſa in eo eſt, quem odimus; cum vel improbatis ſit moribus, vel certe injuria nos affecerit: invidiæ vero culpa in pravo animo ejus qui invidet tota eſt: qui æquo animo res aliorum ſecundas ferre non poſſit. & cum odium plerumque juſtum ſit, νέμεσις quidem niſi in bonorum virorum animos cadere non ſolet. Itaque eam Ariſtoteles, in ſecundo libro de Arte dicendi, etiam Diis tribuit, his verbis διὸ καὶ θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾷν. Gaudeo igitur, inquit, non quia inviderem, ſed quia indignarer: videorque mihi hoc modo ſine reprehenſione poſſe gaudere. Itaque plane gaudeo. Qui plura de vi utriuſque ſcire deſiderat; quæ Plutarchus in moralibus, de his ipſis perturbationibus pri-

va-

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

SATURNALIBUS mane se mihi [e] [20] Pindenissæ dediderunt, septimo, & [f] quadragesimo die, postquam oppugnare eos cœpimus. qui (malum) isti Pindenissæ? qui sunt? inquies: nomen audivi numquam. quid ego faciam? [g] potui Ciliciam, Ætoliam, aut Macedoniam reddere? hoc jam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse: quæ cognosce ἐν ἐπιτομῇ. sic enim concedis mihi proximis litteris. Ephesum ut venerim, nosti; qui etiam mihi [21] gratulatus es illius diei [h] celebritatem: qua nihil me unquam delectavit magis. inde oppidis, [i] iis, qua ieram, mirabiliter accepti,

e Pindenissei. *Gronov.*
f *alii* quinquagesimo.
P.LXXIX.
g non pot. *alii*.
h *alii* celebritate.
i his, quæ erant *alii*.

vatim disputet: quæque Magnus Basilius περὶ φθόνου videat. *Malasp.*

20. *Pindenissei.*) Vulgo *Pindenissa*, vel, *Pindenissita*: qui juxta analogiam *Pindenissei* ab oppido *Pindenisso*, ut vocat hic, & in Epistola ad Cœlium, etsi Stephano & Straboni dicitur Πιδνεδίσσος: quæ varietas in Barbaris nominibus frequentissima est. *Popma.* Sane sequentia *isti Pindenissa* favent Popmæ conjecturæ. dicendum alioquin *ista Pindenissa* & *eas*. Pindenissus est Eleutherocilicum oppidum primarium. *Grav.*

21. *Gratulatus es illius diei celebritate.*) Faerni liber, Poggii, Maffei duo: *Celebritatem*, quarto casu. nisi fallor, melius & venustius. Nam & Gnato ille Terentianus: *Salutant, ad cœnam vocant: adventum gratulantur*. Et idem etiam in Philip. Cicero. *Atque ei recuperatam libertatem est gratulatus*: & in Verr. *Et voce maxima victoriam est gratulatus*. Quam constructionem *Letor*, quoque invenitur habere. Idem ad Marium: *Utrunque Letor. & sine dolore corporis se fuisse, & animo valuisse*. Sed neque illud negligendum, *Qui*, indicativo jungi hoc loco, caussam significans: cum in hoc genere subjunctivum soleat sibi asciscere. Nam idem infra lib. VI. epistola penultima, *At multa, qui & properarem, & ei litteras darem, qui aut mecum aut paulo ante venturus esset*. Et Terent. In Andria. *Satin' sanus es, qui me rogites?* & sic fere scriptores. Quod etiam de *Quippe qui* & *Utpote*, intelligi volo. Ita enim libri hujus ep. 8. *Me & incommoda valitudo, qua jam emerseram: utpote qui sine febri laborassem, & Pomptini expectatio, &c.* Et lib. VI. ep. I. *Ille vero ante decemviros non fuit: quippe qui Ædilis Curulis fuerit*. Plautus tamen, & ipse in Amph. finitivo junxit, cum sic scripsit: *Quippe qui intellexerat Vereri vos se, & metuere, ita ut æquum est, Jovem.* Malasp. Nostri omnes, *celebritatem*, quarto casu, ut codices Malaspinæ. *Bosius.*

22. Quod

cepti, Laodiceam pridie kal. Sext. venimus. ibi morati biduum, perillustres k fuimus, honorificisque verbis omnes injurias revellimus superiores. 22 quod idem dein Apameæ quinque dies morati, & Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Iconii decem l fecimus. nihil ea jurisdictione 23 æquabilius, nihil lenius, nihil gravius. inde m in castra veni a. d. VII. kal. Septemb. a. d. III. exercitum lustravi apud Iconium. ex his castris, cum graves de Parthis nuntii venirent, perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit; eo consilio, ut Armenius n Artavasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. cum dies quinque ad Cybistra Cappadociæ castra habuissem, certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longe abesse; Ciliciæ magis imminere. itaque confestim iter in Ciliciam feci 24 per Tauri pylas. Tarsum veni a. d. III.

k fuerunt *alii.*

l forum egimus *Corrad. Lamb.*

m ad *alii.*

n Artaxasdes *Jun.*

22. *Quod * dein Apamea.*) Nos hic inane spatium reliquimus: existimamus enim verbum aliquod Græcum deesse, nam & sententia imperfecta est, & prisca etiam exemplaria sedem unius dictionis vacuam habent. *Victorius. Quod * dein Apamea.*) Quinque nostra exemplaria. *Quod idem dein*, sententia plana; ut pronomen explere spatium illud possit, in impressis relictum, cum in manuscriptis non sit, nisi perpaucis. *Malasp.* Ita Faernus hunc locum legebat, cum in vulgatis sit, *quod dein Apamea*. Ursinus. Concordant Bosii libri cum iis quibus usus est Malasp. & cum conjectura Manutii, quæ quidem confirmata est libro Urbinatis ducis. Faernus ita legebat, *quod idem Apamea*, cum in vulgatis esset, *quod dein Apamea*; quod vitiosum esse cognovit quidem Victorius, sed medicinam adhibere non potuit. Corradus, & hunc sequutus Lambinus, duo illa vocabula, *quod dein*, mutant in *quadriennii*, & proximæ periodo ita annectunt, *omnes injurias revellimus superioris quadriennii.* Cleric. Adde paterna ad Senecæ ep. 66. *Gronov.*

23. *Æquabilius.*) Cicero & optimi æquabilis pro æqualis, æquabiliter pro æqualiter, inæquabiliter pro inæqualiter. Cic. 1. de Inv. 2, 2. de Offic. 12. *jus dici æquabiliter* 1. ad Q. Frat. ep. 1. c. 7. *J. F. Gronov.*

24. *Per Tauri pylas.*) Hæ sunt illæ angustiæ, per quas ex Cappadocia patet aditus in Ciliciam, quarum iter vix quaternos capiebat armatos, (eas eleganter & accurate describit Curtius lib. III. cap. 2.) non illæ Amani quæ Ciliciam dirimunt a Syria, ut sentire videtur vir summus. Nam cum ex Cappodocia, per quam exercitum ducebat, propter rationes, quas hic & in XV. ad Fam. ep. 4. affert, per illas pylas primum cum Cybistris movisset, demisit se in Ciliciam, maximisque itineribus Tarsum venit, inde demum ad Amanum. *Gravius.*

III. non. Octob. inde ad Amanum contendi, qui Syriam a [25] Cilicia ima [26] aquarum divortio dividit; qui mons erat hostium plenus sempiternorum. hic a. d. III. idus Octob. magnum numerum hostium [o] occidimus. castella munitissima, nocturno Pomptinii adventu, nostro matutino, cepimus, incendimus. imperatores appellati sumus. castra paucos [p] dies habuimus, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator haud paulo melior, quam aut tu, aut ego. ibi dies quinque morati, direpto & vastato Amano, inde discessimus. [q] scis enim dici quædam πανικά. dici item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. rumore adventus nostri, & Cassio, qui [r] Antiochia tenebatur, animus [s] accessit, & Parthis timor injectus est. itaque eos, cedentes ab oppido, Cassius insecutus, rem bene gessit. qua in fuga, magna auctoritate, [27] Osaces, dux Parthorum, vulnus ac-

o cecidimus *alii.*
p *alii* post dies.
P. B.
q interim scis *alii.*
r Antiochiæ *alii.*
s cessit *MS.*

25. *Cilicia ima.*) Vox, *ima*, deest in omnibus vulgatis, cujus loco legitur in Tornæsiano, *in*: sed ea plane omnibus litteris perscripta est in Decurtato. Ut vero ita legam adducor non modo auctoritate veteris illius libri, sed etiam loci situ. nam qua mons Amanus Syriam separat a Cilicia, totus is tractus magis expositus est ad Austrum, quam reliqua Cilicia. Australes vero partes, ut docent Cosmographi, depressiores sunt ceteris. *Bosius.* Novi superiores & inferiores regiones apud Geographos, sed *imas* non novi, nec quenquam dixisse olim, aut legisse *imam* Pannoniam, Germaniam, pro humillima aut maxime Australi. Mihi itaque videtur verosimillimum tres excidisse litteras & Ciceronem scripsisse, *Cilicia ultima*, hoc est, ultima Ciliciæ parte, ut superius V, 16. *Appius ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se conjecit.* Sic *ultima ædes* apud Terent. est postrema pars ædium. Interea retinebimus omnium editorum & manuscriptorum lectionem quamvis depravatam, quam ex uno Decurtato depravatiorem substituere. *Grævius.* Helmæstad. & Ball. etiam *Cilicia in aquarum divortio.* Porro id quum exprimat Tullius lib. II. ad Cœlium ep. 10. *divisus aquarum divortiis*, inde hic idem factum suspicor, quod sæpius, ut τὸ *in* exstiterit pro nota numerali, tribus lineolis exarari solita, & scripsisse: *triplici aquarum divortio dividit.* Gronov.

26. *Aquarum divortio.*) Cuncti quos vidimus manuscripti codices, *In aquarum divortio*, habent: nullus tamen excusus præpositionem *In* retinet. Nos quoque illam omisimus: nec tamen voluimus hanc varietatem, etsi parvam, tacere. *Victorius. Aquarum divortio dividit.*) Hic sunt pylæ Amaniacæ, sive fauces quibus aditur Syria. vid. Curt. lib. III. cap. 8. *Grævius.*

27. *Osates dux Parthorum.*) Noster antiquior liber recte *Osaces* habet. hoc enim verum nomen hujus Parthorum ducis fuit. Quod autem

accepit, eoque interiit paucis post diebus. erat in Syria nostrum nomen in gratia. venit interim Bibulus. credo voluit appellatione hac inani nobis esse par. in eodem Amano cœpit [28] laureolam in mustaceo quærere. at ille cohortem primam totam perdidit, centurionemque primipili, [29] nobilem sui generis, Asinium Dentonem, & reliquos cohortis ejusdem, & Sex. Lucilium, T. † Gavii Cæpionis, locupletis & splendidi hominis, filium, tribunum militum. sane plagam odiosam acceperat cum re, tum tempore. Nos Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit, (feri homines & acres, & omnibus rebus ad defendendum parati) cinximus vallo & fossa: aggere maximo, vineis, ture altissima, magna tor-

† Caii *MS.*

autem magna auctoritate eum fuisse dicit Cicero: idem confirmatur a Dione lib. XL. his verbis: Πακόρου μὲν ὀνόματι, τοῦ υἱέος τοῦ Ὀρώδου, ἔργῳ δὲ (παῖς γὰρ ἔτι ἐκεῖνος ἦν) Ὀσάκου ἡγουμένου σφίσιν ἐστράτευσαν, καὶ μέχρι τῆς Ἀντιοχείας ἦλθον. Hoc autem Cassii stratagema idem accurate narrat. Quem locum, quia nondum vulgatus est hic auctor, aut in Latinam linguam conversus, hic adscribemus. est autem eodem in libro, quo superiora ejus verba, nec multo post illa: ἁμαρτόντες δὲ τῆς Ἀντιοχείας, (ὅτε γὰρ Κάσσιος ἰσχυρῶς αὐτοὺς ἀπεκρούσατο, καὶ ἐκεῖνοι ἀδύνατοι πολιορκῆσαί τι ἦσαν) ἐπ᾽ Ἀντιγονίαν ἐτράποντο. καὶ ἐπειδὴ τότε προάστειον αὐτῆς σύμφυτον ἦν, καὶ οὐκ ἐθάρσησαν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐδυνήθησαν ἐς αὐτὸ ἐσελάσαι, ἐνενόησαν μὲν τὰ τε δένδρα κόψαι, καὶ τὸ χωρίον πᾶν ψιλῶσαι, ὅπως καὶ θαρσοῦντως καὶ ἀσφαλῶς τῇ πόλει προσμίξωσι. μὴ δυνηθέντες δὲ, ὅτε γὰρ πόνος πολὺς ἐγίνετο, καὶ ὁ χρόνος ἄλλως ἀνηλοῦτο, ὅτε Κάσσιος τοὺς ἀποσκεδαννυμένους σφῶν ἔλυτει, ἐπανέστησαν ὡς καὶ ἐπ᾽ ἄλλο τι στρατεύοντες. κἀντοῦτῳ ὁ Κάσσιος ἔστε τὴν ὁδὸν, δι᾽ ἧς ἀποπορεύεσθαι ἔμελλον ἐλόχισε κἀνταῦθα ἐπιφανεὶς σφίσι μετ᾽ ὀλίγον ἔστε δίωξιν αὐτοὺς ἐπηγάγετο, καὶ περιστοιχισάμενος ἄλλους τε καὶ τὸν Ὀσάκην ἀπέκτεινε. τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου, πᾶσαν τὴν Συρίαν ὁ Πάκορος ἐξέλιπε. *Victorius.* Dion. lib. XL. Oros. lib. VI. cap. 13. *Osagen* vocat. *Corrad.*

28. *Laureolam in mustaceo.*) Jocatur. quoniam mustaceis lauri folia subjicerentur, ut ait Plinius lib. XV. Mustaceorum confectionem Cato docet in L. de Re Rust. Bibulus, triumphi cupiditate adductus, voluit cum obscuris, paucis, infirmis hostibus confligere. *P. Manut.*

29. *Nobilem sui generis.*) Non familiæ suæ nobilem, sed nobilem inter Centuriones Triariorum, qui ceteris Hastatorum, & Principum Centurionibus nobiliores erant: vel nobilem inter omnes plane Centuriones, qui ceteris militibus virtute præstabant. *Idem.*

tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore; apparatu, multis sauciis nostris, incolumi exercitu, negotium confecimus. Hilara sane Saturnalia. militibus quoque, equis exceptis, reliquam prædam concessimus. mancipia vænibant [30] Saturnalibus tertiis. cum
ccxx. v alii hæc scribebam in tribunali, res erat ad H-S. v cxx. hinc exercitum in hiberna agri male pacati deducendum Quinto fratri dabam. ipse me Laodiceam recipiebam. Hæc adhuc. sed ad præterita revertamur. Quod me
P. LXXX. maxime hortaris; &, quod pluris est quam omnia, in quo laboras, ut etiam [31] Ligurino μώμῳ satisfaciam:
x tam MSS. moriar, si quicquam fieri potest elegantius. nec x jam ego hanc continentiam appello, quæ virtus voluptati resistere videtur. ego in vita mea nulla umquam voluptate tanta sum adfectus, quanta adficior hac integritate. nec me tam fama, quæ summa est, quam res ipsa delectat. quid quæris? [32] fuit tanti: me ipse non noram:

30. *Saturnalibus certis.*) Nos ex vetere nostro libro, *Tertiis* emendavimus. Appellat autem in ultima XIII. libri epistola, in qua Attico narrat quomodo Cæsarem hospitio acceperit, *secunda & tertia Saturnalia*, inquit enim: ille *tertiis Saturnalibus apud Philippum ad H. VII. Victorius*. Sic & apud Livium lib. XXX. 36. legitur. *Pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis agmen aggresso, Numidas levi certamine fudit*. Sic enim recte Gronovius restituit, cujus vide notas. *Grav.*

31. *Ligurino μώμῳ.*) Quem hic notet parum constat. Nonnulli putant M. Catonem intelligi, severissimum hominem, cui satisfacere in reipublicæ administratione difficile esset: alii Hortensium Oratorem & invidum ipsius; eumque ob gestus in agendo λιγυρὸς, id est, argutos & stridulos Ligurinum dici. Mihi non videtur verisimile Ciceronem vel Hortensio aut Catoni satisfacere voluisse, sed laborasse ut omnibus satisfaceret, & ne quis obtrectator studium pecuniæ & lucri cupiditatem in ipso posset reprehendere, ut cum insidiatoribus regis Ariobarzanis ἀπρόσιτον se & ἀδωροδόκητον præbuit. Est ergo hic Ligurinus Momus qui ligurionem & cupiditatem pecuniæ ac lucri reprehendit. Ligurire enim est vehementer appetere, non cibos modo, sed etiam lucra. In Verrem v. *Non reperietis hominem timide nec leviter hac improbissima lucra ligurientem*. Ad D. Brutum, *Cum quidem de collegis nostris agrariam ligurirent curationem*. Popma.

32. *Fui tanti.*) Al. *Fuit tanti*, ut sit res ipsa fuit tanti, ut me nunc cognoscam. *Corrad.* Sane *fuit tanti* est in Balliol. Helmst. ed. P. Vict. M. But. Lambin. & sensus omnino postulat sic legi: Fuit tanti has molestias in provincia administranda subire, ut ipse me nossem, quam continens sim & elegans, seu integer. Cic. I. Catil. *Sed est mihi tanti, dummodo ista privata sit calamitas*. Exem-

ram : nec satis sciebam , quid in hoc genere 33. facere possem : recte πεφυσίωμαι. nihil est præclarius. interim hæc λαμπρὰ . Ariobarzanes opera mea vivit , regnat. ἐν παρόδῳ , consilio & auctoritate , & quod insidiatoribus ejus 34 ἀπρόσιτον me , non modo ἀδωροδόκητον præbui , regem regnumque servavi. interea e Cappadocia y ne pilum quidem . 35 Brutum abjectum , quantum potui , excitavi : quem non minus amo , quam tu ; pæne dixi , quam te. 36 atque etiam spero toto anno y in pilleum MS.

Exempla multa pridem a doctis viris sunt collecta hujus locutionis. *Gravius.*

33. *Facere posem , recte nihil est praclarius.*) Nos in medio harum dictionum apud vetus nostrum exemplar , Græcam vocem invenimus, quam πεφυσίωμαι reddidimus. accurate enim, characteribus illis animadversis, nihil cogitare potuimus, quod minus a veteribus vestigiis discederet, magisque sententiæ quadraret. est enim πεφυσιώμαι, ἔπηρμαι, ὤγκωμαι : id est, his tam præclaris rebus merito animo sublatus sum & inflatus . Germani, qui videntur & ipsi easdem, aut valde similes literas in vetere suo codice invenisse, πέφεισμαι scripserunt. Doctiores hunc locum accuratius animadvertent, videbuntque nostrumne an illorum judicium magis probandum sit. Si quam in nostro exemplari scripturam invenimus , consideres , magis illi quam nos divinarunt. sententiam tamen præcipue spectandam censeo. Nostra autem (nisi fallimur) verior & accommodatior est. in verbis etiam illis Latinis , *Fuit tanti*, nonnihil mendi putamus esse : quod tamen non confidimus posse tuto tollere. quare communem lectionem, quæ eadem est in manuscriptis, suo loco non movimus. *Victorius.*

34. Ἀπρόσιτον *me non modo* ἀδωροδόκητον .) Hanc ultimam Græcam dictionem in nullis manuscriptis invenimus : quare putamus ab aliquo suppletam esse, & si Germani quoque eam acceperunt : sed illi potius , quæ deficerent , addere voluerunt , quam quæ abundarent , tollere. *Victorius. Non modo* ἀδωροδόκητον.) Hoc totum, dico, hæc Latina, *non modo* , & vocem Græcam , ἀδωροδόκητον, reperimus in nostris manuscr. quod eo scripsi , quod negat se in suis reperisse Petr. Victorius. *Lambin.*

35. *Brutum abjectum excitavi.*) Hoc dicit : Rem Bruti desperatam restitui, quia rex, mihi tanto beneficio devinctus, pecuniam Bruto debitam , quam solvisset numquam, me contendente soluturum se promisit. ep. 1. & 3. lib. VI. *P. Manut.*

36. *Atque etiam spero.*) Ante hanc periodum in vulg. legitur illa , *Brutum abjectum &c.* Cleric. Id video ex observatione Malaspinæ retinere omnes editiones, negantis hæc cum his, quæ de Bruto , satis cohætere. Quod satis infirmum est. Nam certe quæ de Bruto refert, ea pertinent ad solam Cappadociam , & commodissime illic subjecit, ut glorietur & regem ejus a se servatum ; & id a se factum prorsus δωρεὰν, unde tacite innuit & creditorem regis servatum ;

z provincia MSS. a Habeo somnia MS. b alii sit. c ego non est in MS. d Majas MSS. e Lemnii alii. P. R.

no imperii nostri teruncium sumptus in z provincia nullum fore. a Habes omnia. nunc publice litteras Romam mittere parabam. uberiores erunt, quam si ex Amano misissem. at te Romæ non fore? sed est totum, quod kal. Mart. futurum b est. vereor enim, ne, cum de provincia agetur, si Cæsar resistet, nos retineamur. his tu si adesses, nihil timerem. Redeo ad urbana: quæ c ego diu ignorans, ex tuis jucundissimis litteris a. d. v. kal. d Jan. denique cognovi. eas diligentissime Philogenes libertus tuus curavit perlonga & non satis tuta via perferendas. nam quas e Lenii pueris scribis datas, non acceperam. Jucunde de Cæsare, & quæ senatus decrevit; & quæ tu speras: quibus ille si cedit, salvi sumus. 37 Incendio Plætoriano quod Lejus adustus est, minus moleste fero. Lucceius de Q. Cassio cur tam vehemens fuerit, & quid actum sit, haveo scire. Ego, cum Laodiceam venero, Quinto, sororis tuæ filio, 38 togam puram jubeor dare; cui moderabor di-

vatum; quod forsan non contigisset, si & ipse, ut reliqui decessores, regem despoliatum reliquisset. Itaque & quod de Bruto tangit, etiam ostendit ejus continentiam in Cappadocia, sed tacite. Atque ita redit ad totam provinciam. Unde sequi hanc editionem jussi libros omnes MSS. & editiones ante Malaspinam. *Gronov.*

37. *Incendio Plætoriano.*) Graviter fero de incensa Plætorii domo: sed eo minus molestum est, quod adusta simul est propinqua Leji domus, hominis non amici. Aut sic: Eo minus moleste fero Plætorium condemnatum, quod ex appendice judicii Plætoriani vocatus est Lejus in judicium, quo ea pecunia pervenerit: ut Rabirius ex damnatione Gabinii. Sic & Livius lib. XXIX. *Serius*, inquit, *ei triumphandi caussa fuit, ne, P. Terentio Culeone pratore, caussam lege Petilia diceret, & incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret.* P. Manut.

38. *Togam puram jubeor dari.*) Manuscripti codices, *Jubeor dare*, quam lectionem & secuti sumus, & meliorem existimamus: scimus enim mandasse Q. Ciceronem fratri, ut Q. Filio togam puram daret. Sequenti libro: *Qu. Togam puram Liberalibus cogitabam dare: mandavit enim pater*. Hujus autem rei nunc Atticum certiorem facit: dicit etiam, se illi moderaturum esse. erat enim puer ferocis ingenii, vel malefici potius: & jam tum apparebant in eo signa pessimi animi, ut illum summa cura regere oporteret. non multo autem post in nefaria scelera prorupit, quæ suis omnibus magnarum molestiarum, mœrorisque causa fuerunt: Marcoque Ciceroni exprobratum postea fuit, illum de patris & patrui cæde cogitasse. Hoc ipso libro Cicero de eo sic loquitur: *Quid si quid filius puer, & puer bene sibi fidens, qui esset dolor, &c.*

Sic

diligentius. 39 Dejotarus, cujus auxiliis magnis usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam venturus erat. Tuas etiam Epiroticas exspecto litteras; ut habeam rationem non modo negotii, verum etiam otii tui. Nicanor in officio est, & a me liberaliter tractatur: quem, ut puto, Romam cum litteris publicis mittam; ut & diligentius perferantur, & idem ad me certa de te, & a te referat. Alexis quod mihi toties salutem adscribit, est gratum. sed cur non suis litteris idem facit, quod 40 meus ad te Alexis facit? 41 Phemio quæritur κέρας. Sed hæc hactenus. Cura, ut valeas, &

Sic etiam de Hortensio filio loquitur, qui & corruptus erat, & aliquo rectore indigebat, nequid flagitii committeret: *sin fueris meus comes, moderabor ita ne quid eum offendam, quem minime volo*. Victorius. *Puram.*) Virilem, quam Græci ἀπόρφυρον, id est, sine purpura, vocant: quæ sexto decimo ætatis anno vel circiter dabatur, quum ad eam diem prætextam ferrent. ep.4. lib.IX. *Corrad.*

39. *Dejotarus, cujus auxiliis magnis usus sum.*) Dejotari nomen in nullo manuscripto invenitur. quin autem Dejotarum intelligat, nemo dubitare debet: hujus enim tantum magnis auxiliis usus est. supraque dixit, Dejotarum filium secum in regnum Cicerones pueros duxisse. Videndum potius, an rectius sine nomine Dejotarus legatur, volueritque Cicero illum designare & indicare his verbis: *Cujus auxiliis magnis usus sum*. Quod ita puto esse, ut jocetur cum Attico, quod sæpe facit, ut cum supra in fine antecedentis epistolæ se ipsum describit his verbis: *Quod scribis libenter repulsam tulisse eum, qui eum sororis tuæ filii patruo certarit*. Per patruum enim filii sororis Attici seipsum intelligit. Tangit autem repulsam Hirti, quam passus erat, cum ædilitatem cum M. Cœlio peteret: quam rem Cœlius ipse in epistola ad Ciceronem explicat. Si enim *Dejotarus* dixisset, quid attinebat verba illa addere, *Cujus auxiliis magnis usus sum?* satis enim erat Dejotari nomen, nihilque necesse erat ea subjungere. Nunc autem cum Dejotari nomen reticuerit, ea necessario ponuntur, quæ illum declarent. Hujusmodi jocis elegantiisque plenus est hic liber. Quare meo judicio vox illa, quæ contra nostram sententiam in nostrum librum irrepsit, delebitur. *Victorius.*

40. *Meus ad te Alexis.*) Attici servus amanuensis, ep. 2. lib. VII. *P. Manut.*

41. *Phameo quæritur κέρας.*) Nos *Phemio* castigavimus, quod cantoris nomen apud Homerum est in Odyssea, de quo etiam meminit Plutarchus in libro de Musica: tradit ipsum reditum Græcorum, qui cum Agamemnone a Troja transmiserunt, versibus cecinisse. κέρας autem instrumentum musicum esse, nemini dubium est. Libro VI. de hac re iterum agit, ubi in vulgatis etiam exemplaribus recte omnia scripta sunt: declaraturque hic locus mi-

& ut sciam, quando cogites Romam. etiam atque etiam vale. Tua, tuosque Thermo & præsens Ephesi diligentissime commendaram, & nunc per litteras: ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. Tu velim, quod antea ad te scripsi, 42 de domo Pammeni, des operam, ut, quod tuo meoque beneficio puer habet, cures, ne qua ratione f convellatur. utrique nostrum g honestum existimo; tum mihi erit pergratum.

f avellatur *MSS.*
g *quad. edd. non habent* honestum.

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

TE in Epirum salvum venisse, &, ut scribis, ex sententia navigasse, vehementer gaudeo: non esse Romæ meo tempore pernecessario, submoleste fero; hoc me tamen consolor; h non spero te istic jucunde hiemare 43 & libenter requiescere: 44 Cassius, frater Q. Cassii, familiaris tu, i pudentiores illas litteras miserat (de quibus tui ex me requiris, quid sibi voluerint) quam eas, quas postea misit, 45 quibus per se scribit con-

h quod non *alii.*
i prudent. *MSS.*

mirifice. inquit enim, Κέρας *Phemio mandatum est, reperietur modo aliquid quod illo dignum canat*, ante enim se Phemio cornu, quo genere posset, quærere dixit. nunc eo invento, & illi mandato, se quæsiturum aliquod argumentum, quod illo canere possit. Phemius autem, pro omni musico & cantore ponebatur, quemadmodum & apud Ovidium: *Quid juvet ad surdas si cantet Phemius aures*. Quem autem Phemium intelligat, obscurum est: nos id curiosius non quæremus, contenti locum emendasse. *Victor.*

42. *De domo Pammenis.*) Al. *Pammeni.* al. *Parmeni.* sed nos aliis hanc historiam quærendam relinquimus. nescio quid tamen ep. 2. lib. VI. Pammenes quidam fuit Bruti præceptor in Brut. *Corrad. Pammeni* scriptum est in vetustis omnibus: utrum ut *Demostheni, Thucydidi*; pro Thucydidis, Demosthenis: an a recto *Pammenus*, haud sane valde curandum puto. *Pammenes* quidem certe invenitur in Bruto. *Malasp.*

43. *Et libenter requiescere.*) Totum hoc abest a vetere libro, &, ut videtur, recte. *Ursin.*

44. *Cassius.*) Hic M. Crassi quæstor in Parthos est profectus: Crasso interfecto, collectis exercitus reliquiis, in Syriam profugit, quo Parthi postea cum irruisent, eos Antiochia, magna cæde edita, rejecit. post civile bellum, facta cum M. Bruto conjuratione, Cæsarem occidit. Philippensi prœlio, cum victum M. Brutum opinaretur; desperata victoria, sua sibi manu mortem conscivit. *P. Manut.*

45. *Qui-*

confectum esse Parthicum bellum. recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro εὐημερήματι. hodie vero hiemant k in Cyrrhestica, maximumque bellum l impendet. nam & m Orodes, regis Parthorum filius, in provincia nostra est: nec dubitat Dejotarus, cujus filio pacta est [46] Artavasdis n filia, ex quo sciri potest, quin cum omnibus copiis ipse prima æstate Euphraten transiturus sit. quo autem die Cassii [47] litteræ victrices in senatu recitatæ sunt, id est, nonis Octobribus, eodem meæ tumultum nuntiantes. Axius noster ait, nostras auctoritatis plenas fuisse; illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatæ: quas certo scio plenas timoris fore. Ex iis rebus hoc vereor, ne, cum Pompejus propter metum rerum novarum nusquam dimittatur, Cæsari nullus honos a senatu habeatur; dum hic [48] nodus expediatur, non putet senatus, nos ante quam successum sit, oportere decedere: nec in tanto motu rerum tantis provinciis singulos legatos præesse. hic, ne quid mihi prorogetur, quod ne intercessor quidem sustinere possit, horreo: taque eo magis, quod tu abes, qui consilio, gratia, studio multis rebus occurreres. sed dices me ipsum mihi sollicitudinem struere. cogor: & velim ita sit. sed omnia metuo. etsi bellum o ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto: p *tibi, ut video & spero, nulla ad decedendum* q *erit mora.* mallem: *ut video*: nihil opus fuit, *ut spero.* acceperam autem satis ce-

P. LXXXI.
k ut in *MS.*
l pendet *MS.*
m Orode *MS.*
n filius *MSS.*
o ἀκροτελεύτιον alii.
p *hic est init epist. in MS.*
q alii delent *arit.*

45. *Quibus per se scribit confectum esse Parthicum bellum.*) *Per se* non est in manuscripto. *Ursin.*

46. *Artavasdis.*) Armeniorum regis. cujus nupta soror erat cum Pacoro, regis Parthorum filio, ex quo scire poterat Dejotarus aliquid de Parthorum consiliis. ep. 3. lib. XV. Fam. & Appianus in Parthico. *P. Manut.*

47. *Litteræ victrices.*) Nuntiantes victoriam de Parthis cæsis & rejectis ab Antiochia. Eædem Laureatæ dictæ quod lauro victoriæ signo involutæ ad Senatum mittebantur. Ovidius Amorum. I.

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Livius libro V. *Litteræ a Posthumio laureata sequuntur, victoriam populi Romani esse.* Idem LV. *Laureatas tabellas populo ostendit.* Popma.

48. *Nodus.*) Huic difficultati reperiatur remedium. Just. XI,7. Cic. 8. Fam. XI. *J. F. Gronov.*

49. *A*

celeriter Iconii per publicanorum tabellarios 49 a Lentuli triumpho datas. in his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi nullam fore: deinde addis, si quid secus, 50 te ad me r fore venturum. 51 pungunt me dubitationes tuæ: simul & vides, quas acceperim litteras. nam quas Hermoni centurionis s Camulæ ipse scribis te dedisse, non accepi. Lenii pueris te dedisse, sæpe ad me scripseras. eas Laodiceæ denique, cum eo venissem, III. id. Febr. Lenius mihi reddidit, datas a. d. x. Kal. Octobres. Lenio tuas commendationes & statim verbis, & t reliquo tempore re probabo. hæ litteræ cetera vetera habebant, unum hoc novum 52 de Cibyratis pantheris. multum te amo, quod respondisti M. Octavio, te non putare. sed posthac omnia, quæ v certa non

r ita fore *MS.* esse *Erut.* s ita *Manut.* Scamulæ *alii.*

t re aliquo *alii.*

v recta *MS.*

49. *A Lentuli triumpho.*) Post P. Lentuli triumphum ex rebus in Cilicia gestis: ut multis mensibus post, quam decesserat, triumpharit, fortasse a tribunis pl. impeditus: quod & L. Lucullo obvenerat. Rexit autem Lentulus per triennium Ciliciam. id ex eo constat, quod, cum in provinciam ierit Marcellino & Philippo coss. ut ex lib. I. Fam. liquet, Appio Claudio succedente decessit, ut ex lib. III. Fam. intelligitur. *P. Manut.*

50. *Te ad me.*) Laurentius Valla, accuratissimus Censor Latinitatis lib. I. cap. 26. Sed veteres ita loquuntur Liv. IX, 16. XXXVI. 27. *mittendos fore*. Græcis τὸ μέλλειν. *J. F. Gronov.*

51. *Angunt me dubitationes tuæ.*) *Pungunt* castigavimus, auxilio antiquioris codicis. ut lib. II. *Quid quæris? primo ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit.* Verbum autem Græcum, quod paulo supra est, amatorum proprium est, & illorum perturbationibus exprimendis accomodatum. eorum enim voluptates delectationesque doloribus ægritudinibusque permixtæ sunt. quod etiam Plutarchus in v. libro συμποσιακῶν, capite 7. his verbis docet: Διό καὶ θαυμάσειον ἄντις οἴμαι μάλιςα τῶν πάσχειν μὲν καὶ κακοῦσθαι τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς ὄψεως οἰομένων, οὐκ ἔτι δὲ δρᾶν καὶ βλάπτειν. αἱ γὰρ ἀντιβλέψεις τῶν ἐν ὥρᾳ καὶ τὸ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπίπτον, εἴτε ἄρα φῶς εἴτε ῥεῦμα τοὺς ἐρῶντας ἐντήκει καὶ ἀπόλλυσιν μεθ' ἡδονῆς ἀλγηδόνι μεμιγμένης, ἣν αὐτοὶ γλυκύπικρον ὀνομάζουσιν. *Victorius.* Melius, ut opinor, in antiquo, *angunt me*. Ursinus. Sane in Balliol. & Helmst. est, *angunt me dubitationes tuæ*.

52. *De Cibyratis pantheris.*) M. Octavio Ædili Curuli designato probe respondisti, inquit, te non putare me Cœlio ipsius collegæ missurum pantheras quas suis ludis Romanis exhiberet. Epistola prima, libro sexto Famil. libro octavo, ep. 4. 9. Cibyratę pantheræ quæ apud Cibyram urbem Ciliciç ab incolis venandi peritis capiebantur: de qua urbe Strabo libro decimo tertio, Plinius, & Livius libro trigesimo octavo. *Popma.*

53. *In*

non erunt, pro certo negato. nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule auctoritate tua inflammati vicimus omnes (hoc tu ita reperies) cum abstinentia, tum justitia, facilitate, clementia. cave putes quicquam homines magis umquam esse miratos, quam nullum teruncium, me obtinente provinciam, x sumptus factum esse, nec in rempublicam, nec in quemquam meorum, præterquam in L. Tullium legatum. 53 is, ceteroqui abstinens, (sed Julia lege y transitans, 54 semel tamen in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis: 55 præter eum semel, nemo accepit) 56 facit ut mihi

x sumptum *MSS.*

y transita *alii.*

53. *In ceteros qui abstinens*.) Nos eam hic scripturam restituimus quam in nostro antiquiore invenimus. existimamus autem illam sinceram & incorruptam esse. nam hoc adverbio alibi utitur Cicero, ut lib. XIV. harum epistolarum: *O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pane fugienda*. ante de hoc diligentius locuti sumus. *Victorius*. *Is ceteroqui*.) Etsi lectionem hanc non rejicio, non video tamen, cur locus hic totus non ita ut prius, & legi possit, & intelligi. *in ceteris qui abstinens se, Julia lege transita. semel tamen in diem, non ut alii solebant omnibus vicis, prater eum semel nemo accepit*; hoc sensu. nihil sumptus factum est in quamquam meorum preterquam in Tullium legatum, qui etsi in ceteris rebus se abstinuit, semel tamen in diem aliquid preter id, quod lege Julia dare solet, accepit, non ut superiores legati, qui in omnibus vicis, & ob id sæpius in diem accipere solebant. παρένθεσις igitur sic erit omittenda. de lege porro Julia ep. 16: h. l. *Corrad.*

54. *Semel tamen in diem*.) *Tantum*, pro *tamen*, habet liber vetus. *Ursin.*

55. *Prater eum semel nemo accepit*.) Hec verba *prater eum semel nemo* sunt vitio & negligentia descriptorum hic intrusa, non a Cicerone scripta, ut quilibet qui animum advertet facile videbit. Nam sex septemve verbis interpositis: ea repetit *prater eum accepit nemo*. deinde *semel* ex præcedentibus hic rursus inculcatum, quod tamen hic nihil ad rem facit. Nan non *semel* accepit, sed sepius & multis in locis, sed semel tantum in diem, ut ibi recte dixerat. Mihi sane dubium non est hec verba tanquam glossema esse hic delenda: que ubi deleveris videbis nihil esse usquam salebrarum, sed omnia Tulliano illi candori respondere. *Gravius.*

56. *Facit ut mihi excipiendus sit*.) Antonianus & Faerni, *Hic facit*. Quod pronomen repeti tam solet vel cum a suo verbo longius abest, quam ut legentis recordatione conjungi possit. ita enim memoria renovatur: Idem Philipp. III. *Faciendum est igitur P.C. ut ea qua sua sponte clarissimus adolescens, atque omnium praestantissimus gessit, & gerit, hac auctoritate confirmentur.* vel certe redditivum est aliquando, nec ornamento caret atque energia. Plautus in Aulularia.

Et

etiam abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset; ne cives Romani pauci, qui illic negotiantur, jus sibi dictum negarent. nam evocari ex insula Cyprios non licet. ipse in Asiam profectus sum Tarso nonis Januariis; non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciæ civitatum, maximeque Tarsensium. postea vero quam Taurum transgressus sum, mirifica exspectatio Asiæ nostrarum diœcesium, quæ sex mensibus imperii mei nullas meas acceperat litteras, nunquam hospitem viderat. illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæstu. civitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant: Cyprii talenta Attica cc. qua ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed verissime loquor) nummus nullus me obtinente [z] erogabitur. ob hæc beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino: [58] statuas, fana τέθριππα prohibeo: nec sum in ulla re alia molestus civitatibus; sed fortasse tibi, qui hæc prædicem de me. perfer, si me amas. tu enim me hæc facere voluisti. Iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam fames, qua nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia, (messis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. quacumque iter feci, nulla vi, nullo judicio, nulla contumelia, auctoritate

Pag. LXXXXII.

z erogabatur *alii.*

vis homo & certus, non solum confirmavit, verum etiam recepit, perceleriter se ablaturum diploma. hoc est, qui fallere nescit. *Malasp.* In quodam manuscripto est, *& mirifice abstinentem*. Ursinus. Hic quoque convenit Decurtato cum libris Malasp. in quibus legebatur, *sed mirifice etiam abstinentem:* & paulo post, *me obtinente erogabitur*. Bosius.

58. *Statuas, fana, τέθριππα prohibeo.)* Inter has duas dictiones, & Latinam, & Græcam vocem antiquiores codices habent: quarum Græca certa est. τέθριππα enim manifesto legitur, id est; quadrigas. Latina vero inquinata, *Fana* enim ante τέθριππα. nos *Ænea* arbitrati sumus legi debere: ut sit epitethon τῶν τεθρίππων. verum quia aliquantulum hoc loco nostræ opinioni indulsimus, nonnihilque a priscis literis discessimus, id omnino indicare voluimus: ut si forte, quod fieri potest, decepti simus, non culpetur in hoc, minorque fiat vetustorum librorum auctoritas: simulque, ut qui nostram conjecturam non probarint, possint antiqua scriptura duce veriorem lectionem investigare. *Victorius*. Liber qui fuit Nicolai Leoniceni habet, *statuas aneas τέθριππα.* Τέθριππα autem decerni solita fuisse, testimonio nobis sunt vetera numismata, in quibus hæc ipsa τέθριππα fornicibus imposita videntur. *Ursinus.*

59. *Cum*

ritate , & cohortatione perfeci , ut & Græci , & cives Romani , qui frumentum compresserant , magnum numerum populis pollicerentur . Idibus Februariis , quo die has litteras dedi , forum institueram agere Laodiceæ Cibyraticum , & Apamense ex Idibus Mart. ibidem Synnadense , Pamphilium (59 tum Phemio dispiciam κέ-

a ita Lamb. alii omniū. P. B. b in non est in MS. c quatt. seq. voces glossa videntur Manut.

ρας a Aonium) Isauricum : ex Idibus Maj. in Ciliciam , ut ibi Junius consumatur. velim tranquille a Parthis . Quintilis , si erit ut volumus , in itinere est , per provinciam redeuntibus , consumendus. venimus enim b in provinciam Laodiceam , c Sulpicio , & Marcello consulibus , pridie Kal. Sextiles: inde nos oportet decedere a. d. IIII. Kal. Sext. primum contendam a Quinto fratre , ut se præfici patiatur : quod , & illo , & me invitissimo fiet. sed aliter honeste fieri non potest , præsertim cum virum optimum Pomtinium ne nunc quidem retinere possim. rapit enim hominem Postumius Romam , fortasse etiam Postumia . Habes consilia nostra. nunc cognosce de Bruto . Familiares habet Brutus d tuus quosdam creditores Salaminiorum ex Cypro , M. Scaptium , & P. e Matinium ; quos mihi majorem in modum commandavit . Matinium non novi . Scaptius ad me in castra venit. pollicitus sum curaturum me , Bruti causa , ut ei Salaminii pecuniam solverent. egit gratias. præfecturam petivit. 60 negavi me cuiquam negotianti da-

d tuos MS. e alii Vatinium & sic deinceps.

re:

59. *Cum Semio dispiciam κέρατα omnium .*) Pro *Semio* , *Phemio* scripsimus , eodem quo supra errore a librariis peccatum esse credentes. nam κέρας *Aonium* veteres codices adhuc servant : nec ulla opus fuit industria in his verbis corrigendis . In Aonia autem , quæ postea Bœotia appellata est , Helicon mons erat , sedes Musarum . Virg. etiam in Bucolicis cum de Musis loqueretur , quæ in Helicona montem Gallum duxerunt , inquit :

Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes ut duxerit una sororum .

Quamvis credam hic Aoniam potius cornu , ipsius excellentiam , quam regionem illam significare : longe enim tunc ab his locis erat Cicero . Est autem semper hæc res breviter obscureque tractata , ut nihil certi affirmari possit . Studiosi tres hos locos (nam toties de eadem re agit) diligentius animadvertent. nos sententiam & hujus negotii historiam explanare non possumus : ita videmur de vera & a nobis constituta scriptura fidenter asserere posse. *Victorius .*

60. *Negavi me cuiquam negotianti dare :*) Hoc est , fœnus exercenti , fœneratori . Val. Max. IV, 3. *Opportune mirificeque testa-*

tus ,

re : quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompejo petenti probaram institutum meum : quid dicam ? Torquato, de M. Lenio tuo ; multis aliis. si præfectus vellet esse syngraphæ causa me curaturum, ut exigeret. gratias egit : discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret ; & eundem habuerat præfectum. vexabat Salaminios. ego equites ex Cypro decedere jussi. moleste tulit Scaptius. quid multa ? ut ei fidem meam præstarem ; cum ad me Salaminii Tarsum venissent, & [f] in his Scaptius, imperavi, ut pecuniam solverent. multa de syngrapha, de Scaptii injuriis. negavi me audire. [61] hortatus sum ; petivi etiam pro meis in civitatem beneficiis, ut negotium conficerent : denique dixi me coacturum. homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se [62] a me solvere. quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare ; atque etiam minus esse aliquanto in Scaptii nomine, quam in vectigali prætorio. collaudavi homines. recte, inquit Scaptius : sed subducamus summam. interim cum ego in edicto [g] tralaticio centesimas me observaturum [h] haberem, cum [i] anatocismi anni-

f una Sc. alii.

Pag. LXXXXIII.

g alii trasl. lat.

h dicerem alii.

i alii anatocismo.

tus, nummorum suorum, non civilis sanguinis se esse feneratorem. Jam qui hac pracipue negotiatione delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exsultent. Jul. Firm. IV, 7. *Si vero a Mercurio defluens minata lumine Luna ad Jovem feratur, aut rationibus, aut fænorum negotiationibus facit esse prapositos.* Cic. pro Planc. *Negotiationibus comis, mercatoribus justus.* Fœneratio species est μεταβλητικῆς, sive negotiationis. *Gronovius.* Observ. lib. IV. 24. ubi plura vide. *Gravius.*

61. *Hortatus sum domum etiam.*) Locus depravatus. antiquior noster codex *detivi* habet, corrupte prorsus : ex quo tamen facile legitima lectio (nisi fallimur) exsculpi potest. conversa enim prima litera deorsum versus, fiet *Petivi* : quo facto omnis locus inlustratus erit. non tantum, inquit, hortatus sum, sed petivi pro meis in civitatem beneficiis, ut negotium conficerent : ut ostendat quantopere Bruti causa laborarit, cum eo etiam descenderit, ut beneficii loco se hoc ab illis accepturum dixerit. *Victorius.*

62. *A me.*) De meo. Solvere ab aliquo est, delegare debitorem, seu jubere debitorem nostrum, quod nobis debebat, solvere creditori nostro, quod nos illi debebamus. vid. Observat. I, 21. pag. 158. Tale est Captivis II, 3, 83, *Viaticum ut dem a trapezita tibi.* Trin. I. 2. 145. *A me argentum dedi.* Svet. Octav. 40. *Singula millia nummum a se dividebat.* I. de suo *J. F. Gronov.*

63. *Ille*

niversario; 63 ille ex syngrapha postulabat quaternas: quid ais? inquam. possumne contra meum edictum? at ille profert senatus consultum Lentulo Philippoque consulibus, UT, QUI CILICIAM OBTINERET, JUS EX ILLA SYNGRAPHA DICERET. cohorrui primo: k & erat enim interitus civitatis. reperio duo senatus consulta iisdem consulibus de eadem syngrapha. Salaminii cum Romæ 64 versuram facere vellent, non poterant; quod 65 lex Gabinia vetabat. tum ii Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare l volebant IIII. si sibi senatus consulto caveretur. fit gratia Bruti senatus consultum, UT NEVE SALAMINIIS, NE VE QUI EIS DEDISSET, FRAUDI ESSET. pecuniam numerarunt: & postea venit in mentem

k etenim erat *alii*.

l solebant *MSS*.

63. *Ille ex singrapha postulabat &c.*) Nos IIII. id est, quaternas scripsimus: ut intelligat centesimas: Nam infra hac epistola: *nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non bene quaternas centesimas sperabat*. Item lib. VI. cum de hoc eodem negotio loqueretur: inquit: *Tu qui ais Brutum cupere aliquid perdere, quaternas habebat in syngrapha*. & eadem epistola infra: *Nisi forte id volumus armis efficere, ut fœnus quaternis centesimis ducant*. Victorius. Quaternæ centesimæ sunt, quum quatuor nummi menstrui pro usuris in centum poscuntur, qui quadraginta octo in annum faciunt. *Gravius*.

64. *Versuram facere.*) *Versuram facere* nihil est aliud quam pecuniam fœnori sumere. Et *versura* in Taciti loco nihil nisi mutuum fœnebre, ut multis ostendit Salmasius in notis ad Tertullianum de Pallio, & de modo Usurarum, cap. 7. & liquidissime Gronovius Antexegesi secunda pag. 162. qui ibi sententiam Bosii egregie refellit. Vid. pag. 164. & sequentes. *Gravius*.

65. *Lex Gabinia vetabat.*) Lex Gabinia habebat duo capita; Unum, Ne cuiquam in provinciis dare accipereve pecunias in versuram liceret, alterum, Ne gravior usura quam Centesima esset. Cum ergo Bruti familiares Salaminiis pecunias dedissent versura, & centesimas quaternas in syngrapha perscripsissent, ne ipsis lex Gabinia fraudi esset, confugerunt ad duo Senatuscons. de illa syngrapha facta: quorum tamen neutrum centesimas quaternas nominatim permittebat; quas illi exigebant. *Popma*. Hic rursus *accipere pecuniam sub usuris in versuram*, & *pecunias dare in versuram*, *pecunias dare versura* Latinis ignota loquendi genera sunt. Lex Gabinia caverat ne ulli provinciali legato Romæ pecunia sub usuris mutua daretur: ne magistratus provinciales ex tali syngrapha jus dicerent, si qui Romani apud eos quererentur de provincialium debitis non solutis. Senatusconsulto autem illo cavebatur tantum ne multam legis Gabiniæ subirent, qui Salaminiis pecuniam dedissent, sub usuris mutuam; sed ut jus dicerent ex tali syngrapha Proconsules contra legem Gabiniam non cautum erat S. C. *J. F. Gronovius*.

66. Tu-

tem fœneratoribus, nihil ſe juvare illud ſenatus conſultum, quod ex ſyngrapha jus dici lex Gabinia vetaret. [66] tum fit ſenatus conſultum, [67] UT ET EA SYNGRAPHA ESSET QUA VI CETERÆ. Sed ut eodem. cum hæc [m] differuiſſem, ſeducit me Scaptius; ait ſe nihil contradicere; ſed illos putare talenta cc. ſe debere; ea ſe velle accipere: debere autem illos paullo minus: rogat., [n] ut eos ad cc. perducam. optime, inquam. voco illos ad me, remoto Scaptio. quid vos? quantum, inquam, debetis? reſpondent, CVI. refero ad Scaptium: homo clamare. quid [o] opus eſt? inquam. [p] rationes conferatis. aſſidunt; ſubducunt: ad nummum convenit. illi ſe numerare velle, urgere ut acciperet. Scaptius me rurſus ſeducit: rogat, ut rem ſic relinquam. dedi veniam homini impudenter petenti. Græcis querentibus, [68] ut in fano deponerent poſtulantibus, non conceſſi. clamare omnes

m diſſeruiſſent *alii.*
n ut *non eſt in MSS.*
o potius eſt *Lamb.*
p quam ut *Id.* P. B.

66. *Tum fit S. C. non ut alio ea ſyngrapha jure eſſet, quam cetera, ſed ut eadem.*) Ita legitur hic locus in manuſcripto, & fortaſſe melius, quam in vulgatis. *Urſin.*

67. *Ut & ea ſyngrapha eſſet qua vi.*) Boſii hæc eſt correctio. Lamb. legit, *ut ea ſyngrapha eſſet eodem jure quo cetera, non meliore:* vulgatam lectionem retinet Junius, & nihil mutat. ea autem eſt, *ut & ea ſyngrapha eſſet, quam cetera.* Cleric.

68. *Ut in fano deponerent.*) Faerni liber: *Et ut in fano.* In more autem poſitum fuit, ut pecuniæ fere omnium in Fanis deponerentur. ideo credo, quod exiſtimarentur minus inſidiarum habituræ, quæ religionis præſidio munitæ eſsent. Itaque libro de Legibus: *Sacrum, ſacrove commendatum qui clepſerit repſeritque parricida eſto.* Item, *Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum;* quod & nunc multis fit in fanis. Ad hanc conſuetudinem Plautum reſpexiſse non dubito, cum Bacchidibus ſervum Chryſalum fingit, hero, ut herili filio morem gereret, mentientem, ſe aurum quod ab Archimede domini ſui juſſu exegerat, prædonum metu, in templo Dianæ depoſuiſse. Verſus ejus ii ſunt:

Nos ibi apud Theotimum omne aurum depoſuimus
Qui illic ſacerdos eſt in Diana Epheſia.
H. *Qui iſthic Theotimus eſt?* C. *Megabyzi filius,*
Qui nunc in Epheſo eſt Epheſiis chariſſimus.
N. *Na ille Hercle mihi ſit multo tanto carior*
Si me illhoc auro tanto circumduxerit.
C. *Quin ipſa in æde Dianæ conditu'ſt: ibi*
Demum publicitus ſervant.

His tamen Cæſar ſcribit Pompejanos non pepercisſe. Ita enim libro primo Civilis belli: *Arma imperantur], pecunia à municipiis exiguntur: & e fanis tolluntur.* Herodianus etiam in Commodo, tem-

omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis [69] cum anatocismo contentus non esset: q alii, nihil stultius. mihi autem impudens magis, quam stultus, videbatur. [70] nam aut bono nomine, centesimis contentus erat; aut non bono, quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quæ si Bruto non probatur; nescio, cur illum amemus: sed avunculo ejus certe probabitur, præsertim cum senatus consultum modo factum sit, puto, postquam tu es profectus, in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fœnore r ducerentur. hoc quid intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. in quo quidem [71] ὁδοῦ πάρεργον, Lucceius M. F. queritur apud me per litteras, summum esse periculum, ne culpa senatus, his decretis, res ad tabulas novas perveniat. commemorat, quid olim mali C. Julius fecerit, [72] cum dieculam s duxerit: [73] numquam t res-

q aliis MS.

r dicer. MS.

s alii dixerit.

templum pacis commemorat de improviso incendio consumptum, ingenti multorum jactura, qui eo suas divitias congesserant. *Malasp.*

69. *Cum anotocismo.*) Renovato in singulos annos fœnore. ep. I. & 3. lib. VI. de quo Lucianus ἐν τῇ τῶν βίων πράσει sic scribit, τῶν τόκων οἱ μέν εἰσι πρῶτοί τινες, οἱ δέ δεύτεροι, καθάπερ ἂν τῶν ἐκείνων ἀπόγονοι ab Aristoph. vero in Nub. τόκοι τόκων vocantur. *Corrad.*

70. *Nam aut bono nomine.*) Hoc est, si pudor esset, centesimis esset contentus, at improbe sperat quaternas centesimas. Impudens igitur est. *Grævius.*

71. Ὁδοῦ πάρεργον.) Vix præter opus, præter propositum & rem: unde paulo post, *sed ad rem redeo*, inquit, & ideo κατὰ παρένθεσιν legendum videtur, ut ad Ciceronem, non autem ad Lucceium referatur ep. I. lib. VII. sic prope παρὰ τὴν ἱστορίαν. ep. 50. lib. XIII. & περιϊστορῆσαι ep. I. lib. VI. *Corrad.*

72. *Dieculam duxerit.*) Cum breve spatium solutionis debitoribus concesserit: qua re nunquam resp. plus tulit mali. Quis autem sit hic C. Julius parum liquet: sed Julium dictatorem non esse, mihi persuaderi facile patior. *Popma*. Non improbo hanc lectionem quam Manutius primus restituit. sed sententia longe est alia, quam viri eruditi existimant. *Ducere diem* non solum est differre, proferre, sed & consumere, transfigere. Propert.

Seu facili totum ducit amore diem.

Stat. Herc. Surrent.

Forte diem Triviæ dum littore ducimus udo.

Mart. XII. ep. 36.

Interdum aureolos manu crepantes,
Possint ducere qui duas Kalendas.

Senec. de Tranquillitate animi: *Nam ut quidam sole, & exercitatione*

t respublica plus. Sed ad rem redeo. 74 meditare adversus Brutum causam meam: si hæc causa est, contra quam nihil honeste dici potest; præsertim cum integram rem & causam reliquerim. Reliqua sunt domestica. 75 De εἰδομύχῳ, probo idem, quod tu 76 Postumiæ F. ille quo- t reip. *MS.*

tione & cura corporis diem ducunt. qui locus non est sollicitandus, quamvis nonnulli codices: *diem educunt.* Chrysologus serm. 53. *qui inter insidias diem ducimus.* Augustinus III. contra Academicos cap. 1. *Quamobrem qualem vobis quaso hesternum diem videmur duxisse.* *Olim* non tantum præteritum sed & futurum tempus significare tritum est. Quintil. lib. x. *Sunt clari hodieque & qui olim nominabuntur. fecerit* igitur non de præterito sed de futuro tempore intelligendum. Hoc autem Cicero dicit, Lucceium commemoraffe, quid aliquando mali C. Julius facturus sit, cum breve tempus transegerit, quo ex provincia domum ei erit veniendum, & creditoribus satisfaciendum cum ab ipso tum a suis amicis & satellitibus, qui plerique ære alieno erant obruti. Hinc & postea crebra novarum tabularum spes fuit mota, sed tandem a Cæsare disjecta. vide Sveton. in ejus vita c. 42. & c. 27. *Grævius.*

73. *Nunquam &c.*) Subint, plus periculi subiisse videtur, quam tunc subibit. sive hoc aliquid est diversum a præcedenti, ad quod venerit occasione literarum Lucceji, in quibus idem scriptum erat; sive significat, tum quoque Cæsarem inter alia, quibus plebem capturus est tali tempore, subornaturum quoque aliquem e magistratibus, qui tabulas novas ferendo, & Cæsarem auctorem jactando, gratiosiorem illum reddat. *J. F. Gronov.*

74. *Meditare.*) Excogita & inveni quomodo mihi patrocineris apud Brutum in hac quoque lite cum Scaptio, si tamen iis est aut controversia, in qua partis alterius tam liquidum jus est Ter. Ad. II. 1. 45. & infra lib. VIII. ep. II. *Idem.*

75. *De* εἰδόμῳ.) Vetustior noster codex, de εἰδομύχῳ, id est, de nostro illo domestico & occulto negotio: supra autem longius de hoc ipso loco disseruimus. ubi autem paulo post *Pomelia* legebatur, nos *Pontidia* ex vetusti codicis auctoritate scripsimus. Præterea idem nomen in longa sequentis libri epistola reperies, non multo post, quam de Tullia egerat, cum inquit, *Multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia.* Victorius.

76. *Posthumiæ F.*) Ignorata a librariis scribendi ratio per notas fœda macula hunc locum deturparat. Nos germanam lectionem ex Decurtato nostro in hunc modum restituimus: *probo idem quod tu, Postumiæ F. ille quoniam Pontidia nugatur.* nota F. significat filium. sensus est: probo idem quod tu, Postumiæ scilicet filium uxorem ducere Tulliam: aut, Postumiæ filio Tulliam nuptui dari, quoniam ille Pontidiæ filius nugatur. Postumiæ filium vocat filium Ser. Sulpicii, cujus uxor erat Postumia. Hoc de matrimonio antea etiam egerat cum Attico epistola quarta hujus libri, his verbis: *nam posset aliquid si utervis nostrum adesset, agente Servilio, Servio fieri probabile,* Bosius.

quoniam Pontidiæ nugatur. ſed vellem adeſſes. a Quinto fratre his menſibus nihil exſpectaris. nam Taurus propter nives ante menſem Junium tranſiri non poteſt. Thermum, ut rogas, creberrimis litteris fulcio. P. Valerium negat habere quicquam Dejotarus rex, eumque v ait a ſe ſuſtentari. Cum ſcies, Romæ intercalatum ſit necne; 77 velim ad me ſcribas certum, 78 quo die myſteria futura ſint. Litteras tuas minus paullo exſpecto, quam ſi Romæ eſſes; ſed tamen exſpecto.

v ait ſuſtentare *MS.*

77. *Velim ad me ſcribas certum quo die myſteria futura ſint.*) *Ceterum* pro *certum* eſt in antiquo libro, & ita videtur legendum, interpunctionis nota ad verbum *ſcribas* poſita. *Urſin.*

78. *Quo die myſteria futura ſint.*) Romana ep. 1. l. VI. Quando intercalabatur, ita ſtati dies movebantur, ut poſtea non eſset notum omnibus præſertim abſentibus, in quem diem myſteria inciderent de Græcis ep. 25. lib. XV. *Corrad.* Myſteria vocat cum Mundus patere dicebatur. qua de re nos plura alio loco in his epiſtolis. *Boſius.* Hadrianus Valeſius ad excerpta Peireſciana Appiani, & Gronovius Obſerv. lib. IV. cap. 9. oſtendunt per myſteria Romana intelligi Sacra Bonæ Deæ quæ fiebant Kalendis Majis, & quia id ſacrum fiebat pro ſalute populi Romani cærimonia ſanctiſſima, quod nomen ab Eleuſiniorum venerabili maxime ſacro traductum ſit ad Romanorum Bonæ Deæ ſacrum, & quia hæc Bonæ Deæ ſacra μυςήρια vocavit Appianus. vide libros, quos laudavimus. *Gravin.*

M. TUL.

M. TULLII CICERONIS

P.LXXXIV.

EPISTOLARUM

AD

ATTICUM.

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

QUi has M. Tullii epistolas in libros distribuit, is mihi videtur, libri alius initium hinc maxime fecisse, quod hæ aliis Consulibus quam superioris libri scriptæ fuerint: nempe L. Aemilio Paullo: C. Claudio Marcello: quem Svetonius Marci Marcelli patruelem facit: Dio, sobrinum, vel, ex aliorum opinione, fratrem. Hic igitur liber certum argumentum nullum habet, quod ad Remp. pertineat. Nam bellum Parthicum, cujus hic mentio fit, in metu potius, quam re ipsa fuit: cum anno superiore, qui ab illo cœpto quartus fuit, finem acceperit. De rebus urbanis, quod odiosa quædam se Cicero audisse scribit, tale fuit. Cæsar cum vereretur, ne se iniqui sui provincia atque exercitu spoliarent: sicque cogeretur, si consul fieri vellet, privatus ac præsens petere: L. Paullum Consulem, & C. Curionem Tribunum pl. antea suis actionibus adversantes, grandi mercede sibi conciliavit: quorum opera factum est, ut retineret exercitum. Nam cum de illo remittendo referretur, Curio ita est assensus, si reliqui quoque dimitterent: Pompejum notans, sine dubio. Hoc anno Cicero de provincia decessit III. Kal. Sext. atque Idib. Oct. Athenis fuit, unde postrema libri hujus epistola data est. Reliqua sunt privata atque domestica: de Tullia Dolabellæ collocanda: & aliis rebus. Malaspina.

EPI-

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.



Ccepi tuas litteras 1 a. d. quintum Terminalia Laodiceæ, quas legi libentiſſime, pleniſſimas, amoris humanitatis, officii, diligentiæ. 2 his igitur reſpondebo: ſic enim poſtulas; nec οἰκονομίαν meam inſtituam; ſed ordinem conſervabo tuum. Recentiſſimas a Cybiſtris te meas litteras habere ais, a. d. x. Kal. Octob. datas: & ſcire vis, tuas ego quas acceperim: omnes fere, quas commemoras, præter eas, quas ſcribis Lentuli pueris & 3 Equotutico & Brundiſio datas. quare non οἴχεται tua induſtria quod vereris, ſed præclare ponitur; ſi quidem id egiſti, ut ego

1. *Ad quintum miliare*,) Nos hic vulgarem & communem lectionem retinuimus. noſter. tamen antiquior *Termilia* pro miliare habet: Germani vero in ſui codicis margine, *Terminalia* emendarunt. quapropter videant doctiores, in quibus libris vitium ſit, & qui ſinceriorem ſcripturam conſervarint. *Victorius*, *Ad quintum termilia.*) Al. *ad quintum terminalia*: recte, hoc eſt, XIII. Cal. Mart. treis omnino dies poſt datas literas. lib. v. ultimas, quæ ſunt Idib. Feb. datæ & *ad quintum Terminalia*, dixit, ut *pridie compitalia*, ep. 3. lib. XI. ad quintum igitur diem ante Terminalia, quæ x. vel, ut alii volunt, IX. Cal. Mart. fiebant. Ovid. lib. II. Faſt. *Corrad.*

2. *His igitur reſpondebo —— ſic enim poſtulas.*) Nos judicavimus Græcam vocem deeſſe, quæ doceret modum quo vellet ſibi Atticus reſponderi: ideoque inane ſpatium reliquimus, ut ſi in integriore aliquo libro inveniretur, reponi poſſit. Præterea ne fallat aliquem, imperfectam eſſe ſententiam hujus loci. Nec enim veriſimile eſt poſtulaſſe Atticum a Cicerone ut tantum reſponderet; ſed potius illi, quomodo vellet ſibi reſponderet, mandaſſe. Quia epiſtola Attici confuſior perturbatiorque erat, illa inquam, cui hæc reſpondet. ſcripſerat enim, quicquid ſibi ex tempore in mentem veniſſet. Poteſt fieri, ut a Cicerone petierit, ut ipſe quoque αὐτοσχεδίως ſcriberet: ſed hoc magis poteſt aliquis ſuſpicari, aut ariolari, quam confirmare, aut credere. infra autem dicit, *Sed enim οἰκονομία ſi. perturbatior eſt, tibi aſſignato: te enim ſequor σχεδιάζοντα. Victorius.*

3. *Equotutico*,) Oppido, quod nominatur in Itinerario Antonini. conditum a Diomede poſt everſam Trojam, unaque Beneventum, & Arpos, ait Servius ſuper illo verſu *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem*, Æn. lib. VIII. *P. Manut.*

4. Quam

ego delectarer. nam nulla re ſum delectatus magis: [4] Quod meam βαθύτητα in Appio tibi, [5] libertatem etiam in Bruto [a] probo, vehementer gaudeo: ac putaram ſecus. Appius enim ad me [b] ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους litteras miſerat, quod quædam a ſe conſtituta reſcinderem. ut ſi medicus, cum ægrotus alii medico traditus ſit, iraſci velit ei medico, qui ſibi ſucceſſerit, ſi, quæ ipſe in curando conſtituerit, mutet ille: ſic Appius, cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, ſanguinem miſerit; quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit [6] enectam, προσανατρεφομένην eam a me non

a probari *alii*.
b in itin. *MSS*.

4. *Quam meam βαθύτητα, in Appio tibi.*) Vetus noſter liber: *Quod meam*. Pauloque poſt, ubi antea *Probari*. idem *Probo* habet: quæ nos accepimus. eam enim ſinceram eſſe putavimus lectionem, hac ſententia & ordine: *Vehementer gaudeo, quod probo tibi meam, &c.* Veteres tamen codices *Liberalitatem*, quod fortaſſe non adeo contemnendum erat, ut ejiceretur. videbatur enim ſibi fuiſſe in Bruto liberalis, quod illius negotium omni cura & diligentia conficere voluerit. Nec tamen penitus, *Libertatem*, improbo: ut intelligas, qua uſus eſt erga Brutum, ea quæ parum honeſta eſſent ei fortiter negando, quam parum probatum iri ab Attico rebatur, quem omni ratione velle putabat Bruto commodari. *Victorius*.

5. *Libertatem.*) Hoc eſt, παῤῥησίαν, quam recte opponit βαθύτητι. *Boſius*. MSS. omnes: *liberalitatem*. Id autem eſt, liberale factum bonitaſque. & ſic interpretatur Donatus in illud Terentianum, *Pudore & liberalitate liberos Retinere ſatius eſſe credo, quam metu*. Atque in hanc ſententiam frequenter Tullius. *Junius*. Baliol. etiam *liberalitatem*, ſed non poſſum aſſentiri Junio: retinendum *libertatem*. Illam enim libertatem intelligit, qua uſus erat erga Scaptium, in negotio Cypriorum, quorum fortunas nolebat Bruti cauſſa, cujus gratia Scaptius maxime nitebatur, perdi & exhauriri, ſed egregia libertate reſiſtebat iniquiſſimis poſtulationibus Scaptii, impetumque ejus in Cypriorum facultates retundebat, contra Bruti voluntatem. Vide præcedentis libri epiſtolam ultimam. *Gravius*.

6. *Enectam, & προσανατρεπομένην.*) Hinc duo magna menda ſuſtulimus. nec enim copula eſſe debet: & προσανατρεφομένην legendum eſt, quod ex veteribus libris, & ratione ſententiaque verborum animadvertimus. loquitur enim verbis medicorum: & uſque ad finem clauſulæ manet in eadem translatione. tanquam enim ægrotum, qui repletione laboraret, provinciam curaſſe Appium dicit, miſſione ſanguinis, inedia, exinanitionumque omni genere, omnibuſque detractis quæ poſſet, extenuatam & quaſi enectam tot purgationibus provinciam Ciceroni tanquam alteri medico tradidiſſe: cum eam autem ipſe idoneis cibis vellet refocillare, & priſtinas ei vires reddere, ægre tulit Appius. ἀνατρέφειν autem eſt, ægrotum ex diutino morbo curationibuſque valentibus im-

c videt MS. P. B.

non libenter [c] videt ; ſed modo ſuccenſet , modo gratias agit. nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia. tantummodo diſſimilitudo meæ rationis offendit hominem. quid enim poteſt eſſe tam diſſimile, quam illo imperante , exhauſtam eſſe ſumptibus & jacturis provinciam ; nobis eam obtinentibus , nummum nullum eſſe erogatum nec privatim nec publice ? Quid dicam de illius præfectis ? comitibus ? legatis ? etiam de rapinis ? de libidinibus ? de contumeliis ? nunc autem domus mehercule nulla tanto conſilio aut tanta diſciplina gubernatur aut tam modeſta eſt , quam noſtra tota provincia. 7 hanc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat , & recte facere non meæ laudis , ſed illius contumeliæ cauſa. ſin Appius , ut Bruti litteræ , quas ad te [d] miſit , ſignificabant, gratias nobis agit , non moleſte fero : ſed tamen eo [e] ipſe die , quo hæc ante lucem ſcribebam , cogitabam ejus multa , inique conſtituta & acta , tollere. Nunc venio ad Brutum , quem ego omni ſtudio , te auctore , ſum complexus : quem etiam amare cœperam : 8 ſed , dico , revocavi me , ne te offenderem. noli enim putare , me quicquam maluiſſe , 9 quam ut mandat is, facere : nec ulla de re plus laboraſſe.

d *ita Vict.* *alii* miſi.
c ipſo *alii.*

imbecillum & macilentum , reficere. Sic loquitur apud Ariſtoph. in Ranis Eurip. μεταφορικῶς de tragœdia , quam a ſe primo purgationibus detrectationibuſque extenuatam dicit , poſteaque recuratam & refocillatam. quem locum (nam huic valde ſimilis eſt) non importunum fore arbitror hic ſcribere : ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις καὶ τευτλίοισι μικροῖς χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων ἀπὸ βιβλίων , ἀπ' ἠθῶν εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίαις τὸν κηφισοφῶντα μιγνύς. Græcam autem hanc dictionem προσανατρεφομένην , cum ſequentibus verbis conjungi puto debere. non enim tradiderat illam προσανατρεφομένην. nam potius moleſte tulit , cum vidit illam recreari ex tam gravi morbo. primas autem voces poſt illam Græcam , quemadmodum Germani legimus , nec fere alter in noſtro antiquiore leguntur. quæ ſi probentur recipianturque , alia omnibus auctoritatibus firma ſunt. *Victorius.*

7. *Hanc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur.*) *Hac* , pro *hanc* habet antiquus liber , & ita videtur legendum . *Urſin.*

8. *Sed , dico , revocavi me ne te offenderem.*) Faernus , *ſed illico revocavi me ne te offenderem* . Ant. Auguſtinus , *ſedulo* legit pro *illico* . Idem.

9. *Quam ut mandatis tuis ſatisfacerem.*) Noſtri libri ſcriptura ex antiquiore noſtro exemplari accepta eſt : quam valde probavimus. quia

rasse. mandatorum autem mihi libellum dedit, iisdemque de rebus tu mecum egeras. omnia sum diligentissime persecutus. primum ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta, quæ mihi [f] pollicebatur, illi daret. quoad mecum rex fuit, perbono loco res [g] erat: post a Pompeji procuratoribus sexc entis premi cœptus [h] est. Pompejus autem cum ob ceteras causas plus potest unus, quam ceteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse venturus. ei tamen sic nunc solvitur; tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII. & hoc ex tributis: nec id satis efficitur in usuram menstruam. sed Cnæus noster clementer id fert: sorte caret: usura, nec ea solida, contentus est. alii neque solvit [i] cuiquam, nec potest solvere. nullum enim ærarium, nullum vectigal habet. Appii instituto tributa imperat. ea vix, in fœnus Pompeji quod satis sit, efficiunt. amici regis duo tresve perdivites sunt: sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu. equidem non desino tamen per litteras rogare, suadere, accusare regem. Dejotarus etiam mihi narravit, se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse, illum non habere: & mehercule ego ita judico, nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. itaque aut tutela cogito me abdicare; [10] aut, ut pro Glabrione Scævola [11] fœnus

f pollicebantur, illi daret MS.
g fuit MS.
h est alii delent.
P. LXXXV
i quidquam alii.

quia Brutum fuisse, qui, quæ fieri vellet mandarat, non Atticum ut ipse statim infert, animadvertimus. *Victorius.*

10. *Ut Glabrione Scævola.*) Pro Glabrione pupillo tutor Scævola fœnus & impendium recusavit adversus creditores pupilli. ita ego alterum duorum faciam, ut aut tutelam regis, mihi a senatu traditam, renunciem ac deponam, aut adversus ejus creditorem fœnus & impendium recusem. hoc est, ita pergam in tutela, ut, quod pupilli nomine fęnus, & impendium est solvendum, id non solvam. *Impendium* est usura. Varro lib. IV. *Usura, quod in sortem accedebat, Impendium appellatum.* Hoc intellecto, patet sententia illius loci in libro de Claris Orat. *Ut etiam impendiis augere possimus largitatem tui muneris.* Et in Catone: *Terra numquam recusat impendium, nec unquam sine usura reddit, quod accipit.* Sic enim legendum putat homo eruditus. *P. Manut.* *Ut pro Glabrione.*) Ut Scævola creditoribus Glabrionis fęnus & impendium solvere recusavit, sic ego cogito agere adversus creditores regis Ariobarzanis, aut tutelam ejus mihi a Senatu traditam deponere. An vero in judicio pro Glabrione reo obærato Scævola patronus, an tutor pro Glabrione pupillo egente fęnus & impendium recusaverit, non constat. Scævolam autem accipio Q. Mutium Scævolam

nus & impendium recusare. ego tamen quas per te Bruto promiseram præfecturas M. Scaptio, L. Gavio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli. nec enim in provincia mea negotiabantur. tu autem meministi, nos sic agere, ut quot vellet, præfecturas sumeret, *k alii delent itaque.* [12] dum ne negotiatori. [k] itaque duas ei præterea dederam, sed ii, quibus petierat, de provincia decesserant. Nunc cognosce de Salaminiis: quod video tibi etiam novum accidisse, tamquam mihi. numquam enim ex illo audivi, illam pecuniam esse suam. quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est, *Salaminii pecuniam debent M. Scaptio, & P. Matinio, familiaribus meis.* eos mihi commendat: adscribit etiam, & quasi calcar ad- *l a se alii.* movet, [13] intercessisse [l] se pro iis magnam pecuniam. confeceram, ut solverent centesimis sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum. at Scaptius qua- P. B. ternas postulabat. metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres. nam ab edicto meo recessissem; & *m in non est in MS.* civitatem, in Catonis & [m] in ipsius Bruti fide locatam, meisque

—

volam Pont. Max. quem non modo inter juris civilis peritos, sed etiam in Patronorum atque Oratorum numero habitum fuisse Cicero in Bruto refert. De Glabrione nihil liquet, præter quod fuit cognomen Aciliorum. *Popma.*

11. *Fœnus & impendium recusare.*) Est bonam copiam ejurare, seu jurare patrimonium esse neque sorti, neque usuris solvendis idoneum. *J. F. Gronov.* Ἀντεζηθήσεως Mantissa p. 104. Fœnus sæpe est creditum sub usuris, sive sors pro qua usuræ penduntur, pecunia fœnebris, ut ostendit Gronovius d. l. *Grævius.* *Fœnus, & impendium.*) Nomine pupilli jurare, patrimonium illius neque sorti neque usuris esse solvendis idoneum. similis locus de Senect. Mantiss. p. 103. *J. F. Gronov.*

12. *Dum ne negotiarentur.*) Nos, *Dum ne negotiatori*, scripsimus: ita enim veteres codices habent, & sic omnino melius. Non multo item post, *id vero per te exceperamus negotiatori:* ubi etiam *Præfecturas* erat antea. nos *Præterea* ex eisdem libris restituimus, ut duas se ei præfecturas dedisse dicat, præter illas duas; quas ei promiserat, rogatus ab Attico, quas M. Scaptio L. Gavio detulerat. *Victorius.*

13. *Intercessisse se.*) Apparet, quam pecuniam Scaptius, & Matinius Salaminiis Romæ dederant, eam pecuniam & ipsos mutuam sumpsisse, sponsore Bruto. nam, *Intercedere*, verbum est de sponsionibus usurpatum, ut oratione II. in Antonium: *Tantum se pro te intercessisse dicebat.* & hic lib. I. *Accersivit ad se, promisit, intercessit, dedit.* Et Parad. VI. ubi in vulgaris legitur. *Intercissas pecuniarum*, legendum puto, *Intercessiones.* P. Manut.

14. *At-*

meiſque beneficiis ornatam, funditus perdidiſſem. 14 Atque hoc tempore ipſo impingit mihi epiſtolam Scaptius [n] Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe; quod nec mihi umquam Brutus dixerat, nec tibi: etiam, ut præfecturam Scaptio deferrem. id vero per te exceperamus, [o] ne negotiatori: quod ſi cuiquam, huic tamen non. fuerat enim præfectus Appio; & quidem habuerat turmas equitum, quibus incluſum in curia ſenatum Salamine obſederat, ut fame ſenatores quinque morerentur. itaque ego, quo die tetigi provinciam, cum mihi Cyprii legati Epheſum obviam veniſſent, litteras miſi, ut equites ex inſula ſtatim decederent. His de cauſis credo Scaptium iniquius de me aliquid ad Brutum ſcripſiſſe. ſed tamen hoc ſum animo: ſi Brutus putabit me quaternas centeſimas oportuiſſe decernere, qui in tota provincia ſingulas obſervarem, itaque edixiſſem, idque etiam acerbiſſimis fœneratoribus probaretur: ſi præfecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato noſtro 15 in tuo Lenio, Pompejo ipſi in Sex. Statio negavi, & iis probavi; ſi equites deductos moleſte feret, accipiam equidem dolorem, mihi illum iraſci, ſed multo majorem, non eſſe eum talem, qualem putaſſem. Illud quidem fatebitur Scaptius, me jus dicente, ſibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi poteſtatem fuiſſe. Addo etiam illud, quod vereor, tibi ipſi ut probem: 16 conſiſtere uſura debuit, quæ erat in edicto

[n] Bruto *MS.*

[o] ne *deeſt in aliis.*

14. *Atque hoc tempore ipſo.*) Invenio *Atqui.* & puto verius. Neque enim addere ad ea quæ jam dixit, vult: ſed diverſum atque crediderit ſignificare. Exiſtimavi, inquit, eam pecuniam Scaptii ac Matii eſse, non Bruti: atqui nunc ex ejus litteris didici, eſse ipſius; remque illam ſuo periculo eſse. Eſt enim *Atqui*, conjunctio diſcretiva. *Malaſp.* *Atque* interdum pro ἀλλὰ *verum, atqui* ponitur. Terent. Andr. 1, 3. *Mihi quidem hercle non ſit veriſimile: atque ipſis commentum placet.* Græv.

15. *In T. Lemnio.*) Nos *In tuo Lenio* ſcripſimus. nam ſic habent veteres libri. & lib. v. legimus, *Quid dicam Torquato: de M. Lenio tuo?* nam ex illo loco *M.* prænomem illi fuiſse, non *T.* cognoſcimus, & cum (*Lenio tuo*) legatur illic recte etiam hic, *In tuo Lenio*, ſcriptum eſse credere poſsumus. Item in hoc ipſo volumine iterum: *Non C. Vennonio meo familiari, non tuo M. Lenio.* quibus in locis etiam vulgati libri omnes ſine mendo ſunt. *Victorius.*

16. *Conſiſtere uſura debuit.*) Quia obſignatam pecuniam Salaminii deponere volebant: quo facto conſiſtere, hoc eſt, ceſsare debebant

edicto meo. deponere volebant: impetravi ab Salaminiis, ut silerent. veniam illi quidem mihi dederunt; sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas litteras scripsit: ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere. tu autem velim ad eum scribas de his rebus; ut sciam, quo modo hæc accipiat. facies enim me certiorem. atque hoc superioribus litteris ad te diligenter perscripseram, sed plane te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam litteris scripsisses: si nihil aliud de hac provincia, nisi illius benivolentiam, p deportassem, mihi id satis esse. q sit sane; quoniam ita tu vis: sed tamen cum eo credo, quod sine peccato meo fiat. 17 Igitur meo decreto soluta res Scaptio statim. Quam

Pag. LXXXVI.

p reportassem alii.

q alii sic.

bant usuræ, non modo illæ graves, quas Scaptius petebat, sed etiam eæ quæ erant in meo edicto, hoc est, singulæ centesimæ, non quaternæ. *Bosius*. Pecunia deposita & obsignata in loco publico aut sacro non pariebat amplius usuras, ut tradunt Jurisconsulti. Hinc Cicero, Salaminii, inquit, volebant consignatam pecuniam in fano deponere: quo facto cessare & consistere debebant usuræ centesimæ singulæ quas in edicto meo decreveram: & tamen impetravi, ut acquiescerent & solverent Scaptio illas usuras. Sed quid iis fiet si post meum discessum in hanc Provinciam mittatur L. Paullus Proconsul, cujus frater Lepidus Juniam Bruti sororem in matrimonio habet? nimirum facile Bruto hoc dabit, ut Salaminii solvant Scaptio usuras centesimas quaternas. *Consistere usuram* eleganter dixit pro subsistere, nec currere ulterius: qua forma in Verrem: *Pecuniam qua via iverat, eadem semita revertisse*. Paullus Jurisconsultus *pecuniam proficisci*, & Ulpianus *pecunias ire, redire*. Varro de Lingua Latina IV. *Ab eo praeo dicitur locare quoad usque idem it, quoad in aliquo consistit pretium*. Popma.

17. *Igitur meo decreto soluta res Scaptio, statim quam decretum sit, tu judicabis*.) Locus fœde corruptus ita restitui commode potest. *i. m. d. solvitur at Scaptio statim: quam id rectum sit tu judicabis*. Ursin. *Igitur meo decreto soluta res, Scaptio statim quam decretum sit, tu judicabis*.) Hac sententia; Sit igitur meo decreto res ex controversia illa finita, Scaptio solutum statim ut decretum. Tu judicabis an inique adversus Scaptium decreverim centesimas singulas, debuerimque centesimas quaternas decernere: & si dixeris debuisse, tuo judicio acquiescam, ne ad Catonem quidem patronum Salaminiorum provocabo. Quanquam fuit cum ita legendum & distinguendum existimarem: *Igitur meo decreto soluta res Scaptio statim, quam æquum decretum sit tu judicabis*. Ut vox æquum omissa sit scilicet ab errante librario propter similitudinem vocis præcedentis. *Res*, pecunia, ut Plauti Curculione, *pro ista*, rem

Quam decretum sit, tu judicabis; ne ad Catonem quidem provocabo. sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abjecisse, quæ mihi in visceribus hærent. flens mihi meam famam commendasti. quæ epistola tua est; in qua mentionem [r] non facias? itaque irascatur, qui volet: patiar. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ. præsertim cum sex libris tamquam prædibus me [s] ipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo: e quibus unum ἱστορικὸν requiris de [18] Cn. Flavio Cn. F. ille vero ante decemviros non fuit: quippe qui ædilis curulis fuerit: qui magistratus multis annis post decemviros institutus est. quid ergo profecit, quod protulit fastos? occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse: [t] ne me hoc, vel potius Africanum, (is enim loquitur) commentum putes. [19] Οὐκ ἔλαθε σὲ illud de gestu histrionis;

r non *deest in MSS.*

s ipse *alii.*

t neu *MS.*

rem solvi ab trapezita meo. Popma. P. Vict. editio: *Igitur meo decreto soluta res Scaptio, stat inquam decretum, si tu judicabis, ne ad Catonem quidem provocabo.* Rescripsi cum Balliolensi, & aliis libris: *Igitur meo decreto soluta res Scaptio statim. quam decretum sit, tu judicabis, ne ad Catonem quidem provocabo*. Quorum hic sensus est: Decrevi in Bruti gratiam ut statim Scaptio solverent Salaminii sortem cum centesimis, & anatocismo annuo. quam juste decreverim tu judicabis. Tuum ego judicium, quamvis Bruti sis amicissimus, non refugio, nec est ut ad Catonem tanquam severiorem judicem provocem, tuum apud me judicium, tua valebit auctoritas. *Graviut.*

18. *Cn. Flavio Cn. F.*) Legebatur antea, *Cn. Flavio Annii filio*: Corrupte. nam filii a prænomine patris ostendebantur. Annius autem non prænomen, sed nomen, id est familiæ. mendosam igitur dictionem semper credidi, mutare vero non audebam, cum, & a Plinio lib. XXXIII. cap. I. & a Gellio lib. VI. cap. 9. hunc esse appellatum viderem Cn. Flavium, Annii filium. postea, Livii libros percurrens, cum ad eum locum libri IX. venissem, in quo Flavium hunc scribam Cnæi filium vocat. *Cn. F.* ego quoque in Cicerone scripsi: itaque Plinii, Gelliique locus erit emendandus. Infra idem attigit. *P. Manut. Cn. Flavio Cn. F.*) Sic emendavit Manutius, cum legeretur, *Cn. Flavio Annii F.* Cleric. Unde igitur in editionem Bosii, & omnes sequutas venit *M. F.*? Id putavi mutandum, ut feci, donec probetur *Anei filius* Bosianus, quod certe in Gellio VI. 9. probare videtur codex Schefferi ab patre laudatus. *Gronov.*

19. Οὐκ ἔλαθέ σε.) Libri veteres magnam partem habent οὐκ ἔλαθες. Recte an secus non facile dixerim, cum non constet quo hæc verba referenda sint: etsi aliquando conjeci pertinere ad τὰ εὐδαι-

P. B. strionis; [20] ut scelelte suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi.
v cognovisse *alii*. De me imperatore scribis te ex Philotimi litteris [v] cognosse. sed credo te, jam in Epiro cum esses, binas meas de omnibus rebus accepisse; unas a Pindenisso capto, [21] alteras a Laodicea, utrasque tuis pueris datas.
x occasum *Brut.* quibus de rebus; propter [x] casum navigandi, per binos tabellarios misi Romam litteras publice. De Tullia mea tibi assentior: scripsique ad eam, & ad Terentiam, [22] mihi placere. tu enim ad me jam ante scripse-

εὐδόμυχοι, ad Tulliæ procum patricium, de quo Atticus forte in quadam sua Epistola scripserat ἔλαθες de gestu histrionis; cui respondet ἐκ ἔλαθές σε, non te cælavi, sed simpliciter, & ingenue scripsi illum mihi non probari: tu autem suspicaris me offendi illius gestu histrionico. Bosius refert ad locum illum Epistola penultima, libro quinto. *Ut etiam Ligurino μώμῳ satisfaciam*; quasi dicat; Non potui te fallere, & cælare, quin suspicatus es me Horrensium appellasse Ligurinum; ob ejus gestus histrionicos: quam interpretationem ibidem refellimus. *Popma*: Miror Malaspinam, Popmam, & reliquos ita male hærentes in evolvenda lectione veteri ἔλαθες *illud*. Nam quod ad Bosium, cogor illi fidem habere producenti ex Decuttato ἔλαθέ σε. Sed quid aliud sibi vult scriptura vetus? Nonne perspicuus apostrophus, & vicinitas vocalis in principio sequentis vocis intercepit postremam in Græcis? ut scripserit ἐκ ἔλαθέ σ' *illud*. Gronov.

20. *Tu sceleste suspicaris*.) Me ad Hortensium retulisse quo in gestu peccaret ut nimius. Gell. l. I. cap. 5. hinc Cicero sæpe illum eludebat. Quintil. lib. XV. cap. 5. *Corrad.* *Tu sceleste suspicaris*.) Ait Atticum sceleste suspicari de interpretatione nominis, *Ligurinus*, quasi ipse ea voce histrionem Hortensium appellarit, propter λιγυρὸς, id est, argutos ejus gestus. nam cum λιγυρὰ sit fere tota histrionum actio, facete ipsi histriones Ligurini appellantur. Verum non in eam partem ait se nomen id accepisse, sed ἀφελῶς hæc scripsisse, cum tantum alluderet ad gestus vere oratorios Hortensii, qui, ut oportebat, erant argutuli. Videtur hæc purgatio esse εἰρωνικὴ. *Bosius*.

21. *Alteras a Laodicea*.) Antonianus, *Laodicea* sine *a*, plane usitatius. Nam a Pindenisso capto, post captum Pindenissum exponere possumus, ut tempus simul, & locus significetur. Sane Roma, quam a Roma, malim dicere, nisi forte intelligam ex agro Romano, & urbi propinquis locis. qua de re supra, ut spero, copiose disseruimus. *Malasp.* Primus τὸ *a* expunxit S. Bosius, P. Vict. Manut. Lambin. Bruti edd. omnesque libri MSS. præter unum Antonianum id retinent. Vulgatam opinionem veteres non addere præpositiones Urbium nominibus, nisi forte intelligatur vicinus urbi locus, dudum refellit Sanctius in Minerva, & Scioppius in Paradoxis, superius laudati. *Gravius*.

22. *Mihi placere*.) Ut Tullia nubat equestris ordinis viro, sicut ante

pseras, *ac vellem te in tuum veterem gregem retulisses*: correcta vero epistola Memmiana, nihil negotii fuit. multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia. quare adjunges y Aufium nostrum, hominem semper amantem z me; nunc, credo, eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me 23 cum reliqua hereditate crevisse; qui declaravit, quanti me faceret, cum sæpe, 24 tum in Bursa. a ne tu me sollicitudine magna

y Alfium *alii*.
z mei *Brut.*
a næ *alii*.

ante fecit. itaque malo procum, de quo Pontidia dixit, quam illum de quo Servilia; quorum alterum Atticus suspicatus erat fuisse C. Memmium, ante exilium: post errorem suum correxit, & alium esse scripsit; qui Ciceroni sic placebat, ut nihil negotii fuerit ipsum in eam sententiam adducere, ut de illo uno cogitaret: alter Servii Sulpitii & Postumiæ filius. Epistola quarta, & vigesima prima libro quinto. *Popma*.

23. *Cum reliqua hæreditate crevisse.*) Qui *cernere hereditate*, dici posse putarunt, ii mihi videntur existimasse, *Crevisse*, a *Cresco*, non a *Cerno* declinatum fuisse. Quo in errore, magni quoque nominis virum fuisse video; qui in librum de Verborum significatione, aliquem dixerit *hereditate crevisse*. Et fortasse, *Crescere hereditate*, ut *augeri*, locutio est non improbanda: sed ea permultum distat ab hac nostra. Sane certum est, *Cerno*, verbum activum esse, atque ideo in accusativum ferri: ut qui *Cernere hereditate* dixerit, solœcismum faciat. Quod si quis opponat, *Cernere armis*: huic respondemus, mutatam esse notionem verbi valereque *Dimicare* atque *Contendere*; atque idcirco neutrum esse factum, non secus atque *Cresco*. Quanquam Varro in Gerunto didascalo, ut est apud Nonium, *Vitam cernere* dixit, his verbis: *Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo parere.* ut suspicari possimus plenam locutionem esse, *Armis vitam cernere*. Verum hac de re lib. XIII. copiosius. *Malasp.* Quod Manutius ad hunc locum tradit Latinis *cernere hæreditate*, & *hæreditatem*, dici, & ratio & veterum auctoritas refutat. Nusquam legas *cernere hæreditate*, nec id ratio fert. *Cernere* enim *hæreditatem* proprie est cernere seu constituere num adeunda sit hæreditas, ut bene Varro. Hinc *cretio* est spatium quod datur hæredi constituendi num velit adire hæreditatem, ut Ulpianus docet in D. Inde *cernere hæreditatem* per tropum est adire hæreditatem. *Gravius*.

24. *Tum in Bursa.*) Scripsimus *Bursa* majore prima litera, ut declaretur esse proprium nomen. Fuit autem hic Ciceronis inimicus, qui in judicium vocatus a quodam Ciceronis amico, condemnatus est. Ipse hoc docet in epistola ad Marium: *De Bursa te gaudere certo scio. sed nimis verecunde mihi gratularis: putas enim, ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam lætitiam putare. credas mihi velim, magis me judicio hoc quam morte inimici lætatum, &c.* longius enim de hoc in ea epistola loquitur. *Victorius. Bursa.*) T. Munatio Planco Bursa, ep. 2. l. VII. Fam. qui mihi diem dicere cogitarat. Ascon. in orat. pro Mil. *Corrad.*

magna liberaris. 25. Furnii exceptio mihi non placet: nec b enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum excipit. sed scriberem ad te de hoc plura, si Romæ esses. in Pompejum te spem omnem c otii ponere non miror: ita res est; removendumque censeo d illud *dissimulantem*. Sed enim ; οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα. Cicerones pueri amant inter se; discunt, exercentur: sed alter, uti dixit Isocrates in e Ephoro, & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare. mandavit enim pater. ea sic observabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem 26 in amoribus est. pueri autem ajunt, 27 eum furenter irasci. sed homo f nec doctior nec sanctior

b enim *deest in aliis.*
c odii *alii.*
d illum *alii.*
e Epyro *MS.*
f te sanctior fieri *MS.*

Corrad. Tum in Bursa.) Inimico meo: quem fortassis Appius judex sententia sua damnaverat. Est enim hic T. Munatius Plancus Bursa frater L. Munatii Planci oratoris, qui lege Pompeja de vi damnatus est, Cicerone ipso accusante. Restitutus a Cæsare post fugatum ex Italia Pompejum Famil. libro septimo, epistola secunda. libro nono, epistola decima. Philipp. quinta, Dionysius & alii. *Popma.*

25. *Furnii exceptio.*) Furnium tribunum pl. (ep. 18. lib. v.) Ciceronis studiosum, legem opinor tulisse de rectoribus transmarinis, nisi Parthus moveret intra Quinctilem mensem, eos posse decedere. at id ipsum tempus Cicero timebat, ideoque exceptionem illam minime probabat. volebat autem omnino ferri, ut annuo imperio terminato decederent: quod ipse non magis odio provinciæ, quam Parthorum metu, cupiebat. *P. Manut.*

26. *In moribus est.*) Nos *in amoribus* castigavimus: quemadmodum locutus est in epistola ad Volumnium, *Id cum ipsius causa* (*est mihi ut scis in amoribus*) *tum mehercule etiam reip. In amoribus* enim dictum esse credimus, ut *in deliciis*: & *nostri amores*, ut *nostra delicia*. lib. 11. harum epistolarum, *Pompejus nostri amores* (*quod mihi summo dolori est*) *ipse se adflixit*. Lib. autem XVI. & amoribus, & deliciis dixit, *Piliæ salutem dices, & Atticæ deliciis, atque amoribus meis*. Victor.

27. *Eum furenter irasci*. Nos *se*, ut in melioribus cunctis libris invenimus, scripsimus *se* autem pro *ipsum*, ut aliis locis, dictum esse a Cicerone hic credimus, ut secunda IV. libri epistola: *Ille noctem sibi postulavit, non concedebant: reminiscebantur enim Kalen. Janua. vix tamen sibi de mea voluntate concessum est*. secundum enim *sibi*, pro *ei* positum est. Possem hujus rei plura exempla apud hunc autorem adferre: sed quia de hoc a doctissimo, & optimi judicii viro Budæo in commentariis copiose & erudite contra Vallam disputatum est: non necessarium esse arbitror constitutam jam rem plurimis clarissimorum autorum testimoniis, & summi

sanctior fieri potest, nec tui meique amantior. [28] Thermum, Silvium vere g audis laudari. valde se honeste gerunt. adde M. Nonium, h Bibulum, me, si voles. jam [29] Scrofa, vellem, haberet ubi posset. est enim lautum negotium. i ceteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortensio quod causam meam commendas, valde gratum. De Amiano, spei nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum vestigium agnovi. Mœragenes certe periit. feci iter per ejus possessionem, in qua animal reliquum nullum est. hæc non noram tum, cum cum Democrito tuo locutus sum. [30] Rhosiaca vasa mandavi. Sed heus tu, [31] quid cogitas? in felicatis lancibus &

Pag. LXXXVII.
g audit alii.
h Vibulium alii.
i ceterum MS.

summi viri patrocinio, & auctoritate, nunc novis argumentis, & exemplis corroborare. *Victor. Eum furenter irasci.*) *Se furenter irasci* habet vetus liber. *se* pro *eum* in ep. 17. lib. I. positum est, & alibi. *Ursin.*

28. *Thermum, Silium.*) Vulgo corrupte *Silvium*, nam Q. Thermus proprætore Asiæ, P. Silius proprætore Bithyniæ eodem anno, quo proconsul Cicero Ciliciæ præerat, ut apparet ex epistolis ad utrumque scriptis Famil. lib. XII. *Popma. Thermum Silvium &c.*) Pighius lib. XVII. Annalium Rom. corrigit *Silium*, iterumque reponendum putat in Epistolis ad Atticum. & vero exstant Tullii ad Silium litteræ lib. XIII. Epistolarum, quibus amicos in ejus provincia negotiantes commendat. nec *Silvia* gens legitur in historia Romana post urbem conditam. *Cleric.*

29. *Scrofa, vellem, haberet.*) Vellem haberet Scrofa provinciam, quam Cato repudiavit, ut posset edere specimen integritatis suæ. Est enim provincia lautum ad hoc negotium. Nam ceteri, qui ambiunt illam provinciam, non sic ut Cato illam administrarent, & ideo non tam digni sunt, ut illi sufficiantur quam Tremellius Scrofa, De Catonis repudiatione provinciæ, ex Prætura oblatæ, meminit Plutarchus in vita ejus. *Popma.*

30. *Rhosiaca vasa.*) Victorius legit, *Rhosii causam mandavi.* Ego rectius ex scidis, & Tornæsiano *Rhosiaca vasa mandavi.* Rhosius urbs erat sita in sinu Issico. Strabo: Καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικὸς, ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ῥωσός. Plinius *oppidum Rhosos, & a tergo porta, qua Syria appellantur intervallo Rhosiorum montium, & Tauri.* id oppidum celeberrimum erat vasis fictilibus, quæ ibi fiebant. ideo Atticus volebat aliquot inde sibi curari, quæ Cicero scribit se mandasse. *Bosius.*

31. *Quid cogitas? in felicatis lancibus.*) Omnino ita legendum, hac sententia: Antea solutus es in cęlatis lancibus, & splendidissimis canistris nos pascere olusculis; quid putem te nunc appositurum in vasculis fictilibus, quę petis tibi curari Rhoso urbe Cilicię in sinu Issico; de qua meminere Plinius, Strabo & alii. Dicuntur autem felicatę sive filicatæ lances a filice herba, quę & felix & felicula Catoni De Re Rustica. Caper Grammaticus: *Felicem non filicem dicendum. Unde & felicata opera priores dixerunt*

& splendidissimis canistris; olusculis nos soles pascere? quid te in vasis fictilibus appositurum putem? 32 Κέρας Phemio mandatum est: reperietur: modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum k impendet. Cassius ineptas litteras misit: necdum Bibuli erant allatæ: quibus recitatis, puto fore, ut aliquando commoveatur senatus. equidem sum l magna animi perturbatione. si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium, habeo Junium & Quintilem in metu. esto; duo quidem menses sustinebit Bibulus. quid illo fiet, quem reliquero, præsertim si fratrem? 33 quid me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. mihi tamen cum Dejotaro convenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. habet autem cohortes 34 quadringenarias 35 nostra armatura xxx. equitum CIↃ CIↃ. erit ad susten-

k pendet *MS.*

l in magna *alii.*

calata felice, quam ita credo dictam, quod sit minus felix arvis. Cicero Paradoxis: *Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam felicatas istorum pateras arbitramur?* Popma.

32. Κέρας *Phemio mandatum est.*) Cupiebat Atticus Phemio κέρας aliquod musicum curari: quod Cicero faciendum mandarat, ut Attici petitioni satisfaceret. Puto hunc Phemium libertum fuisse Attici, a studio Musices ita appellatum, quod instar esset Phemii illius Homerici, cujus mentio fit libro primo Odysseæ. *Bosius.*

33. *Quid de me autem.*) Manuscripti *Quid me.* Est autem vel Ellipsis præpositionis, vel casus Enallage. Idem in Verrem. *Quid illo myoparone factum est?* Ubi Priscianus. *Illo*, pro *Illi.* sic Terentius. *Quid illo faciamus?* pro *Illi.* In illo tamen quod est in Andria. *Nec quid me faciam scio.* Quid de me, exponit. Diomedes quoque. *Quid me futurum est?* Veteres (inquit) mihi. Plaut. in Bacch. *Quid mihi fiet postea?* Qui item a pronomine discedens in eadem fabula: *Tantas* (inquit) *divitias habet, Nescit quid faciat auro.* pro, de auro. *Malasp.*

34. *Quadringenarias.*) Quadringentorum militum singulas: numero triginta, omnes armatura Romana suppura: duæ legiones erunt. hoc & ep. 18. lib. v. significatur in illo verbo, *Duplicaturi.* Hirtius in libro de Bello Alex. unam tantum Dejotari legionem Romana disciplina & armatura constitutam nominat. Oratione in Antonium XI. Dejotari exercitum, Romano more instructum, Cicero appellat. Quod sequitur, ∞ ∞; significare duo millia, supra docuimus in narratione de numerorum antiquorum notis. *P. Manut.*

35. *Nostra armatura* XXX. *aque erit ad sustentandum.*) Nos pro his corruptis verbis veterem scripturam restituimus nulla mutatione facta, ut notas etiam illas descripserimus, quæ nunc in usu non erant: in cunctis autem vetetibus inveniuntur, ubi mille numerum per notam illis signare commodum erat. *Victor. Equitum ∞ ∞.*) Manuscripti *Eq.* ∞ ∞ quod quanquam idem valet, non

tentandum, quoad Pompejus veniat; qui litteris, quas ad me mittit, significat; suum negotium illud fore. hiemant in nostrâ provincia Parthi. exspectatur ipse Orodes. quid queris? aliquantum est negotii: De Bibuli edicto nihil m movi; præter illam exceptionem; de qua P. B.
tu ad me scripseras, *nimis gravi præjudicio in ordinem* m *ita*
nostrum. ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, 36 sed tectio- *Manut.*
rem; ex Q. Mucii P. F. edicto Asiatico, 37 *extra quam* alii novi.
si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat; ex fide bona: multaque sum secutus Scævolæ; n in iis illud, n misi
in quo sibi libertatem censent Græci datam, 38 ut Græ- illud *MS.*
ci inter se disceptent suis legibus. breve autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putavi: quorum unum est provinciale, in quo est de rationibus civitatum, de ære alieno, de usura,

non placet tamen ab antiqua scribendi ratione recedi. Et ne casu factum existimes, etiam editio Victoriana in hoc consentit. *Malasp.* De Pompejo vide ep. 18. lib. v.

36. *Sed tectiorem, ex Q. Municipo P. F.*) Nos castigavimus, *Q. Mucii.* Quis enim non videat nomen proprium illud esse debere? texerat autem hic Asiam admirabili justitiæ & innocentiæ fama, quod Cicero etiam testatur lib. v. his verbis: *Et simul hanc gloriam justitiæ & abstinentiæ fore justiorem spere si cito decesserimus; id quod Scævolæ contigit, qui solos novem menses Asiæ præfuit: sed nihil hujus laude clarius ex hac provincia justa administratione parta.* Ne autem parvam rem negligamus, semper in antiquis libris hoc nomen per c. scriptum noravimus; quod etiam in Græcis exemplaribus invenies, ut doleam non semper hoc observasse nostros librarios. Videndum adhuc est de verbo illo *rectiorem*. Noster enim antiquior *tectiorem* habet: quod fortasse melius sinceriusque est; ut cum exceptionem Bibuli culpet, quia nimis gravi erat præjudicio in equestrem ordinem: quamvis justa esset: se dicat habere exceptionem, quæ par illi sit vi & robore; sed tectiorem & occultiorem; ut non possit equester ordo de illa queri: cupiebat enim Cicero quod in illa boni erat & honesti, non omittere: & tamen sui ordinis offensionem vetebatur, quare tectius occultiusque æqua exceptione usus est. *Victor.*

37. *Extra quam;*) Cum in pactionibus provincialium & publicanorum multa fierent contra fidem bonam, Bibulus in edicto suo scripserat; se non staturum tabulis pactionum, hoc idem Cicero, sed tectius, his, inquam, verbis γενικῶς *Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona. Extra quam:* cum hac exceptione. *P. Manut.*

38. *Ut Græci inter se disceptent suis legibus.*) In vetere senatusconsulto, quod apud me servatur; incisum in ænea tabella, scriptum est: Ἐάν τε ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλονται κρίνεσθαι. *Ursinus.*

usura, de syngraphis; in eodem omnia de publicanis: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciendis, vendendis: quæ ex edicto & postulari & fieri solent. tertium, de reliquo jure dicundo, ἄγραφον reliqui. dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum: itaque curo & satisfacio adhuc omnibus. Græci vero exultant, quod 39 peregrinis judicibus utuntur. nugatoribus quidem, inquies. quid refert? tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. vestri enim, credo, o graves habent, Turpionem sutorium, & Vettium mancipem. De publicanis quid agam, videris quærere. habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno; efficio, ne cui molesti sint. τό παραδοξότατον, usuras eorum, quas pactionibus adscripserant, servavit etiam Servilius. ego sic. diem statuo satis laxam; quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum: si non solverint, ex pactione. itaque & Græci solvunt tolerabili fœnore; & publicanis res est gratissima. 40 sic illa jam habent, pleno modio, verborum honorem, invitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque p maxime putet. sed tamen μηδέν αὐτοῖς. scis reliqua. 41 De statua Africani, (ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων ! sed

o alii gravis, aut gravius.

Pag. LXXXVIII.

p maximi alii.

q me

39. *Peregrinis judicibus utuntur.*) Peregrini Judices erant ipsi Græci, qui utebantur suis legibus & judiciis, ep. 2. *Omnes suis legibus & judicibus usæ, autonomiam adepta revixerunt.* Varro de L. L. IV. *dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur.* Popma. Varronis locus sic est intelligendus, Romanis peregrinos dictos, qui suis legibus utantur, hoc est, qui non sunt cives Romani. Sic *judices* Græci dicuntur peregrini, quod non essent Romani. *Grævius.*

40. *Sic illa jam habent, pleno modio, verb. hon.*) Sic mihi videor hunc locum parva immutatione facta in integrum restituisse: nempe ex, *si*, feci, *sic*: cetera, quæ a vulgatis discrepant, sunt a manusc. sententia autem planissima est. Ita sit (inquit) ut publicani habeant hæc cumulate, *verborum honorem, &c.* idem scilicet hic dicit, quod supra, *verbis laudo, &c.* Lambin.

41. *De statua Africani.*) De qua ut putem locutum esse Ciceronem in libris de Rep. facit illud infra, Nam illud de Flavio, & fastis. videtur enim Atticus ad Ciceronem scripsisse, ejus opinionem a Scipione Metello reprehendi, propterea quod in libris fortasse de Rep. tradidisset, eam statuam, quæ ad Opis ædem posita esset, cum hac inscriptione: P. CORNELIUS. P. F. SCIPIO CENSOR, Africani esse: quam Scipio Metellus non Scipionis Africani, sed Scipionis Serapionis ajebat esse. quem refellit

q me ipsum delectavit in tuis litteris) ain' tu? 42 Scipio hic — q id ipsū Lamb.

fellit Cicero his verbis: cum habeat ea statua inscriptum, CENSOR, qui potest de Serapione intelligi, qui censor numquam fuit? an hoc Scipio hic Metellus ignorat, proavum suum Serapionem censorem non fuisse? Est autem Serapio, Nasica ille Scipio, qui Ti. Gracchum pontifex maxim. interfecit. *P. Manutius.* *De statua Africani* (*ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων! sed me ipsum delectavit in tuis litteris*) *ain? tu?*) Alia est paululum vulgi interpunctio, *de statua Africani, ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων, sed me ipsum delectavit in tuis litteris. Ain tu?* Cleric.

42. *Scipio hic Metellus, &c.*) Locus valde obscurus, & de quo constitui nihil possit; quod non incidat in aliquam difficultatem. Nos attingere illum ausi sumus, quod in vetustis libris vestigia quædam deprehendimus, quæ ad ipsam nos, non ausim dicere veritatem, sed certe viam, qua eo perveniatur; deducant. Ea vero sunt in libro Faerni hujusmodi: quod ubi paulo post legitur: *In illa autem qua est.* in eo scriptum est; *In illa item qua est.* quæ lectio, præter historiam, magno mihi argumento est, ibi, *Atque nihil habuit scriptum, nisi Censor: Consul*, esse legendum. Locus autem opportunus errori fuit, propter similitudinem scripturæ; qua decepti librarii libro item XVI. ep. 12. *Consulibus* contra pro *Censoribus* fecerunt; ut ibidem a Corrado probatur ex historia. Quam porro vim habeat *Item*; neminem puto latere. Censorem non fuisse, congruit cum historia. Constat enim ex Dione; Scipionem hunc Metellum, qui a Q. Cæcilio Metello Pio adoptatus est, Scipionis Nasicæ fuisse naturalem filium: ita ut avum habuerit, Scipionem Nasicam eum, qui Consul fuit cum D. Calpurnio Bestia, Anno U. C. DCXLIX. proavum, P. Scipionem Serapionem: qui Consul quidem fuit, Censor non fuit: quod Scipionem Metellum ignorasse, & vehementer miratur Cicero & irridet. Ignorasse autem se declaravit Scipio, tum ex sermone quem habuit cum Attico, in quo forsan Ciceronem apud eum reprehendebat, quasi in suis libris negasset Censorem fuisse: tum ex duabus ipsius Serapionis statuis, altera ad Opis, altera ad Pollucis posita; hoc intelligere potuerit: in quarum neutra Censor, in utraque Consul tantum scriptum legatur; cum omitti decus illud nec debuerit nec soleret. tum denique quod Africani statuam Censoriam in Serapionis inscriptione posuerit, ac si ipse quoque Serapio Censor fuisset: nihilque referret, utrum Africani imago Serapionis inscriptioni imponeretur, an hujus in Africani. Quæ inscitia Ciceroni eo turpior visa est, quod animadvertere potuerit; post Nasicæ consulatum, non modo Nasicam ipsum Censorem factum non fuisse; sed ne Corneliutn quidem aliquem, illo vivente. Atque hæc & scriptura & expositio historiæ consentanea est; a qua recedunt illi, qui vel Africanum proavum Metelli fuisse credunt, vel Serapionem putantes, contra historiæ fidem, *Censorem fuisse* emendant: & vim orationis non assert: quæ sine dubio adhibetur, si verba illa; *Atqui nihil aliud habuit inscriptum, &c.* alio detorqueantur, quam ad proavum Metelli Scipionis, quo de loqui cœptum est, quem Serapionem fuisse;

hic Metellus 43 proavum suum nescit censorem non fuisse? atque nihil habuit aliud inscriptum, nisi r Cos. ea statua, quæ 44 ad Opis per te posita in excelso est. 45 in illa s item, quæ est ad Πολυδεύκους, t hercule inscriptum est, Cos. quam esse ejusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. at v mehercule ego cum in turma inauratarum equestrium; quas hic x Metellus in Capitolio posuit, animadvertissem 45 in Serapionis subscriptione Africani y imaginem, erratum fabrile putavi, nunc

r *alii* Cens. s *alii* autem. t hercule *non est in aliis*. v *alii* hercule. x Metell. *deest in MS*. y agmen *MS*.

planum est ac perspicuum. *Atqui* enim adversaria particula id affirmare solet, quod negatum sit; id tollere, quod affirmatum. Affirmatur autem Serapionem Nasicam Censorem fuisse: negatur ergo fuisse, quod inscriptum imagines ipsius solum haberent Consul. Rem puto esse manifestam, & doctis, nisi fallor, probatam. Nam qui verba illa, *Atque nihil habuit aliud inscriptum, nisi, Censor, &c.* ad Africanum referunt; ii primum mihi videntur, quæ vis esset hujus conjunctionis, non curasse: deinde illud solum probare, Africanum Censorem fuisse, quod non negasset Scipio Metellus: Serapionem non fuisse, quod demonstrandum fuit, ne attigisse quidem. *Malasp.*

43. *Proavum suum.*) Id est P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, qui Tiberium Gracchum perculit A.V.C. DCXVI. Fuit autem Consul cum Decimo Junio Bruto. At post cæsum Gracchum, ad declinandum invidiam Pergamum in Asiam secessit, ibique sub titulo legationis liberæ in exilio egit. Val. Max. v. 3. eoque censor esse non potuit. *J. F. Gronov.*

44. *Ad Opis per te posita.*) Bessarionis liber, *ab Opis parte*; recte fortasse, ut inquit Manutius; mavult tamen, *ad Opis aperte*, quæ est vulgata lectio. *Cleric.*

45. *In illa autem quæ est ad πόδας ὑρεχλέους.*) Auxilio nostri antiquioris libri *ad* πολυδεύκους scripsimus: parum enim in illo desideratur, ut hæc ibi dictio integra sit. *Ad Pollucis* autem, ut paulo supra, *ad Opis*: & infinitis locis: ut intelligatur aut sacellum aut templum. Nemo autem miretur cur πολυδεύκους Græce scripserit, cum Latine *Pollucis* dicere posset. Nam & alibi quædam nomina Græce scribit, cum nihil vetaret ea Latinis literis, & Romano sermone pronunciare, ut lib. II. *Quare siquid* Θεοφάνης *tecum forte contulerit*. Et lib. IV. *Ut* Ἀριστοτέλης *in his, quos* ἐξωτερικοὺς *vocat*: & aliis etiam locis, ne longiores simus. *Victor.*

46. *In Serapionis subscriptione Africani imaginem.*) Intelligo in statua quæ Serapionis fuisset, caput Africani impositum. Solebant enim hoc veteres facere. Idque Varro innuit, de Ling. Latin. lib. VIII. hisce verbis: *Nam ut in Alexandri statua, si imposuerit caput Philippi, membra convenient ad rationem, &c.* Neque id solum, sed statuas etiam emere, quas sui nominis inscriptione signarent: quod se Cicero odisse, infra ita scribens significat: *Equidem valde Athenas ipsas amo. Volo esse aliquod monumentum. Odi falsas inscriptiones statuarum alienarum.* Malasp. Imo hoc Cicero dicit Scipionis Africani statuæ Serapionis nomen fuisse inscri-

nunc [45] video Metelli. o ἀνιστορησίαν turpem! Nam illud de Flavio & fastis, si secus est, commune erratum est, & ut belle ἠπόρησας. & nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Græcos. quis enim non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade, navigante in Siciliam, dejectum esse in mare? redarguit Eratosthenes. adfert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur jacet Theophrastus, [48] si id a Timæo, tuo familiari, [49] reprehensum est? Sed nescire proavum suum censorem non fuisse, turpe est: præsertim cum post eum consulem; [50] nemo Cornelius, illo vivo, censor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione H-S. XXDC. scribis, Philotimum circiter Kalend. Januar. in [z] Chersonesum audio venisse: ac [a] mihi ab eo nihil adhuc. reliqua mea [b] Camillus scribit se accepisse; ea quæ sint, nescio, & haveo scire. [c] verum hæc posterius & coram fortasse commodius. Illud me, mi Attice,

P. B. z Chersonesum *edd. vett.* a mi *MS.* b Camillis *MS.* c *alis* sed.

scriptum. paullo ante Balliol. *Quas hic in Capitolio posuit*, non male, pro quo vulgari: *quas hic Metellus in Capitolio posuit.* Videtur esse magistri interpretatio, quæ in contextum irrepsit. *Gravius.*

47. *Video Metelli ἀνιστορησίαν turpem.*) Bis erraverat Scipio Metellus, primum, quod putaverat statuam illam, ad Opis positam, Serapionis potius esse, quam Africani: in quo eum inscriptio refellebat: non enim censor umquam Serapio fuerat: deinde, quod in Capitolio imaginem Africani posuerat, cum subscriptione Serapionis; ut non ex historia tantum, sed ex facie quoque suos gentiles ignorare videretur. ἀνιστορησίαν, ignorationem historiæ. *P. Manut.*

48. *Si id a Timao, tuo familiari.*) *Suo* pro *tuo* scriptum est in antiquo: sed scripturæ veritas ex historia petenda est. *Ursin.*

49. *Reprehensum est?*) Ἐξέλεγκται, hoc enim verbo utitur Suidas, & sane in ea re ita multus fuit, ut Strabone auctore, ἐπιτίμιος, vel, ut in Suida legitur, ἐπιτίμαιος sit appellatus: reprehensum vero ita est, ut Zaleucum istum negarit ullum fuisse lib. XI. de Legib. *Corrad.* Vide Voss. de Hist. Græc. lib. I. cap. 12. *Grav.*

50. *Nemo Cornelius.*) Nam si quis ex gente Cornelia, vivo adhuc proavo Scipionis Metelli Censor post ejus Consulatum factus fuisset, excusanda foret Scipionis hujus Metelli ignorantia, qui nesciret Censuram ad alium quempiam ejusdem familiæ potius quam ad proavum suum referri debuisse, errorque ferendus existimantis inscribendum fuisse proavi statuæ COS. ET CENS: quasi per imperitiam uni tribueret quod duorum fuisset, qui eodem tempore vixissent, verum post Consulatum proavi istius Scipio-

ce, in extrema fere parte epistolæ commovit: scribis enim sic, τί λοιπόν; deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, &c. ut animadvertam, quæ fiant. num quid de quo [51] inaudisti? etsi nihil ejusmodi est. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. nec enim me fefellisset, nec fallet. sed ista admonitio tua tam accurata nescio quid mihi significare visa est. De M. Octavio iterum d jam tibi rescribo, te illi probe respondisse. paullo vellem fidentius. [52] Nam Cœlius libertum ad me misit, & litteras accurate scriptas: sed [53] de pantheris fœde ac civitatibus. rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea provincia nummum, nisi in æs alienum, erogari, docuique, nec mihi conciliare pecuniam licere, [54] nec illi capere: monuique eum, quem plane diligo, ut cum alios accusasset, cautius viveret. illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publice venari. [55] Lepta tua epistola gaudio exultat. etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes; gra-

d jam *alii non habent.*

nis nemo eo vivo Censuram gesserat. itaque absurdum erat dictu, eum Censorem exstitisse. *Bosius*.

51. *Inaudisti*.) Hujus verbi vis hæc est, ut non nisi de rebus occultis usurpetur, ut in epistola ad Pætum: *Aquini, & Fabrateria consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse.* & apud Plautum, aliosque ejusdem generis sunt exempla: ut legentes ad usum Latinæ locutionis observavimus. *P. Manut.*

52. *Nam Cœlius libertum ad me misit, & litteras accurate scriptas, & de pantheris, sed a civitatibus.*) *Cibyratibus* legebat Pius pro *civitatibus*. Ursin.

53. *De pantheris fœde, ac civitatibus*.) Bosius Decurtati fidem sequutus sic edidit. Manutius testatur in mss. legi, *sed a civitatibus*: sed putat rectius, *& de civitatibus*, litterarum mutatione parva. vulgo, *de pantheris, sed a Cibyratibus*, quam Pii emendationem notat Ursinus. Muretus lib. xv. Var. lect. cap. 8. *& de Cibyratis* legendum putat. Bosii lectionem probat Junius. *Cleric.*

54. *Nec illum capere*.) Significatur, inter Feridium & Cœlium convenisse, ut, si Feridius, a Cœlio Ciceroni commendatus, de immunitate agrorum impetrasset, Cœlio pecuniam ejus rei caussa numeraret: quod quidem flagitii nemini esse committendum, minime vero omnium Cœlio, cui pecuniam capere liceret eo minus, quod crimine repetundarum accusasset C. Antonium. *P. Manut.*

55. *Lepta tua epistola*.) Hic epistolæ secundæ initium facit Victorius. Liber unus mss. Lambino teste, habet, *Lecta tua epistola Dionysius gaudio exsultat*. Cleric.

56. Quem

gratum etiam Pilia: sed illa officiosius, quod mihi, [56] quem jam pridem numquam videt. igitur tu quoque salutem utrique adscribito. [57] Litterarum datarum pridie Kal. Januar. suavem habuit recordationem clarissimi jurisjurandi: quod ego non eram oblitus. magnus enim prætextatus illo die fui. Habes ad omnia, non ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus e respondimus. [58] Ecce autem alia pusilla epistola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule [59] potuit Luccejus Tusculanum; nisi forte, solet enim, cum suo tibicine: & velim scire, quis sit status ejus.

Pag. LXXXIX. e respondemus alii.

Len-

56. *Quem jampridem numquam videt.*) Supra lib. V. negat se Cicero puellam unquam vidisse. Ergo ut repugnantia tollatur, quæ est in verbo *Jampridem*, ita legendum puto, *Quem quidem nunquam vidit.* Et sane *Vidit* & Poggii liber habet, & aliquot alii. Omitto, quam parum inter se conveniant, *Jampridem* & *Nunquam*. Hanc esse Atticam seu Cæciliam puto, quæ deinde M. Agrippæ tradita, Agrippinam illam genuit, quæ nupsit Tiberio Cæsari. Ita enim Tranquillus in eodem Tiberio: *Agrippam M. Agrippa genitam, neptem Pomponii Attici, Equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistola, duxit uxorem.* Malasp. Quidam emendavit, *quem numquam vidit*. Ursinus. Sane *jampridem* hic alienissimum est, & non potest conjungi cum *nunquam*. M. Bruti editio & Balliol. cod. habent etiam *vidit*. Invitis tamen libris non sustinui delere *jampridem*, quamvis emendationem Malaspinæ verissimam ducam. *Gravius*.

57. *Litteras daturum.*) Non video, qui potuerit Atticus dicere, se literas daturum, quas appareat dedisse. quippe quum Cicero ad quintum Terminalia acceperit, certe post Id. Feb. quo die ep. 21 l. V. data est, quare multo minus dicere potest id Cicero, ut legatur: *litteras daturus:* ut etiam descriptum est: nos veterem lectionem retinendam censemus: *literarum datarum*, ut sit modus loquendi, qualis ille: *mihi venit in mentem illius temporis*: præsertim quum in vetere libro statim ita legamus: *suavem habuit recordationem*. Corrad. Veterum codicum scripturam, in quibus exaratur, *Litterarum datarum pridie Kal. Jan. suavem habuit recordationem*, merito probat Corradus. Sensus clarus est. *Literarum daturum pridie Cal. Jan.* hoc est, ille dies literarum datarum a te pridie scilicet. kal. Januar. refricat mihi memoriam suavissimam illius jurisjurandi. *Gravius*.

58. *Ecce autem.*) Finire volebam, sed injicit se subito manum alia tua perbrevis epistola, formula qua utebantur in rebus inopinatis. Noris ad Liv. VII. 35. *J. F. Gronov.*

59. *Potuit Luccejus Tusculanum.*) Vendere, nisi forte sibi retinet animi caussa. solet enim ibi se cum suo servulo tibicine oblectare. *P. Manut.*

60. Pra

f præter quad. edd.

g & MS.

Lentulum quidem nostrum, 60 f præ ære, Tusculanum proscripsisse audio. 61 cupio hos expeditos videre: cupio etiam Sestium; adde, si vis, Cœlium: quibus omnibus est, 62 αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. De Memmio restituendo ut Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatii Sidicini nomine, g nec nulla, nec magna spe sumus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Dejotarus curat, graviter ægrum. Respondi etiam minori. Tu, velim, dum ero Laodiceæ, id est, 63 ad idus Mai. quam sæpissime mecum per litteras colloquare: & cum Athenas veneris, (jam enim sciemus de rebus urbanis, de provinciis, quæ omnia in mensem Martium sunt collata) utique ad me tabellarios mittas. 64 Sed heus tu, jamne vos a Cæsare, per Herodem,

60. *Præ ære.*) Inquinati hic sunt omnes codices manuscripti, atque adeo ipse Decurtatus, qui ita refert, *præ re.* emendavi, *præ ære.* nam æs alienum significari puto, quo obrutus Lentulus coactus fuerat vendere Tusculanum: nisi εἰρωνικῶς, & per jocum dictum sit, *præ ære*, hoc est, præ divitiis, quasi iis ita Lentulus affluxerit, ut coactus sit vendere Tusculanum, quod παρὰ προσδοκίαν Cicero subjecit, cum scribere debuisset, eum Tusculanum emisse. nam divitum est potius prædia emere, quam vendere. *Bosius.*

61. *Cupio hos expeditos videre: cupio etiam Sestium: adde, si vis, Cœlium.*) Vulg. *cupio hos expeditos: videre cupio etiam Sextium, addes etiam iis Cœlium.* Cleric.

62. *Αἴδεσθεν μὲν, &c.*) Homeri versus in VII. Iliadis ex poetæ persona pronunciatus: cum Hector fortissimum quemque ex exercitu Græcorum ad pugnam provocasset: inter illos autem diu silentium fuit: etenim, ut ait ipse, αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Hujus autem versus sententiam, ni fallor, Livius exprimere voluit lib. VII. ubi de Gallo, qui in pontem Anienis processit, magnaque voce fortissimum virum Romanorum ad pugnam vocavit, inquit: *Diu inter primores juvenum Romanorum silentium fuit, cum & abnuere certamen vererentur, & præcipuam sortem periculi petere nollent.* Victor.

63. *Ad idus Maji.*) Probat hanc lectionem Gifanius, reprehenditque qui supposuere, *a. d. idus.* in observationibus suis Linguæ Latinæ, tanquam perabsurdam. *ad* enim signare, *usque ad.* Cleric.

64. *Et heus tu Gennarios.*) Nos omnium excusorum fere codicum lectionem, certe cunctorum, manu scriptorum retinuimus, etsi corruptam & mendosam. quid enim aliud faceremus in tam perversa scriptura? posse autem fieri putamus, ut his conservatis vestigiis quandoque vera lectio indagetur: quod si hæc quoque perturbata & deformata fuerint, omnis spes amissa erit posse ullo tempore sinceram lectionem inveniri, & suo loco reponi: re-

dem, talenta Attica L extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium h Pompeji suscepistis. putat enim 65 suos nummos vos comedisse; Cæsarem 66 in Nemorensi ædificando 67 diligentiorem fore. hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, sed Pompeji tamen familiari, audivi. hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna: pro qua, si Curio legem pertulerit, H-S centena pendat ne-

h Posidonii *Manutius.*

regione tamen hujus loci mendi notam adposuimus. *Victor. Sed heus tu Genuario a Cæsare per Heredem talenta Attica L. extorsistis.*) Amicus meus legebat: *Sed heus tu, ita re vos a Cæsare &c.* Ursin. *Sed heus tu, jamne vos a Cæsare per Herodem talenta Attica quinquaginta extorsistis?*) Adjutus ope Tornesiani, Crusellini & Huraltini Bosius ita legendum censet cum interrogatione. Ursinus amici cujusdam sui hanc refert tentatam hujus loci correctionem, *sed heus tu, itane vos a Cæsare &c.* Exempla Aldina Lambino teste habent, *Januarios*, pro, *jamne vos:* sed ille, Turnebi conjecturam sequutus lib. XXIV. cap. 20. legendum opinatur, *Genua vos a Cæsare:* vulg. *sed heus tu Genuarios a Cæsare per Orodem talenta Attica L. extorsistis.* Cleric.

65. *Suos nummos.*) Id est, nummos ipsius Pompeji. nam Cæsaris bona ad Juliam ejus filiam, Pompeji tum uxorem, perventura videbantur. ideo Pompejus eos nummos suos quodammodo esse contendebat. *Bosius.* Cæsar ædificabat villam sumptuosissimam in Nemore Aricino, sacro Dianæ, de quo meminit Virgilius libro sexto Æneidos. Strabo libro quinto, & nos quædam notavimus ad librum secundnm Originum Catonis. Hinc jocus Ciceronis; Tu & ceteri creditores, inquit, a Cæsare extorsistis quinquaginta talenta Attica: quos nummos ille, & multo plures ædificando Nemorensi destinarat. at Pompejus putat vos consumpsisse suos nummos; forte quod Cæsar ipsi ex pensione dotis debebat, vel quod ex matrimonio uxoris Juliæ Cæsaris filiæ, illius bona ad se pertinere putabat. Veruntamen Cęsar tanta summa nummorum spoliatus parcior & attentior erit in villa ędificanda: *Comedere nummos*, est consumere & dissipare. Titinius Fullon. *Qui rem disperdit & meam dotem comest.* Pomponius Agricola: *Paternam qui comest pecuniam.* Popma.

66. *In Nemorensi ædificando.*) Turnebi hæc est conjectura d. cap. 20. quæ mire probatur Bosio partim ex historia, partim etiam ex veteris scripturę vestigiis. habent enim ipsius mss. *in memorem. In Marathone ædificando*, esset apertius nec ἄλογον, ut opinatur Manutius. Turnebi conjecturę assentitur Lambinus. *Cleric.*

67. *Diligentiorem.*) Est parciorem in faciendis sumtibus. *Diligentia* enim est frugalitas. Sveton. Galb. XII. *Ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate & diligentia porrexisse.* Ibid. cap. 14. *Negligens* est profusus: *Modo acerbior parciorque, modo remissior ac negligentior.* ubi τῷ *parcior* opponitur *negligentiori*. Grævius.

68. Cy-

necesse est. erat præterea [68] cynocephalus in essedo: nec deerant onagri. numquam vidi hominem nequiorem. sed extremum audi. diversatus est Laodiceæ apud Pompejum [69] Vindullum: ibi sua deposuit, cum ad me profectus est. moritur interim Vindullus: quæ res ad Magnum Pompejum pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit: cum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. in his inventæ sunt [70] quinque

P. B.

68. *Cynocephalus.*) Plinius lib. VIII. c. 54. *Corrad.* Fuerunt Cynocephali e Simiarum genere, de quibus vide Salmas. ad Solin. *Gravius.*

69. *Vide illum ibi.*) Castigavimus *apud Pompejum Vindullum:* quam lectionem magis probarum iri putavimus: nec enim se illum Vindulli domi vidisse dicit Cicero, sed eum ibi diversatum esse; ibique sua deposuisse cum ad se profectus est, tradit. Vindullus autem hic Pompejus, quia fortasse ejus libertus erat, appellabatur: qua de causa etiam illius res ad Pompejum pertinere existimabatur. *Victor.*

70. *Quinque lagunculæ matronarum.*) Manuscripti libri *languncula* habent: ut fortasse cum non integra sit hæc dictio, legi debeat *Imaguncula*: quod tamen non adfirmo: etsi ut tenuem suspicionem quandam proponere excutiendam accuratius, non dubitarim *Victor. Quinque plangunculæ matronarum.*) Non longum faciam. sic est legendum, non, ut vulgo, *languncula.* neque *imaguncula.* Sunt autem πλαγγῶνες apud Atticos. puppæ cereæ, ludibria puellarum parvularum. Theocr. interpres ad illud Theocriti Εἰδ. β. Ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα παντόθεν ἴσα, notat, ἀντὶ τοῦ ἀφώνου γέγονα ὁμοίως, &c. δαγῦς δὲ ἐστι κηρυκοσμιόν τι, καλοῦσι δέ αὐτὸ καὶ νύμφην, οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς Ἀττικοὶ ἀπὸ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Svidas in voce πλαγγόνων profert hæc ex incerto auctore τὰ μειράκια τρυπτόμενα παρὰ ταῖς τίτθαις στωμύλλεσθαι, καὶ λέγειν περὶ κρόκης, καὶ στημόνων, καὶ πλαγγόνων ἐκσωμεν, id est, *adolescentulas apud suas nutrices garrire & blatire de subtegmine, & stamine, & plangunculis*, seu, *puppis sinamus.* Sed; nequid dissimulem, hujus loci restitutio Simeoni Bosio debetur. *Lambin.* Quamvis Bosii emendatio multis probetur, ferre tamen non possum ut vox nusquam lecta contra omnium librorum fidem hic intrudatur. Quis unquam *plangon* apud Latinum scriptorem reperit? rara est hæc vox apud Græcos. Si *plangon* ignoratur, unde Latinis *planguncula*, præstat vitiosorum librorum scripturam retinere, donec meliores libri eruantur, quam commenta nostra pro verbis Tullianis venditare. *Gravius. Quinque plangunculæ.*) Vocabuli hujus, *planguncula*, restitutio Bosio debetur. qui ita legendum conjecit, ex veteribus libris, in quibus erat *languncula*: hanc autem castigationem ita probarunt Lambinus, & Junius ut ita edendum curaverint. *imagnuncula* opinabantur legendum Victorius & Manutius: quorum hic testatur in Bessarionis libro legi *planguncula.* Vulgo, *quinque lagunculæ.* Cleric.

71. In

que planguncula matronarum, 71 in quibus una sororis amici tui, 72 hominis Bruti, qui hoc utatur; & 73 illius Lepidi, qui hæc tam negligenter ferat. hæc te volui παριστορῆσαι. sumus enim ambo belle curiosi. Unum etiam velim cogites. audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. 74 num inepti fuerimus? si nos quoque Academiæ fecerimus? puto, inquies. ergo id ipsum scribes ad me. equidem valde ipsas Athenas amo. volo esse aliquod monumentum. odi falsas inscriptiones statuarum alienarum. sed ut tibi placebit: faciesque me, in quem diem Romana i incidant mysteria, certiorem, & quo modo hiemaris. Cura ut valeas. 75 Post k Leuctricam pugnam die l septingentesimo sexagesimo quinto.

i incidunt alii.

k Lutricā MS.

l septing. deest in MS.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

CUM Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me, salutandi causa, venisset, & se statim ad te navigaturum

71. *In quibus una sororis amici tui, hominis Bruti, qui hoc utatur, & illius Lepidi.*) Bosius legit, *uratur*, non *utatur*, ut est in vulg. codd. Ceterum vetus Mureti liber, pro, *amici tui*, habet *amici tuos*; *Bruti* autem & *Lepidi* nomina non habet. quare totum locum ita ipse legit lib. xv. Var. cap. 8. *in quibus una sororis amici tui. Os hominis qui hoc utatur, & illius qui hac tam negligenter ferat.* Cleric.

72. *Hominis Bruti.*) Quo significat, Brutum revera Brutum esse, qui Vedio utatur. & argute, *Hominis Bruti*, quasi non hominis magis, quam bestiæ similis esset, &, *Lepidi*, plane hominis lepidi, si quidem hęc de uxore ferat. *P. Manut.*

73. *Illius Lepidi.*) Subaudi, uxoris: usitata figura: ut., Terentia Ciceronis, Mucia Pompeji. Ex sororibus Bruti alteram habuit in matrimonio M. hic Lepidus, postea triumvir cum Antonio, & Octaviano, alteram C. Cassius, &, qui Cęsarem occidit. *Idem.*

74. *Num in Epiro fuerimus.*) Sic omnes manuscripti libri habent, mendose profecto, nisi valde fallimur. Nos, *num inepti fuerimus*, scripsimus. Ajunt autem sic olim Beroaldum hunc locum emendasse: libenter autem in hoc eum secuti sumus, quia animadvertimus alibi etiam Ciceronem sic loqui: ut hoc ipso volumine, cum de triumpho ageret, ad quem amicorum literis vocabatur, ait: *Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere, quo nos minus inepti videamur: nonnihil enim ineptiarum & vanitatis habet hac inani gloria delectari.* Victor.

75. *Post Leuctricam pugnam.*) Post pugnam qua Clodius a Milone

turum esse diceret, has ei litteras dedi: quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. & respondeoo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit; quod ad te scriptum est a Cincio de Statii sermone: in quo hoc molestissimum est, Statium dicere, 76 a me quoque id consilium probari. probari autem? de isto hactenus. dixerim me vel plurima vincla tecum summæ conjunctionis optare: m etsi n sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. illum autem multa de illis rebus asperius solere loqui, sæpe sum expertus, sæpe etiam lenivi iratum. id scire te arbitror. in hac autem peregrinatione, militiave nostra sæpe incensum ira vidi, sæpe placatum. quid ad Statium scripserit, nescio. quidquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. mihi autem erit maxime curæ, nequid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. nec satis est in ejusmodi re, se quemque præstare. ac maxime partes istius officii sunt pueri Ciceronis, sive jam adolescentis: quod quidem illum soleo hortari. ac mihi videtur matrem valde, ut debet, amare, teque mirifice. sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo habeo negotii satis. Quoniam respondi postremæ tuæ paginæ prima mea, nunc ad primam revertar tuam. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. is multis nominibus 77 in Trophoniana Cha-

m alii et. n alii sint. P. XC.

lone apud Bovillas cæsus est. Leuctricam cur vocet, minus notum, nisi forte, quia memorabilis e Clodii nece, ut illa e Spartanorum, & Cleombroti regis occisione. *P. Manut.*

76. *Id consilium probari. De isto autem, &c.*) Hic locus valde corruptus erat. Nos ope antiquioris nostri codicis eum emendavimus est autem ἀποσιώπησις plena indignationis & stomachi. Audierat Atticus, ut puto, Q. Ciceronem de repudianda uxore cogitare, quæ ipsi soror erat: Cinciusque scripserat ad eum Statium libertum Q. Ciceronis dicere id consilium a M. Cicerone probari: de quo nunc se purgat. Circa finem sequentis epistolæ de eadem re iterum loquitur. Item tertio in eodem hoc libro his verbis: *Cicero Q. Filius pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currente, animum patris sui sorori tuæ reconciliavit.* Victor.

77. *In Trophoniana Charonis narratione.*) Ant. Augustinus *Chatontis* putat legendum pro *Charonis.* ego sine Dicæarcho nihil statuo,

Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt: nec ullum in Peloponneso locum excipit. o cum mihi auctor placeret, (etenim erat ἱστορικώτατος; & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, [78] &, vix accredens, communicavi cum Dionysio. atque is primo est commotus: deinde, quod tum de isto p Dicæarcho [79] non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de q M. Cluvio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiæ censebat esse [80] Lepreon

o qui *alii*.
p *Manut.* *delet* Dicæarcho.
q Melvino *alii*.

tuo, cujus libros περὶ τῆς τροφωνίου καταβάσεως citat Athenæus. *Ursin.*

78. *Et vix aggrediens.*) Libri vulgati habent, & *vix aggrediens:* sed legendum, ut habet liber vetus, *& vix ei credens*. Lambinus. Restitui, *accredens*; ex Crusellino, cum vitiose alii haberent, *aggrediens.* hoc autem verbo utitur & Plautus Asinaria, *neque divini, neque humani quicquam accredas.* & Lucretius lib. IV. —— *tum motus materiai*

Multimodi quam sint facile hoc accredere possis. Bosius.

Libri veteres *aggrediens.* ut fortasse Cicero scripserit *accreduens* qua forma *Creduo*, *Adduo*, *Redduo*, *Venunduo*, & alia vetustiores dixerunt. Plautus Asinaria: *Neque divini neque humani quicquam adcreduas.* Popma.

79. *Non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio.*) Locus est in ambigua significatione verbi, *crederem.* nam credere est fidem habere, ut creditur probatis auctoribus, & testibus oculatis. credere etiam est pecuniam utendam dare, quod sine periculo creditorum fit, cum assidui, & locupletes sunt ii quibus creditur; quales habebantur C. Vestorius, & M. Cluvius, hic Ciceroni, ille Attico. itaque facete Cicero scribit Dionysium non minus bene existimasse de Dicæarcho, auctore probatissimo, quam ipse existimaret de M. Cluvio, & Atticus de C. Vestorio, quorum uterque & locuples, & spectatæ fidei habebatur. ideo putabat Dionysius non minus credendum Dicæarcho, quam illis. *Bosius.* Dionysius non minus Dicæarcho credebat in descriptione istarum urbium, quam tu pecuniam mutuam credis Vestorio, ego Cluvio, argentariis Puteolanis, de quibus alibi. *Popma.*

80. *Lepreon quoddam maritimum.*) Erravit Dicæarchus, siquidem hoc sensit. Nam *Lepreon* Arcadiæ qui potest oppidum maritimum esse, cum Arcadia sit regio mediterranea, & undique a mari remota, inquit Plinius? Est Lepreon in Achaia, quod inter urbes in littore per ordinem dispositas idem numerat: inter quas etiam fuerunt *Aliphera* & *Tene*, quæ apud Plinium corrupte nominatur *Atene* libro quarto, capite quinto. Aliphera autem quasi maritima Phera, ad discrimen loci Pheræ in Achaia, cujus meminit ibidem. De Tritia in Peloponneso mihi non liquet: sed Triteam in Locride collocat eodem libro, capite tertio. Porro hæc oppida maritima, ideo putabat Dicæarchus

preon quoddam maritimum : Tene autem , & [81] Ali-
phera , & Tritia νεόκτιστα ei videbantur : idque τῷ τῶν
νεῶν καταλόγῳ confirmabat , ubi mentio non fit isto-
P. B. rum. atque istum ego locum totidem verbis a Dicæar-
cho transtuli . Phliasios r autem dici sciebam : & ita
r autem fac ut habeas : nos quidem sic habemus. sed primo me
desst aliis. ἀναλογία deceperat , [82] Φλιοῦς , Ὀποῦς , Σιποῦς. quod
Ὀπούντιοι , Σιπούντιοι. sed hoc continuo correximus . Læ-
tari te nostra moderatione , & continentia video. tum id
magis faceres , si adesses , atque hoc foro ; quod egi ex
idibus Feb. Laodiceæ ad Kalend. s Mai. omnium diœce-
s Majas alii. sium , præter Ciliciæ , mirabilia quædam effecimus : ita
multæ civitates omni ære alieno liberatæ , multæ valde
levatæ sunt: omnes suis legibus & judiciis usæ , αὐτονομίαν
adeptæ , revixerunt. his ego duobus generibus facultatem
ad se ære alieno liberandas , aut levandas dedi ; t uno,
t immo MS. quod omnino nullus v in imperio meo sumptus factus est,
v in deest in MS. (nullum cum dico , non loquor ὑπερβολικῶς) nullus ,
x inquam , ne teruncius quidem. hac autem re , incre-
x unquam MSS. dibile est , quantum civitates emerserint. accessit y altera.
y alterum Victor. & alii. Mira erant in civitatibus [83] ipsorum furta Græcorum ,
quæ

archus recentia & nuper condita esse , quod Homerus τῷ τῶν
νεῶν καταλόγῳ , cum naves recenset e Peloponneso discedentes,
mentionem illorum non facit . Cicero autem locum illum Di-
cæatchi transtulerat in suos libros de Republica , ad quos perti-
nebat disputatio de commerciis & mercatibus civitatum , qui-
bus maritimæ magis abundant & pollent , quam mediterraneæ :
quod ipsum etiam disputat Aristot. in suis Politicorum lib. sex-
to & septimo . *Popma* .

81. *Aliphera* .) Τὸ τῇ πόλει ὄνομα γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδὸς , inquit Pausan. in Arcad. *Corrad.*

82. Φλιοῦς , Ὀποῦς , Σιποῦς .) *Philus* , *Opus* , *Sipus* , civitatum nomina. hic in recto casu est analogia . Ὀπούντιοι , Σιπούντιοι *Opuntii* , *Sipuntii*. ut igitur ab Ὀποῦς Ὀπούντιοι , & a Σιποῦς Σιπούντιοι deducuntur , sic ego ex analogia putabam , quo a Φλιοῦς , Φλιούντιοι deducerentur. al. Ὀπούντιος , Ὀπούντιοι , *Opuntius* , *Opuntii* , quod ad analogiam maxime pertinet , ut Priamus Priami , quod docet Varro . *Corrad.* Phliuntios tamen æque dici incolas hujus urbis , ac Phliasios , auctor est Stephanus de Urbibus , quem vide . *Gravius* .

83. *Ipsorum furta Græcorum* .) Cur , *Ipsorum* ? quia Romani magistratus juri dicundo , pecuniis autem publicis administrandis Græci ipsi præerant . Primus autem Cicero permisit , ut ad jus dicendum suis etiam legibus judicibusque uterentur : cum antea Romanis legibus jus dicerent Romani homines , aut qui provinciæ præerat , aut ab ipso dati . *P. Manut.*

84. Nec

quæ magistratus [z] sui fecerant. quæsivi ipse de iis, qui annis decem proximis magistratum gesserant. aperte fatebantur. itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. populi autem, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt. itaque publicanis in oculis sumus. gratis, inquis, viris; sensimus. Jam cetera jurisdictio [84] nec imperita & clemens cum admirabili facilitate. aditus autem ad me minime provinciales. nihil per cubicularium. ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. grata hæc & magna, mihique nondum laboriosa ex illa vetere militiæ. Nonis Mai. in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensem consumpsissem, atque utinam in pace! (magnum enim bellum impendet a Parthis) Quintilem in reditu ponere. annuæ enim mihi operæ a. d. III. kalend. Sext. emerentur. magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. habebam acta urbana usque ad nonas Martias; e quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quam de provinciis. ergo, ut spero, propediem te videbo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim mavis. Equidem omnia feci, quæ potui aut in mea provincia perficere, aut in regno experiri. omni igitur modo egi cum rege & ago quotidie, per litteras scilicet. ipsum enim triduum quatriduumve mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberavi. sed & tum præsens, [85] & postea cre-

z ii *edd vett.*

P. XCI.

84. *Nec impetrita.*) Depravate in omnibus vere codicibus ante Bosi editionem legebatur, *imperita*, pro, *impetrita*, ut ex Crusellino correxit Bosius, quod tamen rejicit Junius legitque ex duobus mss. Pal. *nec impedita nec demens*. Guilielmius maluisset, *nec impedita*. Cleric. *Nec impetrita*.) Ita Plaut. II. I. XI. sed hic sensum non habet: lege, *imperita*. h. e. qualis decet hominem juris civilis non ignarum, adeo ut ridens verum dicat. Pro Muræn. c. 13. *Si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me juris consultum esse profitebor*. *Imperita* dicuntur secuta, & obtusiora apud Tac. in v. Agric. cap. 9. *J. F. Gronov.*

85. *Postea creberrime non destiti rogare.*) Faerni liber, *creberrimis litteris* quod probo, ut litteræ opponantur præsentiæ. Tres alii, Lorgii, videlicet, Poggii, Maffei, *creberrimis*, sine *litteris*, unde forsan *creberrime* factum sit ab iis, qui non cogitarent *litteris* posse a lectore suppleri, abesse etiam cum gratia. Quod si ita est, *Litteris* in libro Faerni glossema fuerit, quod suspicor. *Malasp.*

& splendidissimis canistris; olusculis nos soles pascere? quid te in vasis fictilibus appositurum putem? 32 Κέρας Phemio mandatum est: reperietur: modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum k impendet. Cassius ineptas litteras misit. necdum Bibuli erant allatæ. quibus recitatis, puto fore, ut aliquando commoveatur senatus. equidem sum l magna animi perturbatione. si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium, habeo Junium & Quintilem in metu. esto; duo quidem menses sustinebit Bibulus. quid illo fiet, quem reliquero, præsertim si fratrem? 33 quid me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. mihi tamen cum Dejotaro convenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. habet autem cohortes 34 quadringenarias 35 nostra armatura xxx. equitum CIↃ CIↃ. erit ad sustententandum

k pendet *MS.*

l in magna *alii.*

cælata felice, quam ita credo dictam, quod sit minus felix arvis. Cicero Paradoxis: *Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quam felicatas istorum pateras arbitramur?* Popma.

32. Κέρας *Phemio mandatum est.*) Cupiebat Atticus Phemio κέρας aliquod musicum curari: quod Cicero faciendum mandarat, ut Attici petitioni satisfaceret. Puto hunc Phemium libertum fuisse Attici, a studio Musices ita appellatum, quod instar esset Phemii illius Homerici, cujus mentio fit libro primo Odyssea. *Bosius.*

33. *Quid de me autem.*) Manuscripti *Quid me.* Est autem vel Ellipsis præpositionis, vel casus Enallage. Idem in Verrem. *Quid illo myoparone factum est?* Ubi Priscianus. *Illo*, pro *Illi.* sic Terentius. *Quid illo faciamus?* pro *Illi.* In illo tamen quod est in Andria. *Nec quid me faciam scio.* Quid de me, exponit. Diomedes quoque. *Quid me futurum est?* Veteres (inquit) mihi. Plaut. in Bacch. *Quid mihi fiet postea?* Qui item a pronomine discedens in eadem fabula: *Tantas (inquit) divitias habet, Nescit quid faciat auro.* pro, de auro. *Malasp.*

34. *Quadringenarias.*) Quadringentorum militum singulas: numero triginta, omnes armatura Romana suppura: duæ legiones erunt. hoc & ep. 18. lib. v. significatur in illo verbo, *Duplicaturi.* Hirtius in libro de Bello Alex. unam tantum Dejotari legionem Romana disciplina & armatura constitutam nominat. Oratione in Antonium XI. Dejotari exercitum, Romano more instructum, Cicero appellat. Quod sequitur, ∞ ∞; significare duo millia, supra docuimus in narratione de numerorum antiquorum notis. *P. Manut.*

35. *Nostra armatura* XXX. *aque erit ad sustentandum.*) Nos pro his corruptis verbis veterem scripturam restituimus nulla mutatione facta, ut notas etiam illas descripserimus, quæ nunc in usu non erant: in cunctis autem veteribus inveniuntur, ubi mille numerum per notam illis signare commodum erat. *Victor. Equitum* ∞ ∞.) Manuscripti *Eq.* ∞ ∞ quod quanquam idem valet, non

tentandum, quoad Pompejus veniat; qui litteris, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. hiemant in nostrâ provincia Parthi. exspectatur ipse Orodes. quid queris? aliquantum est negotii: De Bibuli edicto nihil [m] movi, præter illam exceptionem; de qua tu ad me scripseras, *nimis gravi præjudicio in ordinem nostrum.* ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, [36] sed tectiorem, ex Q. Mucii P. F. edicto Asiatico, [37] *extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat; ex fide bona:* multaque sum secutus Scævolæ; [n] in iis illud, in quo sibi libertatem censent Græci datam, [38] ut Græci inter se disceptent suis legibus. breve autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putavi: quorum unum est provinciale, in quo est de rationibus civitatum, de ære alieno, de usura,

P. B.

m ita *Manut.* alii novi.

n misi illud *MS.*

non placet tamen ab antiqua scribendi ratione recedi. Et ne casu factum existimes, etiam editio Victoriana in hoc consentit. *Malasp.* De Pompejo vide ep. 18. lib. v.

36. *Sed tectiorem, ex Q. Municipe P. F.)* Nos castigavimus, *Q. Mucii.* Quis enim non videat nomen proprium illud esse debere? rexerat autem hic Asiam admirabili justitiæ & innocentiæ fama, quod Cicero etiam testatur lib. v. his verbis: *Et simul hanc gloriam justitiæ & abstinentiæ fore justiorem spero si cito decesserimus, id quod Scævolæ contigit, qui solos novem menses Asiæ præfuit: sed nihil hujus laude clarius ex hac provincia justa administratione parta.* Ne autem parvam rem negligamus, semper in antiquis libris hoc nomen per *c.* scriptum notavimus; quod etiam in Græcis exemplaribus invenies, ut doleam non semper hoc observasse nostros librarios. Videndum adhuc est de verbo illo *rectiorem*. Noster enim antiquior *tectiorem* habet: quod fortasse melius sinceriusque est, ut cum exceptionem Bibuli culpet, quia nimis gravi erat præjudicio in equestrem ordinem: quamvis justa esset: se dicat habere exceptionem, quæ par illi sit vi & robore, sed tectiorem & occultiorem, ut non possit equester ordo de illa queri: cupiebat enim Cicero quod in illa boni erat & honesti, non omittere: & tamen sui ordinis offensionem verebatur, quare rectius occultiusque æque exceptione usus est. *Victor.*

37. *Extra quam,)* Cum in pactionibus provincialium & publicanorum multa fierent contra fidem bonam, Bibulus in edicto suo scripserat, se non staturum tabulis pactionum, hoc idem Cicero, sed tectius, his, inquam, verbis γενικῶς *Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona. Extra quam:* cum hac exceptione. *P. Manut.*

38. *Ut Græci inter se disceptent suis legibus.)* In vetere senatusconsulto, quod apud me servatur; incisum in ænea tabella, scriptum est: Ἐάντε ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλονται κρίνεσθαι. *Ursinus.*

usura, de syngraphis; in eodem omnia de publicanis: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciendis, vendendis: quæ ex edicto & postulari & fieri solent. tertium, de reliquo jure dicundo, ἄγραφον reliqui. dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum: itaque curo & satisfacio adhuc omnibus. Græci vero exultant, quod 39 peregrinis judicibus utuntur. nugatoribus quidem, inquies. quid refert? tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. vestri enim, credo, o graves habent, Turpionem sutorium, & Vettium mancipem. De publicanis quid agam, videris quærere. habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno; efficio, ne cui molesti sint. τὸ παραδοξότατον, usuras eorum, quas pactionibus adscripserant, servavit etiam Servilius. ego sic. diem statuo satis laxam; quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum: si non solverint, ex pactione. itaque & Græci solvunt tolerabili fœnore; & publicanis res est gratissima. 40 sic illa jam habent, pleno modio, verborum honorem, invitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque p maxime putet. sed tamen μηδὲν αὐτοῖς. scis reliqua. 41 De statua Africani, (ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων!) sed

o *alii* gravis, *aut* gravius.

Pag. LXXXVIII.

p maximi *alii*.

q me

39. *Peregrinis judicibus utuntur.*) Peregrini Judices erant ipsi Græci, qui utebantur suis legibus & judiciis, ep. 2. *Omnes suis legibus & judicibus usæ, autonomiam adeptæ revixerunt.* Varro de L. L. IV. *dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur.* Popma. Varronis locus sic est intelligendus, Romanis peregrinos dictos, qui suis legibus utantur, hoc est, qui non sunt cives Romani. Sic *judices* Græci dicuntur peregrini, quod non essent Romani. *Grævius.*

40. *Sic illa jam habent, pleno modio, verb. hon.*) Sic mihi videor hunc locum parva immutatione facta in integrum restituisse: nempe ex, *si*, feci, *sic*: cetera, quæ a vulgatis discrepant, sunt a manusc. sententia autem planissima est. Ita sit (inquit) ut publicani habeant hæc cumulate, *verborum honorem, &c.* idem scilicet hic dicit, quod supra, *verbis laudo, &c.* Lambin.

41. *De statua Africani.*) De qua ut putem locutum esse Ciceronem in libris de Rep. facit illud infra, Nam illud de Flavio, & fastis. videtur enim Atticus ad Ciceronem scripsisse, ejus opinionem a Scipione Metello reprehendi, propterea quod in libris fortasse de Rep. tradidisset, eam statuam, quæ ad Opis ædem posita esset, cum hac inscriptione: P. CORNELIUS. P. F. SCIPIO CENSOR, Africani esse: quam Scipio Metellus non Scipionis Africani, sed Scipionis Serapionis ajebat esse. quem refellit

fellit

q me ipsum delectavit in tuis litteris) ain' tu ? [42] Scipio hic q id ipsi Lamb.

fellit Cicero his verbis : cum habeat ea statua inscriptum, CENSOR, qui potest de Serapione intelligi, qui censor numquam fuit? an hoc Scipio hic Metellus ignorat, proavum suum Serapionem censorem non fuisse? Est autem Serapio, Nasica ille Scipio, qui Ti. Gracchum pontifex maxim. interfecit. *P. Manutius*. *De statua Africani* (*ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων* ! *sed me ipsum delectavit in tuis litteris*) *ain ? tu ?*) Alia est paululum vulgi interpunctio, *de statua Africani*, *ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων*, *sed me ipsum delectavit in tuis litteris*. *Ain tu ?* Cleric.

42. *Scipio hic Metellus*, *&c.*) Locus valde obscurus, & de quo constitui nihil possit; quod non incidat in aliquam difficultatem. Nos attingere illum ausi sumus, quod in vetustis libris vestigia quædam deprehendimus, quæ ad ipsam nos, non ausim dicere veritatem, sed certe viam, qua eo perveniatur, deducant. Ea vero sunt in libro Faerni hujusmodi: quod ubi paulo post legitur: *In illa autem qua est*. in eo scriptum est, *In illa item qua est*. quæ lectio, præter historiam, magno mihi argumento est, ibi, *Atque nihil habuit scriptum, nisi Censor: Consul*, esse legendum. Locus autem opportunus errori fuit, propter similitudinem scripturæ; qua decepti librarii libro item XVI. ep. 12. *Consulibus* contra pro *Censoribus* fecerunt; ut ibidem a Corrado probatur ex historia. Quam porro vim habeat *Item*, neminem puto latere. Censorem non fuisse, congruit cum historia. Constat enim ex Dione, Scipionem hunc Metellum, qui a Q. Cæcilio Metello Pio adoptatus est, Scipionis Nasicæ fuisse naturalem filium: ita ut avum habuerit, Scipionem Nasicam eum, qui Consul fuit cum D. Calpurnio Bestia, Anno U. C. DCXLII. proavum; P. Scipionem Serapionem: qui Consul quidem fuit, Censor non fuit: quod Scipionem Metellum ignorasse, & vehementer miratur Cicero & irridet. Ignorasse autem se declaravit Scipio, tum ex sermone quem habuit cum Attico, in quo forsan Ciceronem apud eum reprehendebat, quasi in suis libris negasset Censorem fuisse: tum ex duabus ipsius Serapionis statuis, altera ad Opis, altera ad Pollucis posita, hoc intelligere potuerit: in quarum neutra Censor, in utraque Consul tantum scriptum legatur; cum omitti decus illud nec debuerit nec soleret. tum denique quod Africani statuam Censoriam in Serapionis inscriptione posuerit, ac si ipse quoque Serapio Censor fuisset: nihilque referret, utrum Africani imago Serapionis inscriptioni imponeretur, an hujus in Africani. Quæ inscitia Ciceroni eo turpior visa est, quod animadvertere potuerit; post Nasicæ consulatum, non modo Nasicam ipsum Censorem factum non fuisse; sed ne Cornelium quidem aliquem, illo vivente. Atque hæc & scriptura & expositio historiæ consentanea est; a qua recedunt illi, qui vel Africanum proavum Metelli fuisse credunt, vel Serapionem putantes, contra historiæ fidem, *Censorem fuisse* emendant: & vim orationis non affert: quæ sine dubio adhibetur, si verba illa; *Atqui nihil aliud habuit inscriptum*, *&c.* alio detorqueantur, quam ad proavum Metelli Scipionis, quo de loqui cœptum est, quem Serapionem fuisse;

 pla-

hic Metellus 43 proavum suum nescit censorem non fuisse? atque nihil habuit aliud inscriptum, nisi r Cos. ea statua, quæ 44 ad Opis per te posita in excelso est. 45 in illa s item, quæ est ad Πολυδεύκους, t hercule inscriptum est, Cos. quam esse ejusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. at v mehercule ego cum in turma inauratarum equestrium; quas hic x Metellus in Capitolio posuit, animadvertissem 45 in Serapionis subscriptione Africani y imaginem, erratum fabrile putavi, nunc

r *alii* Cens.
s *alii* autem.
t hercule *non est in aliis*.
v *alii* hercule.
x Metell. *deest in MS*.
y agmen *MS*.

planum est ac perspicuum. *Atqui* enim adversaria particula id affirmare solet, quod negatum sit; id tollere, quod affirmatum. Affirmatur autem Serapionem Nasicam Censorem fuisse: negatur ergo fuisse, quod inscriptum imagines ipsius solum haberent Consul. Rem puto esse manifestam, & doctis, nisi fallor, probatam. Nam qui verba illa, *Atque nihil habuit aliud inscriptum, nisi, Censor, &c.* ad Africanum referunt; ii primum mihi videntur, quæ vis esset hujus conjunctionis, non curasse: deinde illud solum probare, Africanum Censorem fuisse, quod non negasset Scipio Metellus: Serapionem non fuisse, quod demonstrandum fuit, ne attigisse quidem. *Malasp.*

43. *Proavum suum.*) Id est P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, qui Tiberium Gracchum perculit A.V.C. DCXVI. Fuit autem Consul cum Decimo Junio Bruto. At post cæsum Gracchum, ad declinandum invidiam Pergamum in Asiam secessit, ibique sub titulo legationis liberæ in exilio egit. Val. Max. v. 3. eoque censor esse non potuit. *J. F. Gronov.*

44. *Ad Opis per te posita.*) Bessarionis liber, *ab Opis parte*; recte fortasse, ut inquit Manutius; mavult tamen, *ad Opis aperte*, quæ est vulgata lectio. *Cleric.*

45. *In illa autem quæ est ad πόδας ἡρακλέους.*) Auxilio nostri antiquioris libri *ad πολυδεύκους* scripsimus: parum enim in illo desideratur, ut hæc ibi dictio integra sit. *Ad Pollucis* autem, ut paulo supra, *ad Opis*: & infinitis locis: ut intelligatur aut sacellum aut templum. Nemo autem miretur cur πολυδεύκους Græce scripserit, cum Latine *Pollucis* dicere posset. Nam & alibi quædam nomina Græce scribit, cum nihil vetaret ea Latinis literis, & Romano sermone pronunciare, ut lib. II. *Quare siquid Θεοφάνης tecum forte contulerit*. Et lib. IV. *Ut* Ἀριστοτέλης *in his, quos ἐξωτερικοὺς vocat*: & aliis etiam locis, ne longiores simus. *Victor.*

46. *In Serapionis subscriptione Africani imaginem.*) Intelligo in statua quæ Serapionis fuisset, caput Africani impositum. Solebant enim hoc veteres facere. Idque Varro innuit, de Ling. Latin. lib. VIII. hisce verbis: *Nam ut in Alexandri statua, si imposueris caput Philippi, membra convenient ad rationem, &c.* Neque id solum, sed statuas etiam emere, quas sui nominis inscriptione signarent: quod se Cicero odisse, infra ita scribens significat: *Equidem valde Athenas ipsas amo. Volo esse aliquod monumentum. Odi falsas inscriptiones statuarum alienarum.* Malasp. Imo hoc Cicero dicit Scipionis Africani statuæ Serapionis nomen fuisse inscri-

nunc 45 video Metelli. o ἀνιστορησίαν turpem! Nam illud de Flavio & fastis, si secus est, commune erratum est, & ut belle ἠπόρησας. & nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Græcos. quis enim non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade, navigante in Siciliam, dejectum esse in mare? redarguit Eratosthenes. adfert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur jacet Theophrastus, 48 si id a Timæo, tuo familiari, 49 reprehensum est? Sed nescire proavum suum censorem non fuisse, turpe est: præsertim cum post eum consulem; 50 nemo Cornelius, illo vivo, censor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione H-S. xxdc. scribis, Philotimum circiter Kalend. Januar. in z Chersonesum audio venisse: ac a mihi ab eo nihil adhuc. reliqua mea b Camillus scribit se accepisse; ea quæ sint, nescio, & haveo scire. c verum hæc posterius & coram fortasse commodius. Illud me, mi Attice;

P. B.
z Chersonesum *edd. vett.*
a mi *MS.*
b Camillis *MS.*
c *aliis* sed.

scriptum. paullo ante Balliol. *Quas hic in Capitolio posuit*, non male, pro quo vulgati: *quas hic Metellus in Capitolio posuit.* Videtur esse magistri interpretatio, quæ in contextum irrepsit. *Gravius.*

47. *Video Metelli ἀνιστορησίαν turpem.*) Bis erraverat Scipio Metellus, primum, quod putaverat statuam illam, ad Opis positam, Serapionis potius esse, quam Africani: In quo eum inscriptio refellebat: non enim censor umquam Serapio fuerat: deinde, quod in Capitolio imaginem Africani posuerat, cum subscriptione Serapionis; ut non ex historia tantum, sed ex facie quoque suos gentiles ignorare videretur. ἀνιστορησίαν, ignorationem historiæ. *P. Manut.*

48. *Si id a Timæo, tuo familiari.*) *Suo* pro *tuo* scriptum est in antiquo: sed scripturæ veritas ex historia petenda est. *Ursin.*

49. *Reprehensum est?*) Ἐξήλεγκται, hoc enim verbo utitur Suidas, & sane in ea re ita multus fuit, ut Strabone auctore, ἐπιτίμιος, vel, ut in Suida legitur, ἐπιτίμαιος sit appellatus: reprehensum vero ita est, ut Zaleucum istum negarit ullum fuisse lib. 11. de Legib. *Corrad.* Vide Voss. de Hist. Græc. lib. 1. cap. 12. *Grav.*

50. *Nemo Cornelius.*) Nam si quis ex gente Cornelia, vivo adhuc proavo Scipionis Metelli Censor post ejus Consulatum factus fuisset, excusanda foret Scipionis hujus Metelli ignorantia, qui nesciret Censuram ad alium quempiam ejusdem familiæ potius quam ad proavum suum referri debuisse, errorque ferendus existimantis inscribendum fuisse proavi statuæ Cos. ET CENS: quasi per imperitiam uni tribueret quod duorum fuisset, qui eodem tempore vixissent, verum post Consulatum proavi istius Scipio-

ce, in extrema fere parte epistolæ commovit: scribis enim sic, τί λοιπόν; deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, &c. ut animadvertam, quæ fiant. num quid de quo [51] inaudisti? etsi nihil ejusmodi est. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. nec enim me fefellisset, nec fallet. sed ista admonitio tua tam accurata nescio quid mihi significare visa est. De M. Octavio iterum d jam tibi rescribo, te illi probe respondisse. paullo vellem fidentius. [52] Nam Cœlius libertum ad me misit, & litteras accurate scriptas: sed [53] de pantheris fœde ac civitatibus. rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea provincia nummum, nisi in æs alienum, erogari, docuique, nec mihi conciliare pecuniam licere, [54] nec illi capere: monuique eum, quem plane diligo, ut cum alios accusasset, cautius viveret. illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publice venari. [55] Lepta tua epistola gaudio exultat. etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes; gra-

d jam *alii* *nō habent.*

nis nemo eo vivo Censuram gesserat. itaque absurdum erat dictu, eum Censorem exstitisse. *Bosius.*

51. *Inaudisti.*) Hujus verbi vis hæc est, ut non nisi de rebus occultis usurpetur, ut in epistola ad Pætum: *Aquini, & Fabrateria consilia sunt inita de me, quæ te video inaudisse.* & apud Plautum, aliosque ejusdem generis sunt exempla: ut legentes ad usum Latinæ locutionis observavimus. *P. Manut.*

52. *Nam Cœlius libertum ad me misit, & litteras accurate scriptas, & de pantheris, sed a civitatibus.*) *Cibyratibus* legebat Pius pro *civitatibus*. Ursin.

53. *De pantheris fœde, ac civitatibus.*) Bosius Decurtati fidem sequutus sic edidit. Manutius testatur in mss. legi, *sed a civitatibus*: sed putat rectius, *& de civitatibus*, litterarum mutatione parva. vulgo, *de pantheris, sed a Cibyratibus*, quam Pii emendationem notat Ursinus. Muretus lib. xv. Var. lect. cap. 8. *& de Cibyratis* legendum putat. Bosii lectionem probat Junius. *Cleric.*

54. *Nec illum capere.*) Significatur, inter Feridium & Cœlium convenisse, ut, si Feridius, a Cœlio Ciceroni commendatus, de immunitate agrorum impetrasset, Cœlio pecuniam ejus rei caussa numeraret: quod quidem flagitii nemini esse committendum, minime vero omnium Cœlio, cui pecuniam capere liceret eo minus, quod crimine repetundarum accusasset C. Antonium. *P. Manut.*

55. *Lepta tua epistola.*) Hic epistolæ secundæ initium facit Victorius. Liber unus mss. Lambino teste, habet, *Lecta tua epistola Dionysius gaudio exsultat.* Cleric.

56. *Quem*

gratum etiam Pilia: ſed illa officioſius, quod mihi, [56] quem jam pridem numquam videt. igitur tu quoque ſalutem utrique adſcribito. [57] Litterarum datarum pridie Kal. Januar. ſuavem habuit recordationem clariſſimi jurisjurandi: quod ego non eram oblitus. magnus enim prætextatus illo die fui. Habes ad omnia, non ut poſtulaſti, χρύσεα χαλκείων, ſed paria paribus e reſpondimus. [58] Ecce autem alia puſilla epiſtola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule [59] potuit Luccejus Tuſculanum; niſi forte, ſolet enim, cum ſuo tibicine: & velim ſcire, quis ſit ſtatus ejus. Len.

Pag. LXXXIX. e reſpondemus alii.

56. *Quem jampridem numquam videt.*) Supra lib. v. negat ſe Cicero puellam unquam vidiſſe. Ergo ut repugnantia tollatur, quæ eſt in verbo *Jampridem*, ita legendum puto, *Quem quidem nunquam vidit*. Et ſane *Vidit* & Poggii liber habet, & aliquot alii. Omitto, quam parum inter ſe conveniant, *Jampridem* & *Nunquam*. Hanc eſſe Atticam ſeu Cæciliam puto, quæ deinde M. Agrippæ tradita, Agrippinam illam genuit, quæ nupſit Tiberio Cæſari. Ita enim Tranquillus in eodem Tiberio: *Agrippam M. Agrippa genitam, neptem Pomponii Attici, Equitis Romani, ad quem ſunt Ciceronis epiſtola, duxit uxorem.* Malaſp. Quidam emendavit, *quem numquam vidit*. Urſinus. Sane *jampridem* hic alieniſſimum eſt, & non poteſt conjungi cum *nunquam*. M. Bruti editio & Balliol. cod. habent etiam *vidit*. Invitis tamen libris non ſuſtinui delere *jampridem*, quamvis emendationem Malaſpinæ veriſſimam ducam. *Gravius*.

57. *Litteras daturum.*) Non video, qui potuerit Atticus dicere, ſe literas daturum, quas appareat dediſſe. quippe quum Cicero ad quintum Terminalia acceperit, certe poſt Id. Feb. quo die ep. 21 l. v. data eſt, quare multo minus dicere poteſt id Cicero, ut legatur: *litteras daturus*: ut etiam deſcriptum eſt: nos veterem lectionem retinendam cenſemus: *literarum datarum*, ut ſit modus loquendi, qualis ille: *mihi venit in mentem illius temporis*: præſertim quum in vetere libro ſtatim ita legamus: *ſuavem habuit recordationem*. Corrad. Veterum codicum ſcripturam, in quibus exaratur, *Litterarum datarum pridie Kal. Jan. ſuavem habuit recordationem*, merito probat Corradus. Senſus clarus eſt. *Literarum daturum pridie Cal. Jan.* hoc eſt, ille dies literarum datarum a te pridie ſcilicet. kal. Januar. refricat mihi memoriam ſuaviſſimam illius jurisjurandi. *Gravius*.

58. *Ecce autem.*) Finire volebam, ſed injicit ſe ſubito manum alia tua perbrevis epiſtola, formula qua utebantur in rebus inopinatis. Notis ad Liv. VII. 35. *J. F. Gronov.*

59. *Potuit Luccejus Tuſculanum.*) Vendere, niſi forte ſibi retinet animi cauſſa. ſolet enim ibi ſe cum ſuo ſervulo tibicine oblectare. *P. Manut.*

60. Pra

dem, talenta Attica L extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium [h] Pompeji suscepistis. putat enim [65] suos nummos vos comedisse; Cæsarem [66] in Nemorensi ædificando [67] diligentiorem fore. hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, sed Pompeji tamen familiari, audivi. hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna: pro qua, si Curio legem pertulerit, H-S centena pendat ne-

h Posidonii *Manutius.*

regione tamen hujus loci mendi notam adposuimus. *Victor. Sed heus tu Genuario a Cæsare per Heredem talenta Attica L. extorsistis.*) Amicus meus legebat: *Sed heus tu, ita re vos a Cæsare &c.* Ursin. *Sed heus tu, jamne vos a Cæsare per Herodem talenta Attica quinquaginta extorsistis?*) Adjutus ope Tornæsiani, Crusellini & Huraltini Bosius ita legendum censet cum interrogatione. Ursinus amici cujusdam sui hanc refert tentatam hujus loci correctionem, *sed heus tu, itane vos a Cæsare &c.* Exempla Aldina Lambino teste habent, *Januaries*, pro, *jamne vos:* sed ille, Turnebi conjecturam sequutus lib. XXIV. cap. 20. legendum opinatur, *Genua vos a Cæsare:* vulg. *sed heus tu Genuarios a Cæsare per Orodem talenta Attica L. extorsistis.* Cleric.

65. *Suos nummos.*) Id est, nummos ipsius Pompeji. nam Cæsaris bona ad Juliam ejus filiam, Pompeji tum uxorem, perventura videbantur. ideo Pompejus eos nummos suos quodammodo esse contendebat. *Bosius.* Cæsar ædificabat villam sumptuosissimam in Nemore Aricino, sacro Dianæ, de quo meminit Virgilius libro sexto Æneidos. Strabo libro quinto, & nos quædam notavimus ad librum secundum Originum Catonis. Hinc jocus Ciceronis; Tu & ceteri creditores, inquit, a Cæsare extorsistis quinquaginta talenta Attica: quos nummos ille, & multo plures ædificando Nemorensi destinarat. at Pompejus putat vos consumpsisse suos nummos; forte quod Cæsar ipsi ex pensione dotis debebat, vel quod ex matrimonio uxoris Juliæ Cæsaris filiæ, illius bona ad se pertinere putabat. Veruntamen Cæsar tanta summa nummorum spoliatus parcior & attentior erit in villa ædificanda: *Comedere nummos*, est consumere & dissipare. Titinius Fullon. *Qui rem disperdit & meam dotem comest.* Pomponius Agricola: *Paternam qui comest pecuniam.* Popma.

66. *In Nemorensi ædificando.*) Turnebi hæc est conjectura d. cap. 20. quæ mire probatur Bosio partim ex historia, partim etiam ex veteris scripturæ vestigiis. habent enim ipsius mss. *in memorem. In Marathone ædificando*, esset apertius nec ἄλογον, ut opinatur Manutius. Turnebi conjecturæ assentitur Lambinus. *Cleric.*

67. *Diligentiorem.*) Est parciorem in faciendis sumtibus. *Diligentia* enim est frugalitas. Sueton. Galb. XII. *Ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate & diligentia porrexisse.* Ibid. cap. 14. *Negligens* est profusus: *Modo acerbior parciorque, modo remissior ac negligentior.* ubi τῷ *parcior* opponitur *negligentiori*. Grævius.

68. Cy-

necesse est. erat praeterea 68 cynocephalus in essedo: nec deerant onagri. numquam vidi hominem nequiorem. sed extremum audi. diversatus est Laodiceae apud Pompejum 69 Vindullum: ibi sua deposuit, cum ad me profectus est. moritur interim Vindullus: quae
P. B. res ad Magnum Pompejum pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit: cum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. in his inventae sunt 70 quinque

68. *Cynocephalus.*) Plinius lib. VIII. c. 54. *Corrad.* Fuerunt Cynocephali e Simiarum genere, de quibus vide Salmas. ad Solin. *Gravius.*

69. *Vide illum ibi.*) Castigavimus *apud Pompejum Vindullum:* quam lectionem magis probatum iri putavimus: nec enim se illum Vindulli domi vidisse dicit Cicero, sed eum ibi diversatum esse; ibique sua deposuisse cum ad se profectus est, tradit. Vindullus autem hic Pompejus, quia fortasse ejus libertus erat, appellabatur: qua de causa etiam illius res ad Pompejum pertinere existimabatur. *Victor.*

70. *Quinque lagunculae matronarum.*) Manuscripti libri *langunculae* habent: ut fortasse cum non integra sit haec dictio, legi debeat *Imagunculae*: quod tamen non adfirmo: etsi ut tenuem suspicionem quandam proponere excutiendam accuratius, non dubitarim *Victor. Quinque plangunculae matronarum.*) Non longum faciam. sic est legendum, non, ut vulgo, *langunculae.* neque *imagunculae.* Sunt autem πλαγγῶνες apud Atticos. puppae cereae, ludibria puellarum parvularum. Theocr. interpres ad illud Theocriti Εἰδ β. Ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα παντόθεν ἴσα, notat, ἀντὶ τοῦ ἀφώνῳ γέγονα ὁμοίως, &c. δαγῦς δὲ ἐστι κορυκοσμιόν τι, καλοῦσι δέ αὐτὸ καὶ νύμφην, οἱ δὲ πλαγγόνα, ὡς Ἀττικοὶ ἀπὸ πεπλάσθαι ἐκ κηροῦ. Svidas in voce πλαγγόνων profert haec ex incerto auctore τὰ μειράκια τρυπτόμενα παρὰ ταῖς τίτθαις σωμύλλεσθαι, καὶ λέγειν περὶ κρόκης, καὶ στημόνων, καὶ πλαγγόνων ἐάσωμεν, id est, *adolescentulas apud suas nutrices garrire & blatire de subtegmine, & stamine, & plangunculis*, seu, *puppis sinamus.* Sed; nequid dissimulem, hujus loci restitutio Simeoni Bosio debetur. *Lambin.* Quamvis Bosii emendatio multis probetur, ferre tamen non possum ut vox nusquam lecta contra omnium librorum fidem hic intrudatur. Quis unquam *plangon* apud Latinum scriptorem reperit? rara est haec vox apud Graecos. Si *plangon* ignoratur, unde Latinis *planguncula*, praestat vitiosorum librorum scripturam retinere, donec meliores libri eruantur, quam commenta nostra pro verbis Tullianis venditare. *Gravius. Quinque plangunculae.*) Vocabuli hujus, *planguncula*, restitutio Bosio debetur. qui ita legendum conjecit, ex veteribus libris, in quibus erat *langunculae*: hanc autem castigationem ita probarunt Lambinus, & Junius ut ita edendum curaverint. *imagnunculae* opinabantur legendum Victorius & Manutius: quorum hic testatur in Bessarionis libro legi *plangunculae.* Vulgo, *quinque lagunculae.* Cleric.

71. *In*

que planguneulæ matronarum, [71] in quibus una sororis amici tui, [72] hominis Bruti, qui hoc utatur; & [73] illius Lepidi, qui hæc tam negligenter ferat. hæc te voluі περιςορῆσαι. sumus enim ambo belle curiosi. Unum etiam velim cogites. audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. [74] num inepti fuerimus? si nos quoque Academiæ fecerimus? puto, inquies. ergo id ipsum scribes ad me. equidem valde ipsas Athenas amo. volo esse aliquod monumentum. odi falsas inscriptiones statuarum alienarum. sed ut tibi placebit: faciesque me, in quem diem Romana [i] incidant mysteria, certiorem, & quo modo hiemaris. Cura ut valeas. [75] Post [k] Leuctricam pugnam die [l] septingentesimo sexagesimo quinto.

[i] incidunt alii.
[k] Lutricã MS.
[l] septing. deest in MS.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

Cum Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me, salutandi causa, venisset, & se statim ad te navigaturum

71. *In quibus una sororis amici tui, hominis Bruti, qui hoc utatur, & illius Lepidi.*) Bosius legit, *uratur*, non *utatur*, ut est in vulg. codd. Ceterum vetus Mureti liber, pro, *amici tui*, habet *amici tuos*; *Bruti* autem & *Lepidi* nomina non habet. quare totum locum ita ipse legit lib. xv. Var. cap. 8. *in quibus una sororis amici tui. Os hominis qui hoc utatur, & illius qui hac tam negligenter ferat.* Cleric.

72. *Hominis Bruti.*) Quo significat, Brutum revera Brutum esse, qui Vedio utatur. & argute, *Hominis Bruti*, quasi non hominis magis, quam bestiæ similis esset, &, *Lepidi*, plane hominis lepidi, si quidem hęc de uxore ferat. *P. Manut.*

73. *Illius Lepidi.*) Subaudi, uxoris: usitata figura: ut, Terentia Ciceronis, Mucia Pompeji. Ex sororibus Bruti alteram habuit in matrimonio M. hic Lepidus, postea triumvir cum Antonio, & Octaviano, alteram C. Cassius, &, qui Cęsarem occidit. *Idem.*

74. *Num in Epiro fuerimus.*) Sic omnes manuscripti libri habent, mendose profecto, nisi valde fallimur. Nos, *num inepti fuerimus*, sctipsimus. Ajunt autem sic olim Beroaldum hunc locum emendasse: libenter autem in hoc eum secuti sumus, quia animadvertimus alibi etiam Ciceronem sic loqui: ut hoc ipso volumine, cum de triumpho ageret, ad quem amicorum literis vocabatur, ait: *Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere, quo nos minus inepti videamur: nonnihil enim ineptiarum & vanitatis habet hac inani gloria delectari.* Victor.

75. *Post Leuctricam pugnam.*) Post pugnam qua Clodius a Milone

turum esse diceret, has ei litteras dedi: quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. & respondeo primum postremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ molestiæ fuit; quod ad te scriptum est a Cincio de Statii sermone: in quo hoc molestissimum est; Statium dicere; 76 a me quoque id consilium probari. probari autem? de isto hactenus. dixerim me vel plurima vincla tecum summæ conjunctionis optare: m etsi n sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. illum autem multa de istis rebus asperius solere loqui, sæpe sum expertus, sæpe etiam lenivi iratum. id scire te arbitror. in hac autem peregrinatione, militiave nostra sæpe incensum ira vidi, sæpe placatum. quid ad Statium scripserit, nescio. quidquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. mihi autem erit maxime curæ, nequid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. nec satis est in ejusmodi re, se quemque præstare. ac maxime partes istius officii sunt pueri Ciceronis, sive jam adolescentis: quod quidem illum soleo hortari. ac mihi videtur matrem valde, ut debet, amare, teque mirifice. sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo habeo negotii satis. Quoniam respondi postremæ tuæ paginæ prima mea, nunc ad primam revertar tuam. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo judicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. is multis nominibus 77 in Trophoniana Cha-

m *alii* et. n *alii* sint. P. XC.

lone apud Bovillas cæsus est. Leuctricam cur vocet, minus notum, nisi forte, quia memorabilis e Clodii nece, ut illa e Spartanorum, & Cleombroti regis occisione. *P. Manut.*

76. *Id consilium probari. De isto autem, &c.*) Hic locus valde corruptus erat. Nos ope antiquioris nostri codicis eum emendavimus est autem *ἀποσιώπησις* plena indignationis & stomachi. Audierat Atticus, ut puto, Q. Ciceronem de repudianda uxore cogitare, quę ipsi soror erat: Cinciusque scripserat ad eum Statium libertum Q. Ciceronis dicere id consilium a M. Cicerone probari: de quo nunc se purgat. Circa finem sequentis epistolæ de eadem re iterum loquitur. Item tertio in eodem hoc libro his verbis: *Cicero Q. Filius pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currente, animum patris sui sorori tua reconciliavit.* Victor.

77. *In Trophoniana Charonis narratione.*) Ant. Augustinus *Charontis* putat legendum pro *Charonis.* ego sine Dicæarcho nihil statuo,

Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt: nec ullum in Peloponneso locum excipit. o cum mihi auctor placeret, (etenim erat *ἱστορικώτατος*; & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, 78 & , vix accredens, communicavi cum Dionysio. atque is primo est commotus: deinde, quod tum de isto p Dicæarcho 79 non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de q M. Cluvio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiæ censebat esse 80 Lepreon

o qui *alii*.
p *Manut.* *delet* Dicæarcho.
q Melvino *alii*.

tuo, cujus libros *περὶ τῆς τροφωνίου καταβάσεως* citat Athenæus. *Ursin.*

78. *Et vix aggrediens.*) Libri vulgati habent, & *vix aggrediens*: sed legendum, ut habet liber vetus, *& vix ei credens*. Lambinus. Restitui, *accredens*; ex Crusellino, cum vitiose alii haberent, *aggrediens.* hoc autem verbo utitur & Plautus Asinaria, *neque divini, neque humani quicquam accredas.* & Lucretius lib. IV. —— *tum motus materiai*

Multimodi quam sint facile hoc accredere possis. Bosius.

Libri veteres *aggrediens.* ut fortasse Cicero scripserit *accreduens* qua forma *Creduo*, *Adduo*, *Redduo*, *Venunduo*, & alia vetustiores dixerunt. Plautus Asinaria: *Neque divini neque humani quicquam adcreduas.* Popma.

79. *Non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio.*) Locus est in ambigua significatione verbi, *crederem.* nam credere est fidem habere, ut creditur probatis auctoribus, & testibus oculatis. credere etiam est pecuniam utendam dare, quod sine periculo creditorum fit, cum assidui, & locupletes sunt ii quibus creditur; quales habebantur C. Vestorius, & M. Cluvius, hic Ciceroni, ille Attico. itaque facete Cicero scribit Dionysium non minus bene existimasse de Dicæarcho, auctore probatissimo, quam ipse existimaret de M. Cluvio, & Atticus de C. Vestorio, quorum uterque & locuples, & spectatæ fidei habebatur. ideo putabat Dionysius non minus credendum Dicæarcho, quam illis. *Bosius.* Dionysius non minus Dicæarcho credebat in descriptione istarum urbium, quam tu pecuniam mutuam credis Vestorio, ego Cluvio, argentariis Puteolanis, de quibus alibi. *Popma.*

80. *Lepreon quoddam maritimum.*) Erravit Dicæarchus, siquidem hoc sensit. Nam *Lepreon* Arcadiæ qui potest oppidum maritimum esse, cum Arcadia sit regio mediterranea, & undique a mari remota, inquit Plinius? Est Lepreon in Achaia, quod inter urbes in littore per ordinem dispositas idem numerat: inter quas etiam fuerunt *Aliphera* & *Tene*, quæ apud Plinium corrupte nominatur *Atene* libro quarto, capite quinto. Aliphera autem quasi maritima Phera, ad discrimen loci Pheræ in Achaia, cujus meminit ibidem. De Tritia in Peloponneso mihi non liquet: sed Triteam in Locride collocat eodem libro, capite tertio, Porro hæc oppida maritima, ideo putabat Dicæarchus

preon quoddam maritimum : Tene autem , & [81] Ali-
phera , & Tritia νεόκτιςα ei videbantur : idque τῷ τῶν
P. B. νεῶν καταλόγῳ confirmabat , ubi mentio non fit isto-
rum. atque istum ego locum totidem verbis a Dicæar-
cho transtuli . Phliasios [r] autem dici sciebam : & ita
r autem deest aliis. fac ut habeas : nos quidem sic habemus. sed primo me
ἀναλογία deceperat , [82] Φλιοῦς , Ὀποῦς , Σιποῦς. quod
Ὀπούντιοι , Σιπούντιοι. sed hoc continuo correximus. Læ-
tari te nostra moderatione , & continentia video. tum id
magis faceres , si adesses , atque hoc foro ; quod egi ex
s Majas alii. idibus Feb. Laodiceæ ad Kalend. [s] Mai. omnium diœce-
sium , præter Ciliciæ , mirabilia quædam effecimus : ita
multæ civitates omni ære alieno liberatæ , multæ valde
levatæ sunt: omnes suis legibus & judiciis usæ , αὐτονομίαν
adeptæ , revixerunt. his ego duobus generibus facultatem
ad se ære alieno liberandas , aut levandas dedi ; [t] uno,
t immo MS. quod omnino nullus [v] in imperio meo sumptus factus est,
v in deest in MS. (nullum cum dico , non loquor ὑπερβολικῶς) nullus ,
[x] inquam , ne teruncius quidem. hac autem re , incre-
x unquam MSS. dibile est , quantum civitates emerserint. accessit [y] altera.
y alterum Victor. & alii. Mira erant in civitatibus [83] ipsorum furta Græcorum ,
quæ

archus recentia & nuper condita esse , quod Homerus τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ , cum naves recenset e Peloponneso discedentes, mentionem illorum non facit . Cicero autem locum illum Dicæarchi transtulerat in suos libros de Republica , ad quos pertinebat disputatio de commerciis & mercatibus civitatum , quibus maritimæ magis abundant & pollent , quam mediterraneæ : quod ipsum etiam disputat Aristot. in suis Politicorum lib. sexto & septimo. *Popma*.

81. *Aliphera*.) Τὸ τῇ πόλει ὄνομα γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδὸς , inquit Pausan. in Arcad. *Corrad.*

82. Φλιῦς , Ὀπῦς , Σιπῦς.) *Philus*, *Opus*, *Sipus*, civitatum nomina. hic in recto casu est analogia. Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι *Opuntii*, *Sipuntii*. ut igitur ab Ὀπῦς Ὀπούντιοι , & a Σιπῦς Σιπούντιοι deducuntur , sic ego ex analogia putabam , quo a Φλιῦς, Φλιούντιοι deducerentur. al. Ὀπούντιος , Ὀπουντίοι , *Opuntius*, *Opuntii*, quod ad analogiam maxime pertinet, ut Priamus Priami , quod docet Varro . *Corrad.* Phliuntios tamen æque dici incolas hujus urbis, ac Phliasios , auctor est Stephanus de Urbibus , quem vide. *Gravius*.

83. *Ipsorum furta Græcorum*.) Cur, *Ipsorum*? quia Romani magistratus juri dicundo , pecuniis autem publicis administrandis Græci ipsi præerant . Primus autem Cicero permisit , ut ad jus dicendum suis etiam legibus judicibusque uterentur : cum antea Romanis legibus jus dicerent Romani homines, aut qui provinciæ præerat , aut ab ipso dati. *P. Manut.*

84. Nec

quæ magistratus z sui fecerant. quæsivi ipse de iis, qui annis decem proximis magistratum gesserant. aperte fatebantur. itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt. populi autem, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt. itaque publicanis in oculis sumus. gratis, inquis, viris; sensimus. Jam cetera jurisdictio 84 nec imperita & clemens cum admirabili facilitate. aditus autem ad me minime provinciales. nihil per cubicularium. ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. grata hæc & magna, mihique nondum laboriosa ex illa vetere militia. Nonis Mai. in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensem consumpsissem, atque utinam in pace! (magnum enim bellum impendet a Parthis) Quintilem in reditu ponere. annuæ enim mihi operæ a. d. III. kalend. Sext. emerentur. magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. habebam acta urbana usque ad nonas Martias; e quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quam de provinciis. ergo, ut spero, propediem te videbo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim mavis. Equidem omnia feci, quæ potui aut in mea provincia perficere, aut in regno experiri. omni igitur modo egi cum rege & ago quotidie, per litteras scilicet. ipsum enim triduum quatriduumve mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberavi. sed & tum præsens, 85 & postea cre-

z ii edd. vett.

P.XCI.

84. *Nec impetrita.*) Depravate in omnibus vere codicibus ante Bosi editionem legebatur, *imperita*, pro, *impetrita*, ut ex Crusellino correxit Bosius, quod tamen rejicit Junius legitque ex duobus mss. Pal. *nec impedita nec demens*. Guilielmius maluisset, *nec impedita*. Cleric. *Nec impetrita*.) Ita Plaut. II. I. XI. sed hic sensum non habet: lege, *imperita*. h. e. qualis decet hominem juris civilis non ignarum, adeo ut ridens verum dicat. Pro Muræn. c. 13. *Si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis, triduo me juris consultum esse profitebor*. *Imperita* dicuntur secuta, & obtusiora apud Tac. in v. Agric. cap. 9. *J. F. Gronov.*

85. *Postea creberrime non destiti rogare.*) Faerni liber, *creberrimis litteris* quod probo, ut litteræ opponantur præsentiæ. Tres alii, Lorgii, videlicet, Poggii, Maffei, *creberrimis*, sine *litteris*, unde forsan *creberrime* factum sit ab iis, qui non cogitarent *litteris* posse a lectore suppleri, abesse etiam cum gratia. Quod si ita est, *Litteris* in libro Faerni glossema fuerit, quod suspicor. *Malasp.*

creberrimis non destiti rogare & petere, mea causa; suadere & horrari sua: multum profeci, sed quantum, non plane, quia longe absum, scio. Salaminios autem (hoc enim poteram coercere) adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent solvere; sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis. numerabantur nummi: noluit Scaptius. [a] tun' qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha. fieri non poterat: nec, si [b] posset, ego pati possem. audio omnino Scaptium pœnitere. nam quod senatus consultum esse dicebat, ut jus ex syngrapha diceretur: eo consilio factum est, quod pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumpserant. 86 vetabat autem Auli lex, jus dici de ita sumpta pecunia. decrevit igitur senatus, ut jus diceretur ista syngrapha. 87 nunc ista habet juris idem, quod ceteræ, nihil præcipui. hæc a me ordine facta, puto me Bruto probaturum; tibi, nescio; Catoni certe probabo. sed jam ad te ipsum revertor. Ain' tandem Attice, laudator integritatis & elegantiæ nostræ, ,, *ausus es hoc ex* ,, *ore tuo*? inquit Ennius: ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si vellem? non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fue-

[a] alii tu qui.

[b] poterat *MS.*

P. B.

86. *Vetabat autem Alexius.*) Nullum hic aliud erat mendum: nisi quod ex tribus verbis unum conflaverant negligenter nimis & imperite librarii: intelligit autem A. Gabinii legem, ut ipse paulo ante dixit. Prænomina vero non integra solitos esse scribere Romanos, sed primis tantum literis denotare, docet accurate Plutarchus in quæstionibus Romanis, ubi de Spurio disserit his verbis: Ἀλλ' ἐστὶν σπόριος τῶν πρώτων ὀνομάτων ὡς ὁ Σέξτος καὶ ὁ Δέκιμος καὶ ὁ Γάϊος τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ ὁλογραφοῦσιν ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος ὡς τὸν Τίτον καὶ τὸν Λεύκιον καὶ τὸν Μάρκον, ἢ διὰ δυοῖν ὡς τὸν Βέρριον καὶ τὸν Γναῖον, ἢ διὰ τριῶν ὡς τὸν Σέξτον καὶ τὸν Σερούϊον, &c. Victor.

87. *Nunc ista habet juris &c.*) Quid? nonne quaternas habebat? habebat utique: sed in illo SC. quo Scaptio cavebatur, præter illud caput, ut jus diceretur ex illa syngrapha, alterum inerat in gratiam Prætoris, ne quid illa præter ceteras haberet præcipui, sed itidem ut reliquæ, edicto ipsius esset obnoxia: ne quis fortasse calumniaretur ex primo capite Prætori quo modo jus diceret præscribi. Id etiam ex eo loco elici potest, qui est in extrema epistola libri quinti: de quo & nos ibidem, ut videmur, abunde. *Malasp.*

88. *Sum-*

fuerunt. quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent ? non fecissent autem ? immo quid ante adventum meum non fecerunt ? inclusum in curia senatum habuetunt Salaminium ita multos dies , ut interierint nonnulli fame. erat enim præfectus Appii Scaptius , & habebat turmas ab Appio. id me igitur tu , cujus mehercule os mihi ante oculos solet versari, cum de aliquo officio ac laude cogito , tu me , inquam , rogas , præfectus ut Scaptius sit ? [c] alias hoc statueramus , ut nego- c *alii at.*
tiatorem neminem : idque Bruto [d] probaveramus. ha- d probamus *MS.*
beat is turmas ? cur potius , quam cohortes ? [88] sumptu e inquis
jam nepos evadit Scaptius. volunt , [e] inquis , principes. *MSS.*
scio. nam ad me Ephesum usque venerunt ; flentesque equitum scelera & miserias suas detulerunt. itaque statim dedi litteras, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent : ob eamque causam , tum ob [f] ceteras , Sa- f cetera
laminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. sed jam *MS.*
quid opus [g] equitatu ? solvunt enim Salaminii. nisi forte id volumus armis efficere , ut fœnus quaternis cen- g equitatus *MSS.*
tesimis ducant. & ego audebo legere , umquam , aut attingere [89] eos libros , quos tu dilaudas , si tale quid fecero ? [90] nimis , nimis , inquam , in isto Brutum amasti , dulcissime Attice : nos , vereor , ne parum.

88. *Sumptum jam ne posse vadit Scaptius.*) Nos ex nostro antiquiore codice nostram collegimus lectionem : minus enim illic perturbata , quam in impressis est : quam tamen nonnulli postea longe pejus corruperant , dum corrigere parum considerate aggrediuntur. Quod si , *sumptu*, ut in antiquis est , non *sumptum* accusandi casu , excusi etiam habuissent : diligens vir , & qui aliquid industriæ & exercitationis habuisset in libris corrigendis, parum laborasset in hoc loco inlustrando: nihil enim fere aliud opus erat, quam male dissectas literas componere. Miratur Cicero cur turmas equitum potius velit Scaptius , quam peditum cohortes: cum in illis alendis majores sumptus facere oporteat, quasique jocans dicit (ut putamus) Sumptu jam nepos evadet Scaptius: cum primum avarus ut fœnerator a nobis haberetur , nunc repente prodigus & sumptuosus factus est. hanc etiam lectionem videntur perspexisse Germani . *Victorius* .

89. *Eos libros.*) Quos de Rep. & de Optimi Civis Officio scripsi. lib. IV. ep. 16. lib. VI. ep. 1. lib. II. ep. 3. lib. VIII. ep. II. lib. X. ep. 4. & ad Q. Fr. lib. III. ep. 8. *P. Manut.*

90. *Nimis, nimis inquam.*) Iteravit vocem, *nimis* , ex Tornæsiano & Crusellino Bosius : alterum, *nimis* , deest in vulgatis. *Cleric.*

h hoc *MSS.* atque h hæc scripsi ego ad Brutum scripsisse te ad me:
P.XCII. cognosce nunc cetera, 91 Pro Appio nos hic i omnia
i omnino *MS.* faciemus; honeste tamen, sed plane libenter; nec
enim ipsum odimus; k & Brutum amamus: & Pompe-
k nec *MS.* jus mirifice a me contendit; quem mehercule plus
plusque in dies diligo. C. Cœlium quæstorem huc ve-
nire audisti. 92 nescio, quid sit: sed. Pammenia illa
mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense
Septembri. tuorum itinerum tempora scire sane velim.
l tua *alii non habent.* 93 εὐήθεια Sempronii Rufi cognovi ex epistola l tua
Cor-

71. *Pro Appio nos hic omnia faciemus.*) Quum viderem in Victorianis, Juntæ & Stephani editum *faciamus*, non potui dubitare, quin accederem judicio Cl. Grævii ex codd. Helmæst. & Ball. ita exhibentis pro vulgato, *facimus*, etsi id exponat Manutius. *Gronov.*

92. *Nescio quid sit, sed Pammenia.*) Παμμήνια a luna, ut ostendat Cœlium morbo, quem lunaticum vocant, laborare, & sane fatuum vocat ep. 6. h. l. huc fortasse etiam respexit ep. 29. lib. v. *Corrad.* Conjunctio *Sed*, vim habet illam, ut adventum Cœlii probaturus fuerit Cicero, nisi fuissent Pammenia. Verum cum Pammenis negotium, quod forsitan ad tutelam pertinebat, ad Cœlii cogitationes nil pertineret: ut locus integer sit sane vereor. Sed & illa, *Nescio quid sit*, languidiora sunt, & metum significantia, ubi deberent desiderium. Nam de relinquendo qui provinciæ præesset, valde angebatur Cicero: cumque Mescinium non probaret, & fratrem nollet relinquere: cupiebat Cœlium venire: quod etiam infra tertia ab hac epistola, præ se fert, cum sic scribit: *Relinquendus erat ex S. C. qui praeesset. Nihil minus probari poterat, quam Quæstor Mescinius, nam de Cœlio nihil audiebamus.* Et item epistola, *Nunc quidem. Nisi Cœlius Quæstor venerit: de quo adhuc nihil certi habebamus.* Quæ etiam videntur cum his pugnare, *Cœlium Quæstorem venire audisti:* quæ sensum illum habent, *Puto te audisse.* Quare, ne longius faciam, ita totus hic locus forsitan emendari potest: *C. Cœlium Quæstorem huc venire audisti. nescio, quid scilicet?* verba ex epistola Attici, huc transferens scilicet, qui se nescio quid inaudisse de Cœlii profectione scripserat. Deinde ut solet fieri in angustiis temporis, statim ad alia transit Λακωνικῶς. *Pammenia illa mihi non placent.* Notum est autem utriusque vocis, *sed.* inquam, & *Scilicet*, scripturam, quo modo librarii non vetustissimi effingebant, non magnopere differentem fuisse, cum utraque unico *S*, formaretur: sed altera geminato puncto adfixo, altera utrinque unico. hoc pacto *ſ:* aut *ſ3.* & *ſ.* Malasp. Post vocabulum, *sed*, statuendum est punctum. est enim ἀποσιώπησις. quasi innuat Cicero Cœlium non venturum, aut tale quid. *Bosius.*

93. *Εὐήθεια Sempronii Rufi.*) Fatuitatem, simplicitatem, & nimiam quandam bonitatem. al. εὐθεῖαι, rectam controversiam:
Sem-

Corcyræa. quid quæris, invideo potentiæ Vestorii. [m] Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet; urget turba; festinat Philogenes. valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam nostram jubebis litteris: salvebis a meo Cicerone. *m Cupia MSS.*

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

Etsi nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras: tamen cum Philotimum Romam [n] remitterem, scribendum aliquid ad te fuit. ac primum illud, quod me maxime angebat, (non quo me aliquid juvare posses: quippe res [o] enim est in manibus: tu autem abes longe gentium: *n mitterem MS.* *o alii non habent enim.*

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ

Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός.) obrepsit dies, ut vides (mihi enim a. d. III. kal. Sext. de provincia decedendum est) nec succeditur. quem relinquam, qui provinciæ præsit? ratio quidem [p] & opinio hominum postulat fratrem: primum, quod videtur esse [q] honos. nemo igitur potior. deinde, quod solum habeo prætorium. Pomtinius enim [94] ex pacto & conventu (nam ea lege exierat) jam a me discesserat. Quæstorem nemo dignum putat. etenim est levis, libidinosus, [95] tagax. De fratre autem primum illud est; persuaderi ei non posse *p ut MSS.* *q bonos alii.*

Sempronii Rufi, de quo vid. epist. 8. lib. VIII. Fam. *Corradus.*

94. *Ex pacto & conventu.)* Prætulerit Dausquejus Lambini *convento*; etsi apud Plinium quid conventus sit, non ignoret legeritque apud Solinum, *conventum dentium*, heic enim cum intelligatur res *pacta conventa*, sic malit, ut dixit. nam quid cuique loco appositis, pervidendum. *Cleric.*

95. *Tagax.)* Sic emendat Cujacius noster. unde autem ducta sit vox tagax, in promptu est. significatione quadam obscura: quod si cui est, discat ex Festo, cujus hæc verba sunt: *Tagax, furunculus a tagendo dictus: cujus vocabuli Lucilius meminit: Et mutone manum proscribere posse tagacem.* Dicebant autem *tago*, veteres, pro, *tango*. Lambin. Vicit tandem veritas. nemo enim, opinor, jam dubitat hic legendum esse, *tagax*, ut olim ex codice Tornæsiano emendavit jurisconsultus doctissimus Jacobus Cujacius. *Bosius.*

 96. *Fra-*

P. B, posse arbitror. odit enim provinciam. & hercule nihil odiosius, nihil molestius. deinde, ut mihi nolit negare; quidnam mei sit officii? cum bellum esse in Syria magnum putetur, id videatur in hanc provinciam erupturum; hic præsidii nihil sit; sumptus annuus decretus sit; videaturne aut pietatis esse meæ, 96 fratrem relinquere; aut diligentiæ, 97 nugarum aliquid relinquere? magna igitur, ut vides, sollicitudine afficior, magna inopia consilii. quid quæris? 98 toto negotio nobis opus non fuit. quando tua provincia melior? decedes, cum voles; nisi forte jam decessisti; quem videbitur, præficies Thesprotiæ & Chaoniæ. necdum tamen ego Quintum conveneram: ut jam, si id placeret, scirem, r alii si. possetne ab eo impetrari: nec tamen, r nisi posset, quid vellem, habebam. Hoc est igitur ejusmodi. reliqua plena adhuc & laudis & gratiæ, digna iis libris, quos dilaudas. conservatæ civitates; cumulate publicanis satisfactum: offensus contumelia nemo; decreto justo & severo perpauci; nec tamen quisquam, ut queri audeat. res gestæ dignæ triumpho: de quo ipso nihil cupide agemus; sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda provincia. sed hæc Deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura tu scis; sæpius & certiora audis. equidem doleo, non me tuis litteris certiorem fieri. huc enim odiosa affe-

96. *Fratrem; aut diligentia.*) In meis omnibus sine discrepantia, post *fratrem*, verbum *relinquere* invenitur: ita ut bis positum, utrunque membrum claudat, hoc modo: *Fratrem relinquere: aut diligentia, nugarum aliquid relinquere* ἐμφατικώτερον. Illud adhuc explicare non potui, quid Sosipater, quid reliqui Grammatici sibi voluerint, cum Nugas aptoton esse tradiderunt, cum hic Cicero *nugarum*, in II. de Divin. *delectari nugis* dixerit, & alibi aliter. *Malasp.*

97. *Nugarum aliquid.*) Levem hominem Mescinium. non pius, si fratrem relinquo; non diligens, si quæstorem, rei militaris expertem. Nam, si fratrem relinqueret, esset quidem diligens, at non pius. ep. 4. *P. Manut.*

98. *Toto negotio nobis opus non fuit.*) Id est: Toto hoc negotio carere nos oportuit, nullamque provinciæ hujus partem attingere. Locutio animadvertenda. sic infra lib. XIII. epistola, quæ incipit, *Epistolam ad Cæsarem*: eodem modo locutus est, *Totis igitur litteris nihil opus fuit.* quod est: prorsus scribendum non fuit. *Malaspina.*

99. *Non*

afferebantur de Curione, de Paullo: non quo ullum
periculum videam stante Pompejo, vel etiam sedente;
valeat modo: sed mehercule Curionis & Paulli, meo-
rum familiarium, vicem doleo. formam igitur mihi to-
tius reipublicæ, si jam es Romæ, aut cum eris, velim
mittas; quæ mihi obviam veniat ex qua me fingere
possim & præmeditari, quo animo accedam ad ur- P. XCIII.
bem. est enim quiddam, advenientem non esse pere-
grinum atque hospitem. Et, quod pæne præterii,
Bruti tui causa, f ut sæpe ad te scripsi, feci omnia. f & *MS.*
Cyprii numerabant. sed Scaptius centesimis, renovato
in singulos annos fœnore, contentus non fuit. Ario-
barzanes 99 non in Pompejum prolixior per ipsum,
quam per me in Brutum: quem tamen ego præstare t sed paup.
non poteram. erat enim rex t perpauper; aberamque *Jun. e MS.*
ab eo ita longe, ut nihil possem, nisi litteris; quibus
pugnare non destiti. summa hæc est. 1 pro ratione pe-
cuniæ 2 liberius est Brutus tractatus, quam Pompejus.
Bruto curata hoc anno talenta circiter c. Pompejo in
sex mensibus promissa cc. jam in Appii negotio quan-
tum tribuerim Bruto, dici vix potest. quid est igitur,
quod laborem? 3 Amicos habet meras nugas, Mati-
nium,

99. *Non in Pompejum prolixior per ipsum.*) *Per se ipsum* habet Longolii liber. *Ursin.*

1. *Pro ratione pecunia liberius est Brutus tractatus.*) *Liberalius* pro *liberius* olim Faernus; a quo alii acceperunt. & paullo post, *Hujus nebulonis oratione*, pro *operatione.* quam lectionem Ant. quoque Augustino in mentem venisse cognovi ex ejus scriptis, quæ nuper ad me misit. *Idem.*

2. *Liberius est Brutus.*) Omnes profecto & excusi, & manu scripti conveniunt in hac voce *liberius*. Videndum tamen accurate an *liberalius* potius legendum sit, quod sane puto: contra tamen tot exemplariorum autoritatem nihil ausus sum decernere, *Victor. Liberalius.*) Sic conjiciunt Victorius, Manutius, Faernus, & alii, licet omnes mss. uno consensu habeant, *liberius*. Cleric. Quod quum ita sit, neutri locum esse opinor, & scripsisse *uberius*, ut *epistola loquentes planius & uberius* lib. III. Fam. 11. *Gronov.*

3. *Amicos habet meras nugas.*) Dubitatur, cum, *Amicos*, dicat multitudinis numero, cur proxime unum nominet M. Scaptium? dubitantibus respondetur, plures nominari, primum M. Scaprium, deinde alterum Scaptium, postremo Cajum. nam, quod non omnis accusandi caussa subjecit, figura est Ciceroni usitata, ut ep. 2. *His ego duabus facultatem civitatibus ad se are alieno liberandas dedi: uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est.*

nium, [4] Scaptium; qui, quia non habuit a me turmas equitum, quibus Cyprum vexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenset; aut quia præfectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori; non C. Vennonio, meo familiari; non tuo M. Lenio; [5] & quod tibi Romæ ostenderam me servaturum, in quo perseveravi. sed quid poterit queri is, qui, auferre pecuniam cum posset, noluit? Scaptio, qui in Cappadocia fuit, puto esse satisfactum. is a me tribunatum cum accepisset, quem ego ex Bruti litteris ei detulissem, postea scripsit ad me, se uti nolle eo tribunatu. [v] Gavius est quidam; cui cum præfecturam detulissem Bruti rogatu, multa & dixit & fecit cum quadam mea contumelia, [6] P. Clodii canis. is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est; nec, cum postea in castra venisset, atque inde discederet numquid vellem, rogavit; & fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. hunc ego si in præfectis habuissem, quem tu me hominem putares; qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem hujus adseclæ? etsi hoc plus est, quam ferre, tribuere etiam beneficii aliquid & honoris. is igitur Gavius, cum Apameæ me nuper vidisset Romam proficiscens, me ita appellavit: ([7] Culleolum vix au-

v *ita MSS. alii* Cajus.

P. B.

Hic cum exspectari, videretur, *Altero*, quod, *uno*, responderet; attende, quid subjecit. *Hac autem re, incredibile est, quantum civitates emerserint.* accessit altera. mira erant, &c. *P. Manut.*

4. *M. Scaptium.*) Consentiunt nostri aliquot cum Manutianis libris, *Maniumque* scriptum habent. Quod non modo rectum puto, sed miror etiam sincerum ad nos pervenisse, nec ubique Marcum esse factum, seculi imperitia. De hoc prænomine Diomedes. *M.* inquit, *nota prænominis, cum sola scripta, Marcum significat: & adjecta ad extremam lineam virgula, Manium.* Sed & Festus Pomp. *Multi Manii Aricia: Proverbium. Nam Manius agrum nemorensem Dianæ consecravit, a quo multi clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt.* Vide proverbium, *Malasp.*

5. *Et quod tibi Romæ ostenderam me servaturum, in quo perseveravi.*) Scriptus liber habet, *Quod t. R. o. m. s. in eo perseveravi.* & paulo post, *Scaptio dum in Cappadocia fuit*, pro *Scaptio qui &c.* Ursin.

6. *P. Clodii canis.*) Scio *canis* posse defendi ex historia: mihi tamen magis placeret *causa*, ut est emendatum in libro viri doctissimi. *Idem.*

7. *Culleolam ut vix auderem.*) Sic lego proxime scripturam veterem. Nam alii *Culleolum* habent, alii *Tulleolum*. Est autem *Culleola* a culleo dicta, *culleus* a corio. Glossarium, *Culleola publica*, τριβὰς, ὀτεριστρία, διστεριστρία, scortum, lena, aquariola exoleta

auderem) unde, inquit, me jubes [8] petere cibaria præfecti? respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderant; me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. abiit iratus. [9] hujus nebulonis obiratione si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames; me æmulum non habebis. sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. tibi tamen causam notam esse volui; & ad ipsum hæc perscripsi diligentissime. omnino (soli enim sumus) nullas umquam ad me litteras misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. tibi autem valde solet in ore esse,

[10] *Granius autem*
[11] *Non contemnere se, & reges odisse superbos:*

in

exoleta lenarum ministra. eadem igitur mente *Culleola*, qua scortum appellatur. *Junius. Culleolum vix auderem.*) Quidam libri, *Tulleolum*. Videtur autem intelligere Culleolum aliquem erogatorem militaris annonæ. Nam L. Culleolum proconsulem Illyrici, ad quem exstant epistolæ duæ lib. XIII. hic significari non est verisimile. *Popma.*

8. *Petere cibaria præfecti? Respondi lenius.*) Sic legendum, ut e Turnæsiano emendavit Lambinus; quam lectionem præ se ferunt ceteri Bosiani: vulgo, *petere cibaria? Profecto respondi &c.* Cleric.

9. *Hujus nebulonis ab iratione.*) Vulgo legitur *oratione, operatione, obiratione:* quæ postrema duo ferri nullo modo possunt. Non enim *Operatio* significat vehementem instigationem, nec *Obiratio* est vox Latina, neque juxta analogiam formatur, ut ab *Ira iratus*, sic etiam *Iratio*, *Obiratio*. Ego ex ista lectionum varietate suspicor legend. *Oberratione*. Satis commode ad sententiam; Si Brutus, inquit, eo movetur, quod hic nebulo oberrat, postquam a me præfecturam noluit accipere. Nam Scaptius oberrabat in Græcia, & inde Romam discedebat. *Popma*. Hæ nugæ sunt. obirasci sæpius legitur. Senec. de Tranq. animi cap. 2. *Ex hac deinde aversatione alienorum processuum & suorum desperatione obirascens fortunæ animus*. Id. de Constantia sapientis cap. 19. *Aliquando etiam obirati potentibus, detegimus hunc affectum intemperanti libertate*. Liv. XLII, 11. *Consules obirati senatui.* ut bene restituit ibi Gronovius, quem vide. Nec repugnat analogia. Nam sicut ab *adhortor, exhortor, adhortatio, exhortatio*, ab *admiror admiratio*, sic ab *obirascor obiratio*. Grævius.

10. *Gravius autem non contemnere se & reges.*) In margine libri, a viro doctissimo cum manuscriptis collati, ita est emendatum: *Ennianum illud gravitatem non contemnere, sed reges odiosse*. Faernus olim *gnavius* pro *gravius* legebat. *Ursin.*

11. *Non contemnere se.*) *Contemnere*, pro, *contemnebat*. quod genus loquendi frequens est scriptoribus Latinis. Granius, inquit,

quem

in quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum
movere solet: sed plane parum cogitat, quid scribat,
x ad *deest* aut [x] ad quem. Q. Cicero puer legit, ut opinor, &
in MS. certe epistolam inscriptam patri suo. solet enim aperire,
y de *deest* idque [y] de meo consilio; si quid forte sit, quod opus
in MS sit sciri. in ea autem epistola erat illud idem de sorore
quod ad me. mirifice conturbatum vidi puerum. la-
crymans mecum est questus. quid quæris? miram in
eo pietatem, suavitatem humanitatemque perspexi:
quo majorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat.
id te igitur scire volui. Ne illud quidem prætermittam:
Hortensius filius fuit Laodiceæ [12] gladiatoribus, flagi-
P. XCIV. tiose & turpiter. hunc ego patris causa vocavi ad ce-
nam, quo die venit; & ejusdem patris causa [13] nihil
am-

quem potentiores despiciebant, ipse se non contemnebat, sed plurimi faciebant: idemque reges oderat superbos, hoc est, magnates illos, qui ipsum despectui habebant. Hic Cicero sibi partes sumit Granii Lucilliani, ut Bruti fastum & arrogantiam retundat, usurpatque versus Lucillii, quos in ore frequenter Atticus habebat *Bosius*.

12. *E gladiatoribus*.) Fretus autoritate Decurtati excudendum curavi, *e gladiatoribus*, addita præpositione, *e*, quæ magno sententiæ incommodo deerat. indicat enim Hortensii filium unum de gladiatoribus fuisse Laodiceæ. *Bosius*. *E gladiatoribus*.) Pugnavit in arena pro Gladiatore, ut scilicet jactaret suam armorum peritiam, sic Lucium Antonium Mylasis inter gladiatores pugnasse scribit Cic. Phil. VI. 2. & 4. & 5. Est etiam exemplum apud Svet. Jul. 39. Malaspina & Lambin. in suis codic. nec *ex* esse, nec *eum* scribunt, & ad delendum ego quoque inclinarem. sup. lib. II. ep. 1. & 19. Et significetur in spectaculo gladiatorum indecore lascivisse Hortensium & aliquid fecisse, quod conspiceretur & deridetur, ut loquitur Svet. Claud. cap. 4. *J. F. Gronov.* Balliol. quoque & Helmst. ut plerique alii vetustiores, codices, ut & editio P. Victorii: *fuit Laodicea gladiatoribus*, hoc est, cum ludi gladiatorii ederentur, Laodiceæ turpiter se gessit. *gladiatoribus*, ut superius l. II. *Gladiatoribus qua dominus, qua advocati sibilis sunt conscissi*. Et: *Quin etiam cum candidatum deducerem, is quærit ex me num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare*. Plura exempla notata sunt alibi. *Grævius*.

13. *Nihil amplius*.) Alii sic interpretantur: Hortensium filium non reprehendi, ne patrem offenderem. quasi vero patres reprehendentibus flagitiosos filios irasci aut soleant, aut debeant. Ego potius sic: ad cœnam vocavi, quod esset Hortensii filius: aliis cum officiis non sum prosecutus, ne pater, cui scio odiosum invisumque esse, moleste ferret, quasi ipsius judicium reprehenderem. odit enim Hortensius orator filium, quamdiu vixit: heredem tamen moriens reliquit. hæc Valerius lib. V. cap. 9. *P. Manut*.

14. *Si*

amplius. is mihi dixit, se Athenis me exspectaturum, ut mecum decederet. recte, inquam. quid enim dicerem? omnino puto nihil esse, quod dixit. nolo quidem; ne offendam patrem, quem mehercule [a] multum diligo. sin fuerit meus comes, moderabor ita, nequid eum offendam, quem minime volo. Hæc sunt; etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium. litteras mitte quamprimum. [14] si nihil; nihil fieri, vel per tuum tabellarium. Piliæ & filiæ salutem. Cura, ut valeas.

a *alii* valde.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

TARSUM [a] venimus nonis Juniis. ibi me multa moverunt: magnum in Syria bellum; magna in Cilicia latrocinia; mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris: illud autem difficillimum; relinquendus erat ex senatus consulto qui præesset. nihil minus probari poterat, quam [15] quæstor Mescinius. nam de Cœlio nihil audiebamus. rectissimum videbatur, [b] fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta præterea. o rem totam odiosam! sed hæc fortuna viderit: quoniam consilio non multum uti licet. Tu, quando Romam salvus, ut spero, venisti, videbis, ut soles, omnia, quæ intelliges, nostra interesse, in primis de Tullia mea: [16] cujus de conditione quid mihi placeret, scripsi ad Te-

a veni *alii*.

b Q. Fratre *MSS.*

14. *Si nihil fuerit.*) In manuscripto est, *etiamsi nihil fuerit*. Ursin. *Si nihil; nihil fieri.*) Hunc quoque locum repetita voce, *nihil*, ex eodem Decurtato correxit Bosius. Lambinus autem testatur Bessarionis, Maffei, Ferri, & Memm. mss. legere, *fieri*, quod retinet. Vulg. *si nihil fuerit*. Cleric.

15. *Quæstor Messinius.*) *Mescinius* scribendum est: de quo exstat in antiquis denariis mentio, hac inscriptione: L. MESCINIUS. L. F. RUFUS. III. VIR. *Ursin.*

16. *Cujus de conditione.*) Conditio hic significat conjunctionem sponsaliorum & nuptiarum Tulliæ cum Dolabella, quam se absente factam scribit, epistola sexta, Festus: *Conventa conditio dicebatur cum primus sermo de nuptiis & earum conditione habebatur*. Plaut. Aulularia: *Narravi amicis multis consilium meum de conditione hac*, Eu-

Terentiam, cum tu in Græcia esses: deinde [c] de honore nostro. quod enim tu [d] absuisti, vereor ut satis diligenter actum in senatu sit de litteris meis. Illud præterea μυστικώτερον ad te scribam; tu sagacius odorabere: 17 τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, 18 ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννο-

c cum MSS.
d afuisti Lamb. Grav. P. B.

Euclionis filiam laudent. Seneca libro tertio Controversiarum, *Conditionem nuptiarum illi inventam, cum alio nullo modo posset*. Hinc in renuntiatione sponsaliorum formula solemnis, *Conditione tua non utar*. lib. 11. titulo De sponsalibus. *Popma*.

17. Τῆς δάμαρτός μου.) Græcis his verbis loquitur obscure de re sua familiari, maximeque de emptione illa bonorum Milonis: nam ut libro quinto aperte narrat, Philotimus socius erat in bonis Milonis: de quo Milo querebatur quod Cicero se voluisse ostendit illius commodi gratia, ut ibi accurate se purgans docet. libertus autem hic Terentiæ, Ciceroni suspectus erat corrupisse perturbasseque rationes emptionis eorum bonorum: mandatque Attico, ut id diligenter observet. Res tota ἐν αἰνιγμοῖς narratur, ut nihil certi tradi possit: putamus tamen nos hanc esse summam: τὰ ὑπάρχοντα τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου, bona Milonis appellat: alludens ad Milonem illum Crotoniatam pugilem, cum vellet Annium Milonem significare, quem τυραννοκτόνον appellat, quia Clodium seditiosum & turbulentum civem occiderat. Ubi autem ante διεφθαρκέναι legebatur, πεφυρακέναι castigavimus ex vetere libro. Nam ubi ultima hujus voluminis epistola inquit: παραφύλαξον (si me amas) τὴν τοῦ φυρατοῦ φιλοτιμίαν, credimus nos ad hoc verbum Ciceronem alludere, appellareque φυρατὴν illum, qui perturbarat permiscueratque calculos. quem quia scimus Philotimum fuisse (sic enim appellabatur Cononis Atheniensis Imperatoris pater, cui hunc dicit ὁμώνυμον fuisse) suspicamur per vocem illam φιλοτιμίαν eum Philotimum significare, ut jubeat Atticum diligenter observare Philotimum perturbatorem illorum calculorum. Hæc tamen incerta sunt: itaque accipi volumus, potiusque veniam precamur, quod de his verbum facere audeamus: cum Cicero ipse se fateatur ἐν αἰνιγμοῖς scripsisse, quam petamus nobis omnino credi oportere, contendamusque ita esse. Ne longiores simus, quædam in his Græcis versibus emendavimus: quædam a nobis non satis intellecta, ut in antiquis libris invenimus, descripsimus. magnus profecto labor est ex his Græcis characteribus velle sinceram lectionem eruere: tam depravati sunt, & tam parva quæque perversio molesta & odiosa est. *Victorius*.

18. Ἐξ ὧν ἀλογευόμενος.) Forte leg. ἀλλογνοούμενος desipiens. Galen. in Lexico Hippocratis ἀλλογνοῶν, ὁ παραφρονῶν, ὁ οἷον ἄλλα γινώσκων παρὰ τὰ ὄντα. *qui quasi aliter res cognoscit quam sunt*. Hesych. ἀλλογνώσας, ἀγνοήσας. *J. F. Gronov.*

19. Μήτε

νενήσω. δέδοικα δὴ, 19 μήτι νοήσῃς. c εἰς δήπου τοῦτο δὴ περιεσκεψάμενος, τὰ λοιπὰ f ἐξασφαλίσαι. non queo tantum, quantum vereor, scribere. Tu autem fac, ut mihi tuæ litteræ volent obviæ. Hæc festinans scripsi in itinere atque agmine. Piliæ, & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dices.

c ἐν Μάνους.
f ἐξ ἀσφαλείας alii.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

NUNC quidem profecto Romæ es: quo te, si ita est, salvum venisse gaudeo: unde g quidem quamdiu abfuisti, magis a me abesse videbare, quam si domi esses. minus enim meæ notæ res erant, minus etiam publicæ. quare velim, etsi, ut spero, te hæc legente aliquantum h tamen viæ processero, tamen obvias mihi litteras 20 quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas, in primis de quo scripsi ad te antea: τὸ ξυνωρίς 21 τῆς ἐμῆς ἐξελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βαττάριζων, καὶ ἀλύων τοῖς ξυλλόγοις, καὶ ταῖς λέσχαις ὑπό τι 22 πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. hoc tu indaga, ut soles; ast hoc magis. 23 ἐξ ἄστεως ἑπτα-

g quidem Lamb. delet.
h tamen viæ delet Jun.

19. Μήτι νοήσῃς.) Nihil mutandum. μήτι dixit pro μηκέτι, non adhuc, nondum. Timeo ne adhuc non intelligeris. Μογεῖς δήπου, pro δήπου, ut εἰς αὖθις, & similia Græcorum parelca; Certe hoc ipsum ubi consideraveris, reliqua in tuto pone. *Popma.*

20. *Quam argutissimas.*) Quæ vel tenuissima, quæque subtiliter admodum & curiose persequantur. Argutum enim valet *tenue* & *subtile*: unde *Arguta ilex* Virgilio, quasi tenui sibilo susurrans. & de muliere apud Propertium, *Argutat noctibus ignes*: pro, narrat suos amores ea voce, quæ sua tenuitate femineam molliriem indicet. Ita locutus est M. Cœlius Fam. lib. VIII, ep. I. *Data opera, paravi, qui sic omnia persequeretur; ut verear, tibi arguta nimium hac sedulitas videatur.* P. Manut.

21. Τῆς ἐμῆς ἐξελεύτερος.) Vulg. τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος. Clericus.

22. Πεφυρακέναι.) Quod Latini dicunt *conturbare*, aut *conturbare rationes*, id Cicero Græce vertit φυρᾶν τὰς ψήφους. contrarium est expedire rationes. conturbant qui solvendo non sunt, quique decoxerunt. vetus inde glossarion decoctorem interpretatur φυρατὴν, & decoquere, καταφυρᾶν, ἀπατριτοῦν. *Bosius.*

23. Ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου.) Credimus his verbis eum Romam indicare. sic & Propertius, *Septem urbs alta jugis*. Quin etiam hoc ipso

καὶ ἐκ τῶν 25 Χεῤῥονησιατικῶν μ η. 26 καὶ μνᾶς κληρονομήσας χμ. χμ τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι, πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνι πατρὶ, μηδὲν ὁλοσχερῶς πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν, πρῶτον μὲν, ἵνα πάντα σώζηται. δεύτερον δὲ, ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προεκκειμένης ἡμέρας. ὅσας αὐτὸν ἠνέγκαμεν σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρὼν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καί τι σχεδὸν ἐλπίζει. ἀπογνοὺς δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐπειπὼν, εἴκω. 27 αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν. 28 meque objurgavit vetere proverbio: τὰ μὲν διδόμενα. Reliqua [i] vide, & , quantum fieri potest, i videt Grut.

est, cedo, manus do , victum me fateor , quia nihil impetrare potui. *Bosius*.

24. Παρέδωκεν μνῶν κδ μη ὀφειλημάτων Καμίλλῳ. ἑαυτόν τε ὀφείλοντα. Bosius hunc locum ex Decurt. sic castigavit. Lambinus autem ex optimo codice mſ. aliter vult legi, παρέδωκεν ἡμῶν γαμετῇ κα. μνᾶς ὀφείλημα τῷ Καμίλλῳ. vulgo παρέδωκεν ἡμῶν γάμου, ὀφειλήματα ὁ Κάμιλλος αὐτόν τε ὀφείλοντα. Cleric.

25. Χεῤῥονησιατικῶν.) Ita Gruterus. vulgo χεῤῥονησετικῶν. imo χεῤῥονισιατικῶν malo dicitur Græce, & videtur vitium operarum in Bosio. lege χεῤῥονησιτικῶν τεσσαράκοντα ὀκτώ. & Κληρονομῆσαι δὶς ἑξακοσίας τεσσαράκοντα. id est, χιλιὰς ἑξακοσίας ὀγδοήκοντα. id est, ex urbis septicollis mœnibus edidit meæ uxoris æs alienum Camillus, & eam debere minas quatuor & viginti (id est, duo millia quadringentas drachmas, seu numerata pecunia, ducentos quadraginta Philippos) ex bonis Milonianis, & ex Chersonesiis quadraginta octo (quatuor millia octingentas drachmas, quadringentos octoginta Philippos) & ipsam ex hæreditatibus crevisse bis sexcentas quadraginta minas (sive mille ducentas octoginta, quæ sunt quadraginta millia dragmarum, seu duo millia octoginta Philippi) istorum autem (scilicet, quæ debere incepit ὀφειλημάτων) ne obolum quidem dissolvisse, cum omnia hæc debita fuerint ex Calendis Februariis. *J. F. Gronov.*

26. Καὶ τινας προνομήσης.) Restituimus κληρονομήσας, statimque ex his antiquis libris numeros pecuniæ scripsimus quæ ex eis hæreditatibus venerat: pro quibus Germani κλήρων, ni fallimur, longius a veterum librorum fide & rei veritate, intellexerunt. *Victor.*

27. Αἰσχρόν τοι, δερόν τε μένειν.) Parum hoc ad rem, adnotavit Dausquejus, nisi ex Homero supplementum mittatur; κενεόν τε νέεσθαι. Cleric.

28. *Meque objurgavit vetere proverbio*, τά μὲν διδόμενα.) Hujus proverbii meminit Polybius in fragmento nondum impresso lib. XXXVII. in quo ita scriptum est: τὸ δὲ ἔθνος, καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἔφη, οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο τῇ δὲ μιᾷ χειρὶ, καθόλου δὲ καὶ συλλήβδην παραπαῖον

το-

test, k perspiciamus. etsi annuum tempus prope jam emeritum habebamus: dies enim XXXIII. erant reliqui: sollicitudine provinciæ tamen vel maxime urgebamur. cum enim arderet Syria bello; & Bibulus in tanto mærore suo maximam curam belli sustineret; ad meque legati ejus, & quæstor, l & amici litteras mitterent, ut subsidio venirem: etsi exercitum infirmum habebam; auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum; (hæc enim sunt nostra robora) tamen esse officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem, quoad mihi præesse provinciæ per senatus consultum liceret. sed, quo ego maxime delectabar, Bibulus molestus mihi non erat; de omnibus rebus scribebat ad me potius: & mihi decessionis dies λεληθότως obreptat: qui cum advenerit, ἄλλο πρόβλημα, quem m præficiam; nisi n Caldus quæstor venerit; de quo adhuc nihil certi habebamus. Cupiebam mehercule longiorem epistolam facere: sed nec erat res de qua scriberem; nec jocari præ cura poteram. valebis igitur, & puellæ salutem 29 Atticulæ dices nostræque Piliæ.

k perspicit animus. *Grut.*

l & *deest in aliis.*

m premisi *MS.*

n *alii* Coelius.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

P. B. EGO, dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris ejus socer. id quidem, in-

τοῖς λογισμοῖς, ὑπέλαβον γὰρ τὰς Ῥωμαίους &c. Puto autem hæc Polybii verba non vacare mendo, ad quæ illustranda Ant. Augustinus adjungit Platonis illa ex Sophista; Καὶ τὸ λεγόμενον ἐν τῷ ἑτέρῳ ληπτέον ἀκοῦν ἀμφοῖν χρή. & ex Gorgia, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ λεγόμενον. *Me objurgavit.*) Id est, me per patientiam meam, quia non acerbe ab eo exegi, quod intervertерat, eo mulctavit & spoliatum dimisit, cogitans; etsi nihil commodorum e provincia accepi, tamen æquo animo mihi est ferendum, & sufficit, quod salvus, non redditis rationibus, discessit. videtur autem ei perpecisse Cicero, ne offenderet uxorem, cui nimium gratus erat libertus. Sic apud Sen. *objurgatus HS. centies.* IV. de Benef. 36. de quo lib. IV. de Pec. Vet. cap. 4. pag. 621. *J. F. Gronov.*

29. *Atticula dices.*) Acutissime Malaspina conjecit Ciceronem scripsisse, *Atticula*, pro, *articulate*, ut vulgo referunt exemplaria; ejusque conjecturam confirmat auctoritas Decurtati, in quo di-

inquis, dii approbent. ita velim: teque ita cupere certo ſcio. ſed crede mihi, nihil minus putaram ego, qui [30] de Ti. Nerone, qui [31] mecum egerat, certos homines ad mulieres miſeram; qui Romam venerunt, factis ſponſalibus. ſed hoc ſpero melius. mulieres quidem valde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis. [32] cetera noli ἐξακανθίζειν. Sed heus tu, [33] πυροὺς εἰς δῆμον Athenis? placet hoc tibi? etſi [34] non im-

diſertim exaratum eſt, *Atticula. articulate*, autem legendum cenſet Manutius, ut etiam Lambinus, qui tamen olim ediderat, *Atticula*, ex Malaſpinæ conjectura. *Cleric.*

30. *De Ti. Nerone.*) Quædam exemplaria habent T. quod valet *Tito*. Sed *Ti.* hoc eſt, Tiberio, ſine controverſia, probandum eſt. Hic Nero ille fuit, cui Livia nupſit, Auguſto deinde conceſſa, cum etiam prægnans eſſet: ſed tamen antea Tiberium enixa, illum qui Auguſto malo fato Populi Rom. ſucceſſit. *Malaſpina.*

31. *Mecum egerat.*) De Tulliæ conjugio. & Nero hic eſt, opinor, de quo Fam. lib. XIII. ep. 63. & 64. qui Tiberii Imperatoris pater fuit. Eſt autem Nero cognomen Claudiæ gentis patriciæ. nam & Claudii plebeji fuere, ſed hi cognomine Marcellorum; patricii, Pulchrorum, & Neronum. Hæc uberius in libro de Familiis. *P. Manut.*

32. *Cetera noli* ἐξακανθίζειν) Non perſcrutari, indagare, & tanquam ſpinas evellere vitia Dolabellæ, ut prodigalitatem, vinolentiam, libidinem, de quibus libro decimo quinto, Cælius epiſtola decima tertia, libro octavo: *Gratulor tibi adfinitate viri medius fidius optimi. Nam hoc ego de illo exiſtimo: cetera porro, quibus adhuc ille ſibi parum utilis fuit & ætate jam ſunt decurſa, &c.* Popma. In quibuſdam edd. *cetera non* ἐξακανθίζειν Ball. & Helmſt. *cetera* ἐξακανθίζειν. *Grævius.*

33. Πυροὺς εἰς δῆμον.) Credimus hoc proverbium fuiſſe in eos dictum, qui frumentum populo dividerent: exiſtimabantur enim illi multorum exemplis adipiſcendæ tyrannidis gratia id facere: ut cum plebem ea liberalitate ſibi conciliaſſent, ejus auxilio civium libertati imponerent. Cum igitur audiſſet Cicero Atticum univerſos Athenienſes frumento donaſſe, ut a Cornelio etiam Nepote traditur, jocatur cum eo, quaſi ille velit ibi his artibus Tyrannidem occupare: quod tamen (poſtquam de hoc eum leviter caſtigavit) ipſe egregie tuetur: negatque contra ſuos ſex libros de Republ. id factum eſſe: bene enim conſtituta reſp. largitionem in cives prohibere debet, non tamen impedire liberalitatem & munificentiam in hoſpites, ubi nullum periculum eſt attentatæ libertatis. Attici autem fuerat potius liberalitas in hoſpites, quam largirio in cives. Quod ſi Romæ id commiſiſſet, non culpa vacaſſet. *Victor.*

34. *Non impediebant.*) Licet hoc per meos libros de Rep. ſcriptos: quibus in libris improbavi equidem largitionem in cives, (videtur enim

impediebant mei certe libri (non enim ista 35 largitio fuit in cives, sed in hospites liberalitas) me tamen de Academiæ o προπύλω jubes cogitare ; p 36 cum jam Appius de Eleusine q non cogitet. De Hortensio te certo scio dolere. equidem excrucior. decreram enim cum eo valde familiariter vivere. Nos provinciæ præfecimus Cœlium : puerum, inquies, & fortasse fatuum, & non gravem, & non continentem. assentior : fieri non potuit aliter. nam quas multo ante tuas acceperam litteras, 37 in quibus ἐπέχειν te scripseras, 38 quid esset mihi faciendum de relinquendo ; eæ me pungebant. videbam enim, quæ tibi essent ἐποχῆς causæ, (& erant r eædem mihi) puero s tradere me : fratri autem ; illud non utile nobis. Nam præter fratrem nemo erat, quem sine contumelia quæstori, nobili præsertim, anteferrem. tamen, dum impendere Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere, aut etiam reipublicæ causa contra senatus consultum ipse t remanere : qui v posteaquam incredibili felicitate discesserunt ; sublata dubitatio est. videbam sermones : hui ! fratrem x reliquit ? num est hoc non plus annum obtinere provinciam ? quid, quod senatus eos voluit præesse provinciis, qui non præfuissent ? at hic triennium. ergo hæc ad populum. quid, y quæ tecum ? numquam essem sine cura, si quid iracundius, aut contumeliosius, aut ne-

o προπο-λώω alii.
p alii quoniam.
q nunc cogites MS.
r eadem MS.
s ne traderem alii.
t remaneret MSS.
v postquam alii.
x alii relinquit.
P. XCVI.
y quod MS.

enim ad tyrannidem spectare) sed tua fuit in hospites liberalitas, in cives largitio non fuit, quia tui non cives, (Romanus enim, non Atheniensis civis es.) sed hospites Athenienses: cum Athenis diu vixerit ; civis autem fieri cum posses, recusaris. Nepos in vita. *P. Manut.*

35. *Largitio.*) In malam partem. id est, dolum hamatum, & corruptela civium privatæ potentiæ causa : sed vera munificentia, nihil petens præter observantiam & verborum honorem, in veteres hospites tuos, apud quos ex sententia peregrinatus es, cum tempestatem Marianorum & Syllanorum temporum effugeris. Corn. Nep. in Att. 11. 3, 4. *J. F. Gronov.*

36. *Quoniam Appius de Eleusine non cogitet.*) *Nunc cogites* habet manuscriptus. *Ursin.*

37. *In quibus ἐπέχειν te scribebas.*) *Scripseras* legit vir doctissimus amicus meus, & in epistola etiam 9. hujus libri. *Idem.*

38. *Quid esset mihi faciendum de relinquendo ; ea me pungebant.*) In antiquo scriptum est, *quid esset mihi faciendum de relinquendo fratre me pungebant.*

39. *Quæ*

negligentius; [39] quæ fert vita hominum. quid, si quid filius puer, & puer bene sibi fidens? qui esset dolor? quem pater non dimittebat; teque id censere, moleste ferebat. [40] at nunc Cœlius, non dico [z] equidem, quid egerit; sed tamen multo minus laboro. Adde illud, Pompejus, eo robore vir, iis radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit, Cæsar [41] Antonium: ego sorte [a] datum offenderem? [42] ut etiam inquireret in eum, quem reliquissem? hoc melius: & hujus rei plura exempla: senectuti quidem nostræ profecto aptius. at te apud eum, dii boni! quanta in gratia posuit? eique legi litteras non tuas, sed librarii tui. Amicorum litteræ me ad triumphum vocant, rem a nobis, ut ego arbitror, propter [43] hanc παλιγγενεσίαν nostram, non negligendam.

z equidem *non habent alii.*

a mandatum *alii.*

quare

39. *Quæ fortuita hominum.*) *Quæ forent dicta hominum* legit Ant. Augustinus. sed in antiquo est, *quid quæ fortuita hominum*. Ursin. Manutius emendavit ut nunc legitur, *quæ fert via hominum*.

40. *At nunc Cœlius, non dico equidem quod egerit, sed tamen multo minus laboro.*) Melius in manuscripto hæc postrema, *sed tamen quod egerit, multo minus laboro*. Idem. *Non dico equidem quid egerit.*) Legit Muretus lib. xv. cap. 8. *non dico equidem quidquid egerit*. Cleric.

41. *Antonium.*) M. Antonium: quem in Gallia Cæsar hibernis præfecit. Hirtius lib. VIII. de Bello Gal. & oratione II. in Antonium his verbis: *Quæstor es factus: deinde continuo sine S. C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi.* quo planum fit, quæstoribus provincias assignari solitas S. C. sorte, lege. nam senatus decernebat, ut quæstores sortirentur, vel inter se compararent: deinde sortitio, aut comparatio: tum de his lex curiata ferebatur, si ordine res conficerent. *P. Manut.*

42. *Aut etiam inquirerem in eum.*) Vulgata, ut interpungitur & exponitur a Manutio, abunde mihi satisfacit: indicanda tamen est, quæ in vetustis libris, & quidem plerisque invenitur. Ea est autem, *Ut etiam inquireret?* sensu non alieno. Ego, inquit, sorte datum non relinquerem? ansamque ei darem, ulciscendi mei caussa; in illum etiam ut inquireret, quem reliquissem? Atque illud simul animadverte, liberum Prætori fuisse, etiam sorte, datum respuendi. *Malasp. Ut etiam inquireret in eum.*) Non est dubium mihi quidem, quin hæc sit vera & recta scriptura, quam Malaspina ex libris antiquis restituit: quibuscum & Memmiani, & Huraltinus, & Turnæsianus consentiunt. licet etiam legere, *anquireret*, sed, *inquireret*, probo: quo modo plane habet codex Turnæsianus. *Lambin.*

43. *Hunc παλιγγενεσίαν*) Restitutionem & renovationem pristinæ dignitatis, quam post exilii calamitatem proconsulari imperio adeptus erat, eleganter vocat παλιγγενεσίαν, quod luci & vitæ

Cc 2 red-

b hoc *alii*. quare tu quoque, mi Attice, incipe [b] id cupere; quo nos minus inepti videamur.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

[c] QUINTUS filius, pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem, animum patris sui sorori tuæ reconciliavit. eum valde [d] etiam tuæ litteræ excitarunt. quid quæris? confido rem, ut volumus, esse. Bis ad te [e] antea scripsi de re mea familiari, si modo tibi redditæ litteræ sunt, Græce, ἐν αἰνιγμοῖς. scilicet nihil est movendum. sed tamen, ἀφελῶς percunctando de nominibus Milonis, &, ut expediat, ut mihi [f] recepit, hortando, 44 aliquid ita tu proficies. Ego Laodiceæ quæstorem [g] Mescinium 45 exspectare jussi, ut confectas rationes lege Julia apud duas civitates possim relinquere. Rhodum volo puerorum causa: inde quamprimum Athenas: etsi etesiæ valde [h] reflant: sed [i] plane volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. Tu ta-

c *alii* CICERO Q. F.
d *in aliis deest* etiam.
e *alii* ante.
f recepe-rit *MS.* P. B.
g Messinium *alii*.
h reflave-runt *alii*.
i plane *in aliis deest*.

redditus videretur. Eam autem dicit illustriorem fore si Proconsule triumphasset. *Popma*.

44. *Aliquid ita tu.*) Hoc ex ingenio suspicatur Manutius, nam Cavalcantis, Ferri, Bessar. *aliquid aut*; probaret, *aliquantum*. Cleric.

45. *Exspectare jussi.*) Nos, *misi*, ex omnibus manuscriptis castigavimus: antea autem de hoc egimus: tria vere quæ sequebantur verba, eorundem autoritate expunximus: & sane inania & parum hic apta erant. *Victor. Exspectare jussi.*) Sic legendum; nam quod Victorius ait se castigasse, *misi*, auctore Lambino ferri non potest. Junius ex duobus mss. Pal. *exspectaram modo ipse venerit*, pro *expectare jussi*. Cleric. *Exspectare jussi.*) Sic legendum. nam quod Petr. Victorius ait se castigasse, *exspectare misi*: ferri non potest. Scripsisset enim ita Cicero: *Ego ut Laodicea exspectaret ad quæstorem Mescinium misi*. Præterea codex Turnæsian. habet, *missi*. cum tamen ille dicat, se in omnibus libris manuscr. reperisse scriptum, *misi*. Atque ex, *missi*, æque facile *mihi* licet facere, *jussi*, atque, *misi* Lambin. *Exspectaram: modo ipse venerit, ut c.*) Sic MSS. duo *Exspectaram*, inquit, & non moveram pedem aliquandiu, dum adesset: *modo ipse venerit*, & de rationibus videro, Rhodum volaturus sum. Hæc facilis & luculenta distinctio. Tantum pro *exspectarem*, posui *exspectaram*. Nam hæ literæ Epheso scriptæ sunt, ut ego quidem conjicio. *Junius*.

46. *Esea*.

tamen mitte mihi, quæso, obviam litteras, numquid putes reipublicæ nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset litteras, nisi eum graviter ægrum 46 Issi reliquissem. sed nuntiant, melius esse. ego tamen angor. nihil enim illo adolescente castius, nihil diligentius.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

CUM k instituissem ad te scribere, 47 calamumque sumpsissem, l Battonius e navi recta ad me venit m domum Ephesi, & epistolam tuam reddidit 48 II. Kal. Octobres. Lætatus sum felicitate navigationis tuæ, opportunitate Piliæ, etiam mehercule sermone ejusdem de conjugio Tulliæ meæ. n Battonius autem o miros ter-

k instituerem *alii.* l Batonius *aut* Bathonius *alii.* m dum esse Eph. *alii.* n Batonius *alii.* o meros *Muret.*

46. *Esea reliquissem.*) Manuscripti codices, *esse*. Qui *Patris* emendant, graviter meo judicio peccant. Quomodo enim se nunc eum Patris reliquisse dicere potest Cicero, qui adhuc in Asia erat? ut etiam ex sequenti epistola colligitur. Necesse igitur est locum esse in Asia, ubi relictus fuit Tiro: cum tamen postea ille ex morbo allevatus Ciceronem assecutus esse, iterum Patris relictus est Achaiæ urbe, ut ex multis locis perspicuum est. Oportet igitur videre (si hæc vox integra est) quænam sit urbs, vel oppidum *Esea* appellatum. *Victor. Issi reliquissem.*) Decurtatus & Crusellinus partim, *esse*, partim, *isse*, unde Bosio injecta suspicio est Ciceronem scripsisse *Issi*, ut Manutius etiam legendum existimat. Lambinus legit *Sidæ* ex conjectura. Junius vero neque *Issi*, neque *Sidæ*, neque *Esea*, quæ est vulgata lectio, probat, sed *Nisa* substituit. Cavalc. mss. *Esea*. Bessar. *Esse*. Cleric.

47. *Calamumque.*) Sic calamariam thecam. Svet. Claud. 35. & Mart. XIV. 9. veteres enim non pennis, sed calamis, sive arundinibus, scribebant. Pers. Sat. III. ℣. 11.

Inque manus charta, nodosaque venit arundo.

Sequitur,

Tum queritur crassus calamo quod pendeat humor.

Auson. Epist. 15.

Quam tibi
Cadmi nigellas filias
Melonis Albam paginam.
Notasque furvæ sepiæ,
Cidiosque nodos prodidit. J. F. Gronov.

48. *II. Kalend. Octobr.*) Hæc est scriptura Decurtati, Tornæsiani & Crusellini: vulg. *pridie Kalend. Octob.* quod perinde est: Bosius veterem notam expressit. *Cleric.*

terrores ad me attulit Cæsarianos: cum Lepta p etiam plura locutus est: spero, falsa, sed certe horribilia: q exercitum nullo modo dimissurum: cum illo prætores designatos, Cassium tribunum plebis, Lentulum consulem facere: Pompejo in animo esse urbem relinquere. Sed heus tu, numquid moleste feres de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuæ filii? [49] at a quibus victus? sed ad rem. Nos etesiæ vehementissime tardarunt. [50] detraxit xx. ipsos dies etiam aphractus r Rhodiorum. kal. Octob. Epheso [51] conscendentes hanc epistolam dedimus [52] L. Tarquitio, simul e portu egredienti, sed expeditius naviganti. nos Rhodiorum aphractis ceterisque s longis navibus tranquillitatis aucupaturi eramus. ita tamen properabamus, ut non posset magis. De raudusculo Puteolano, gratum. Nunc velim dispicias res Romanas: videas quid nobis de triumpho cogitandum putes; ad quem amici me vocant. ego, nisi Bibulus, [53] qui, dum unus hospes in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam domo sua, t adniteretur de triumpho, æquo animo essem. nunc vero

p etiam *non est in MS.*

q Cæsarem ex. *alii.*

r Rhodi *MS.*

P. XCVII.

s longis *deest in MS.*

t admiretur *MSS.*

49. *At a quibus victus.*) *Evictus* legebat Pius. *Ursin.*

50. *Detraxit* xx. *ipsos dies etiam Aphractus Rhodiorum Kal. Oct. Epheso conscendentes.*) In manuscripto est; *detraxere* xx. *ipsos dies Aphractos Rhodiorum Kal. Oct. Ephèso conscendentes*: ut verbum *detraxere* ad *Etesias* referatur. *Idem.*

51. *Conscendentes.*) In navem scilicet. Nam sine adjectione navis, sic *conscendere* Cicero usurpat, pro quo nostri *te scheep gaan.* Cic. ad Q. Frat. *Tu velim quamprimum conscendas ad meque venias.* Idem. *Ab eo loco conscendi ut transmitterem.* Græv.

52. *L. Tarquinio,*) *Tarquitio* legendum omnino videtur, cujus familiæ mentio est in antiquo denario in quo C. TARAVTIUS P. F. descriptus est. *Ursin.*

53. *Qui dum unus hospes.*) Lib. VI. ubi eandem hanc rem iisdem pene verbis narrat, *Unus hostis* inquit, ut sic etiam hic fortasse legendum sit, manu tamen scripti, & excusi omnes uno consensu, *hospes*, ut vetitus sim aliter & ipse scribere. Videndum autem an cum paulo post dicit, *Pedem porta non plus extulit, quam domo sua*, alludat ad tempus illud cum Bibulus in Consulatu octo menses ita se domi continuit, ut nunquam foris visus sit. *Victorius.* *Unus hospes.*) Sic omnes habere mss. testatur Victorius. Lambinus autem codicem Tornæsianum, *hospis*, habere dicit, unde conjicit legendum *hostis*, quam conjecturam auctoritate mss. Palat. retinet Junius, quomodo legendum diu est quod censuerat Lipsius lib. I. Variat. Lect. cap. 15. *Cleric.*

54. A.

vero 54 αἴσχρον σιωπᾷν. ſed explora rem totam: ut, quo die congreſſi erimus, conſilium capere poſſimus. At multa; qui & properarem, & ei litteras darem, qui aut mecum, aut paullo ante venturus eſſet. Cicero tibi plurimam ſalutem dicit. tu dices utriuſque noſtrum verbis & Piliæ tuæ & filiæ.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

IN Piræea cum exiſſem prid. idus Octob. accepi ab Acaſto, v ſervo meo, ſtatim tuas litteras: quas quidem cum exſpectaſſem jam diu, admiratus x ſum, ut vidi obſignatam epiſtolam, brevitatem ejus; ut aperui, rurſus σύγχυσιν litterularum, 55 quæ ſolent tuæ compoſitiſſimæ & clariſſimæ eſſe: ac, ne multa, cognovi ex eo, quod ita ſcripſeras, te Romam veniſſe a.d. XII. Kalend. Octob. cum y febri. percuſſus vehementer, nec magis, quam debui, ſtatim quæro ex Acaſto. ille & z tibi, & ſibi viſum, & ita ſe domi ex tuis audiſſe, ut mihi eſſet incommode, id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem ſcripſiſſe. ſed a amavi tamen; admiratuſque ſum, quod nihilo minus ad me tua manu ſcripſiſſes. quare de hoc ſatis. ſpero enim, quæ tua prudentia & temperantia eſt, & hercule, ut me jubet Acaſtus, confido te jam, ut volumus, valere. A b Turannio te accepiſſe meas litteras gaudeo. 56 παραφύλαξον, ſi me amas, τὴν τοῦ φυράτου

Φι-

v ſtatore *Muret.*
x ſum nõ *eſt in MS.*
y febre *alii.*
z tibi, & *non eſt in aliis.*
a clamavi *alii.* P. B.
b *alii* Turanio.

54. *Αἰσχρὸν σιωπᾷν.*) Verſus eſt de Philocteta, quem Cicero noſter ait libro III. de Oratore ad Q. Fratr. Ariſtotelem dixiſſe paullo ſecus, cum Iſocratem florere nobilitate diſcipulorum videret. Ille enim, inquit Cicero, turpe ſibi ait eſſe tacere cum barbaris: hic autem cum Iſocratem pateretur dicere. Sed Diogenes Laertius ſcribit ab Ariſtotele dictum eſſe de Xenocrate: niſi locus mendoſus eſt. *Lambin.*

55. *Quæ ſolent tuæ compoſitiſſimæ & clariſſimæ eſſe.*) *Tuæ* deeſt in vulg. ut etiam in editione Junii; qui pro *compoſitiſſimæ*, ex duobus mſs. Palat. legit *copioſiſſimæ*. Gulielmius maluiſſet, *quod ſolent tuæ compoſ.* Cleric.

56. Παραφύλαξον.) Obſerva decoctoris philotimi actus & nequitiam penitus. Cic. III. Fam. ep. 7. Appietas & Lentulitas finxit ex nomine Appii & Lentuli, quoniam hic ex nomine Φιλατίμυ, *φιλοτιμίαν*. *J. E. Gronov.*

φιλοτιμίαν αὐτότατα. 57 hanc, quæ mehercule mihi magno dolori eſt, (dilexi enim hominem) procura, quantulacumque eſt, Præcianam hereditatem; 58 prorſus ille ne attingat. dices, nummos mihi c opus eſſe ad apparatum triumphi: in quo, ut præcipis, nec me κενὸν in expetendo cognoſces, nec ἄτυφον in abjiciendo. Intellexi ex tuis litteris, te ex Turannio audiſſe, a me provinciam fratri traditam. adeon' ego non perſpexeram prudentiam litterarum tuarum? 59 ἐπέχειν te ſcribebas quid erat dubitatione dignum, ſi eſſet quidquam, cum placeret fratrem, & talem fratrem, relinqui? ἀθέτησις iſta mihi tua; non ἐποχὴ, videbatur. monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem neutiquam relinquerem. 60 τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί. eadem omnia, quaſi col-

c opus delet. Jun.

57. *Hanc, quæ mehercule, &c.*) Statim poſt Græca verba incepit loqui de hæreditate Præciana: quare nos ita orationem pupugimus. eſt autem orationis ſtructura (duabus κατὰ παρένθεσιν ſententiis interpoſitis) obſcurior moroſiorque. ſic autem legi & intelligi debere oſtendunt præterea hæc verba in epiſtola ad Terentiam, *De hæreditate Præciana, quæ quidem mihi magno dolori eſt: valde enim illum amavi, &c.* Victor.

58. *Prorſus illam ne attingat.*) *Ille* pro *illam* eſt in antiquo: & infra vir doctiſſimus legit, Ἐπέχειν *interſcripſeras*, pro Ἐπέχειν *te ſcribebas*. Urſin

59. Ἔπειτα *ut ſcribebas.*) Nos ἐπέχειν *ter* caſtigavimus, maxime quidem ex antiquo exemplari: non minus tamen, ut conſentirer cum illo loco; *Nam quas multo ante acceperam litteras, in quibus* ἐπέχειν *ter ſcripſeras*. Eſt ſane ambobus locis nonnihil obſcuritatis. doctiores hæc accuratius conſiderabunt. ἐπέχειν erat philoſophis illis, qui ab hoc verbo ἐφεκτικοί appellati ſunt, ſuſtinere aſsenſionem. primus autem Pyrrhon ejus ſectæ conditor nomina hæc ἀκαταληψίας & ἐποχῆς excogitarat, ut etiam multis verbis docet Hammonius Hermæus in proœmio commentariorum in prædicamenta Ariſtotelis. *Victor.*

60. Τοῦτο μόνον ἐρρῶσθαί μοι.) Auxilio antiquioris noſtri exemplaris, ut ſcriprum eſse in noſtro codice vides, emendavimus: eſt autem proverbium, quod valde quadrat huic loco, *Meum mihi ſomnium narras:* id eſt rem, quam ego melius te novi, mihi explicas: gaudet ſe conſentire cum Attico de Q. Cicerone puero, admonerique ſe, ne illum in provincia relinquat, quod ipſe ante fecerar: quod ſi ante de hoc ſimul conſilium cepiſsent, non aliter factum eſset. Proverbium ab Eraſmo exponitur, Suidæque, & Platonis teſtimonio frequens apud Græcos autores fuiſse declaratur. *Victor.* Τοῦτο μόνον ἐρῶν ἐμοί.) Hoc ſolum dicens mihi ſic pæne loquitur Plato in principio lib. IX. de Rep. τὸ τῶν παιζόντων τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς: quod ajunt, qui jocantur, hoc & tu mihi dices: quod εἰρονικῶς dictum videtur quodam modo, ut Ci-

cero

collocuti essemus, vidimus. non fuit faciendum aliter; meque ἐπιχρονίᾳ ἐποχῇ tua dubitatione liberavit. sed puto te accepisse de hac re epistolam, scriptam accuratius. Ego tabellarios postero die ad vos eram missurus, quos puto ante venturos, quam nostrum Saufeium. sed d idem
eum sine meis litteris ad te venire, vix rectum erat. Dolab.
Tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, [d] id est de alii.
Dolabella, perscribas: de republica, quam prævideo in summis periculis: [61] de censoribus, maximeque de signis, tabulis quid fiat: [62] referaturne. Idibus Octob. has dedi litteras: quo die, ut scribis, Cæsar [64] Placentiam

tiam

cero imitatus, dicat; tu solum hoc mihi significas aperte, quod optime noram, quodque facere constitueram al. τἀμὸν ὄναρ ἐρρώκει μοι meum somnium narrans mihi. *Corrad.*

61. *De Censoribus, maximeque de signis & tabulis.*) Diligentius in historia quærendum est quæ esset Censorum actio ad signa tabulasque pertinens: magni enim momenti rem fuisse planum est. Cœlius etiam in epistolis de hoc ipso negotio, & eodem hoc tempore loquens inquit: *Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis, &c.* Et in eadem epistola: *Appium de tabulis & signis agere.* fuere autem censores Appius Claudius, & L. Piso, ut Dion etiam lib. xxxx. narrat, Καίτοι τιμηταί τὸν χρόνον τοῦτον ὅτε Κλαύδιος ὁ Ἄππιος καὶ ὁ Πίσων καίτοι μὴ βουληθεὶς ἐγένοντο καὶ οὗτος μὲν διὰ τὴν συγγένειαν ὑπῆρχε τῷ Καίσαρι, ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ἠναντιοῦτο μὲν αὐτῷ, τὰ γὰρ τὸν Πομπηΐου ᾑρεῖτο οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ ἄκων ὠφέλησε πλείστους γὰρ καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν διέγραψεν ἐκβιασάμενος τὸν συνάρχοντα καὶ τοῦτον πάντας αὐτοὺς τὰ τὸν Καίσαρος φρονεῖν ἐποίησεν, ὁ γὰρ Πίσων οὔτ᾽ ἄλλως πράγματα ἔχειν ἐθέλων καὶ πρὸς τὴν τοῦ γαμβροῦ χάριν πολλοὺς θεραπεύων αὐτὸς μὲν οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἀντέπραξεν. Victor.

62. *Referaturne.*) Nostri, tum manuscripti tum impressi, *Referantur.* ut puto melius. Solebant enim Ædiles tabulas signaque & alia ornamenta a civitatibus atque hospitibus mutuo accipere, ad magnificentiam ornatumque ludorum, quæ postea dominis referenda curarent. Quidam tamen, ut fit, per simulationem Ædilitatis accepta, domum deinde atque in hortos suos avertentes, restituere negligebant: id quod etiam Cicero in Verre reprehendit, in actione de signis. Huic quasi latrocinio Censores providere volentes, suis restitui jusserunt. Itaque Cicero, num referantur, quærit. De hac ipsa re M. Cœlius ad Ciceronem ita scribit: *Scis Appium Censorem hic ostenta facere de signis & tabulis: de agri modo, de ære alieno acerrime agere.* Censores ad Senatum referrent, nec ne, non habeo compertum. *Malasp.*

63. *Placentiam.*) Scilicet ducturus erat. nisi falsus fuit rumor, duæ videntur fuisse quas dabat Pompejo ad bellum Parthicum;

duæ

tiam legiones quatuor. quæso, quid nobis futurum est?
64 In arce Athenis statio mea nunc placet.

duæ quas in earum locum substituit lib. VIII. de B. Gal. extremo. *J. F. Gronov.*

64. *Macte scribas Athenis.*) Locus erat valde depravatus. Nos ope meliorum codicum *in arce Athenis statio mea nunc placet* emendavimus. Cum enim videret remp. in maximis periculis, omniaque in Italia crudeli bello eversum iri: quid futurum sit timet: tutiusque sibi esse putat, dum hæc aliquem exitum inveniant, in arce Athenis extra omne periculum manere. Jocatur autem ut consuevit. cetera spero ita non esse, ut nihil amplius de illis loqui oporteat. Nostri librarii vellem non punctum ante verbum illud *Athenis*, tam importune collocavissent: quare deleas necesse est: id enim omnem sententiam perturbat. *Victorius. In arce Athenis statio mea nunc placet.*) Et hunc quoque locum depravatum meliorum ope codicum restituit Victorius; cum prius legeretur, *Macte. scribas Athenis*. Bessarionis liber Manutio referente, *Marce Athenis*: Cavalcantis; *In arce Athenis.* verbum quidem *scribas*, in neutro reperitur, ne in duobus quidem quos habet ipsius amicissimus, unde legendum conjicit, ut Victorius, ejusque emendationem sibi vindicat: sic etiam plane scriptum in suis mss. asserit Lambinus. Sed Junius contra, uno consensu omnes mss. Palat. habere ait, *Macte scribas. Athenis statio nunc placet*: quod & ipsi probatur. Achilles Statius conjicit, *in acte*, sed non satisfacit Gulielmio, qui ἀκρόπολιν intelligi annotat, cujus & mentio apud Platonem lib. 1. de Legibus. *Cleric.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
ATTICUM.
LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Continentes sunt libri hujus epistolæ, cum superioribus, ut hac ipsa prima illa esse videatur, quam proxima superiore, postere die se daturum promiserat. Scripta porro sunt partim ex itinere, dum ex provincia redit: partim ex fuga, quam, audito Cæsarem adventare, cum Consulibus totoque Senatu executus est. Nam cum ad urbem prid. Non. Januarii accessit, ibidemque spe triumphi, quem sibi frequens Senatus, ut ipsemet scribit ad Tironem, efflagitabat, moratur: XIII. Kal. Febr. nuntio illo, ut diximus, accepto, coactus est exire, atque eam cogitationem omittere. Et enim, cum in sententiam Scipionis SC. factum esset, ut ante certam diem Cæsar exercitum dimitteret: si non faceret, eum adversus Remp. facturum videri; eique SC. M. Antonius, Q. Cassius Tribunus pleb. intercessissent: de intercessione relatum acerbissimeque decretum fuisset; illi, urbe cedentes, ad Cæsarem se, qui tum erat Ravenna, contulissent: Cæsar, iis maxime auctoribus trajecto Rubicone, Ariminum, quod erat extra provinciam illius, cum venisset: tantus paver repente urbem invasit, ut passim fuga turpissima facta sit. Continent autem Epistolæ priores, a prima usque ad decimam, quæ incipit, Subito consilium cepi, *hæsitationem sollicitudinemque Ciceronis animi, quonam modo cum Cæsare Pompejoque se gereret, cum utrique esset amicus, & illum uterque suum annumeraret: posteriores usque ad finem libri, cum multa alia, tum querelam de Pompejo: tum sine ratione gesta esse omnia ab illo atque geri: accusationem Cæsaris impudentiæ: legationem L. Cæsaris ad Pompejum, & Consules, C. Cæsaris nomine:* & *quæ illi ad hæc responderint. Reliqua privata sunt. Scripta porro sunt illa, L. Paullo, C. Marcello Coss. Illud etiam sciendum, abfuisse Ciceronem annum & menses circiter octo. Profectus est enim in provinciam, ineunte Majo, Ser. Sulpicio, M. Marcello Coss. in eaque, & in itinere L. Paulli, & C. Marcelli Consulatu consumpto, ad urbem fuit prid. Non. Jan. Consulatum L. Lentulo, & C. Marcello ineuntibus.* Malaspina.

EPI-

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.



EDERAM equidem L. Saufejo litteras ; & dederam ad te unum , quod , cum non esset temporis mihi ad scribendum satis , tamen hominem tibi a tam familiarem
a jam MS. sine meis litteris ad te venire nolebam. sed , ut philosophi ambulant , has tibi
b putabant MS. redditum iri b putabam prius. sin jam illas accepisti , scis me Athenas venisse prid. idus Octobres e navi egressum in Piræeum tuas ab Acasto nostro litteras accepisse : conturbatum , quod cum febre Romam venisses : bono tamen animo esse cœpisse , quod Acastus ea , quæ vellem , de allevato corpore tuo , nuntiaret : cohorruisse
c me *non est in aliis*. autem c me , quod tuæ litteræ de d legionibus Cæsaris afferrent ; & egisse tecum , ut videres , ne quid φιλοτιμίᾳ ejus , quem nosti , nobis noceret : de quo jam pri-
d legationib. *MS*. dem ad te scripseram. 1 Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat : quod ex iis litteris cognovi, quas a
eZenone *alii*. e Xenone , optimo viro , accepi . Cur fratrem provinciæ non præfecissem , exposui breviter. hæc fere sunt in illa epistola . Nunc audi reliqua ; per fortunas , omnem tuum amorem , quo me es amplexus , omnemque tuam prudentiam , quam mehercule in omni genere judico singularem , 2 converte jam ad eam curam , ut

1. *Turannius autem* .) Hæc particula causa fuit olim , ut ego putarim hunc locum totum ita legendum esse : *Cur fratrem provincia non præfecissem , breviter exposui : Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat , quod ex his literis cognovi , quas a Zenone optimo viro accepi* . Corrad. De Turannio vide lib. VI. ep. 9.

2 *Confer jam ad eam curam* .) Omnes mei ad unum , *conferam*. Itaque probo emendationem Lambini , *confer jam* . Bosius . MS. *conferte* : ex quo repono , *conferte* , Alii. *conferam* , ex quo conjicientes boni fecerunt , *confer jam* : sed hoc non vacat etiam cacophono . *Junius*. Mirum tricari hic eruditos. vera lectio est illius codicis , qui præ se fert : *conferte*. Salutem in duas voces hæc quæ perperam coaluit est dividenda , scribendumque : *confer te ad eam curam*. necessario *te* desiderabatur , ut etiam sine codicum ope hic eam restituendam judicarem , antequam varias inspicerem lectiones. Et sic Helmstad nec longe Balliol. *in quo confero te ad eam curam*. Vulgati quoque vestigia retinent veteris scripturæ : *conferte*.

ut de omni ſtatu meo cogites. videre enim mihi videor tantam dimicationem, niſi idem Deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, reſpexerit f 3 rempublicam; ſed tantam, quanta numquam fuit. age, hoc malum g mihi commune eſt cum omnibus. nihil tibi mando, ut de eo cogites illud meum proprium πρόβλημα, quæſo, ſuſcipe. videſne, ut te auctore h ſim utrumque complexus? ac vellem a principio te audiſſe amiciſſime i monentem,

P. B. f remp. tantam *alii.*
g quod mihi *MSS.*
h ſum *alii.*
i admon. *alii.*

Ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες.

4 Πατρίδος.

ſed aliquando tamen perſuaſiſti, ut alterum complecterer, quia de me erat optime meritus; alterum, quia tantum valebat. 5 feci igitur, itaque feci, & omni obſequio,

te ad eam curam. Grævius. *Conferto* habet jam editio Gryphiana Michaelis Bruti. a. 1571. *Confer te* non video qui tolerari queat, quum quartus caſus huic verbo adhærens jam præceſſerit, nempe *amorem & prudentiam*. Hinc veriſſimam putavi Victorianam, quam vides. *Gronov.* At vidit Grævius, qui edidit *confer te*; nec enim quartus caſus præcedens refertur ad verbum *Converte*, ſed ad obteſtationem, quaſi diceret *per fortunas, per tuum amorem, per omnem tuam prudentiam, &c.* quod miror Gronovium non vidiſſe *Verburg.*

3. *Remp. tantum.*) Plaut. Rud. 3.5.20. *Affer huc duas clavas, ſed probas*. Phæd. Fab. 74.

Timentes, rurſus aliquid ne ſimile accidat,
Odore canibus anum, ſed multo, replet.

Mart. III. epiſt. 34. *Ut cito teſticulos ſed acuta falce ſecaret*. In Cicerone prius *tantam* delendum, & leg. *ſed quanta nunquam*. J. F. Gronov.

4. Πατρίδος.) Poſt hunc verſum,

Ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες.

in meis omnibus nullum aliud Græcum verbum ſubjicitur, præter vocem πατρίδος. Victorius in poſtrema editione ſua ſupplevit ex Homero, quæ deeſſe videbantur, in hunc modum, ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος. ſed ego non temere auſi mutare veterem lectionem. puto enim Ciceronem ſecundum hunc verſum ita legiſſe, πατρίδος ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς ideo primam dumtaxat vocem ad eum notandum appoſuiſſe. ſolet enim primis verbis integros verſus deſignare, ut libro primo, *ſed neſcio an* ταὐτόματον ἡμῶν. verſus enim integer ſic habet.

Ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται. *Boſius.*

5. *Feci igitur, itaque feci omni obſequio*) Non video quid *itaque* hic ſibi velit, quiſque ei locus eſſe poſſit. Scripſiſſe Ciceronem exiſtimo: *Feci igitur, idque effeci omni obſequio*. Ball. Helm. & P. Vict. ed. *feci igitur, itaque feci, & omni obſequio.* Manut. aliæque

sequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior: hæc enim cogitabamus; nec mihi, k conjuncto cum Pompejo, fore necesse peccare in l republica aliquando; nec, cum Cæsare sentienti, pugnandum esse cum Pompejo: tanta erat illorum conjunctio. nunc impendet, ut, & tu ostendis, & ego video; summa inter eos contentio. me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter. nam Pompejus non dubitat (vere enim judicat) ea, quæ de republica nunc sentiat, mihi valde probari. utriusque autem accepi ejusmodi litteras eodem tempore, quo tuas; ut neuter quemquam omnium pluris facere, quam me, videretur. verum quid m agam? non quæro n illa ultima, (si enim castris res geretur, video cum altero vinci satius esse, quam cum altero vincere) sed illa, quæ tum agentur, cum venero; ne ratio absentis habeatur, ut exercitum dimittat. 6 DIC M. TULLI. quid dicam? exspecta; amabo te, dum Atticum conveniam. non est locus ad 7 tergiversandum. contra Cæsarem? 8 ubi illæ sunt densæ

k *alii* junctio.
l remp. *Brut.*
m agant *alii*.
n illa ult. *deest in MSS.*

que edd. *feci igitur, atque effeci omni obsequio*. M. Brut. ed. *feci igitur. itaque effeci omni obsequio*. sed meam spero conjecturam eruditos probaturos. *Grav.*

6. *Dic Marce Tulli.*) Totum hunc locum ita scribendum atque ita interpungendum puto. *Dic Marce Tulli. Quid dicam? Expecta amabo te, dum Atticum conveniam? Non est locus ad tergiversandum: Contra Cæsarem. ubi sunt illa densæ dextera?* Quorum sensus ille sit: Cum rogabor sententiam, dicamne ut me expectent, dum te consulam? Nugæ. Non enim erit locus ad tergiversandum. statim enim cogat dicere, quid sentiam. Dicam igitur contra Cæsarem, ne absentis ratio habeatur; cui dexteram dederim, fidemque meam obstrinxerim? Non possum. Nam ut elliceret, adjuvi rogatus ab ipso Ravennæ: ab ipso autem? etiam a Cneo nostro in illo divino consulatu. Aliter sensero; & cum non possim tacitus præterire, nec dicere contra Cæsarem, pro Cæsare locutus fuero: αἰδέομαι non solum Pompejum, sed reliquos etiam cives, teque ipsum in primis laudatorem factorum, & scriptorum meorum. *Malasp.* *Dic M. Tulli* est sollemnis formula, qua Consules utebantur in rogandis sententiis. sic & ep. 3. & 7. hujus libri, & lib. IX. ep. 5. vide Brisson. de Form. libro II. *Grav.*

7. *Tergiversandum. contra Cæsarem?*) Sic interpunxit Bosius. vulgo *tergiversandum contra Cæsarem*. Cleric.

8. *Ubi illæ sunt densæ dextræ.*) Nam scribit Plutarch. Senatores circiter ducentos Lucam ad Cæsarem venisse. Dexteræ autem testes fidei Cæsari datæ, fore, ut absentis ratio haberetur. *Corrad.*

Qui-

ſæ dexteræ? nam [o] ut illi hoc liceret, [p] adjuvi, rogatus ab ipſo Ravennæ [9] de [q] Cœlio tribuno plebis. ab ipſo autem? etiam a Cnæo noſtro, in illo [10] divino tertio conſulatu. aliter [r] ſenſero? αἰδέομαι non Pompejum modo, ſed Τρῶας, καὶ Τρωάδας. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην καταθήσει. quis? tu ipſe ſcilicet, laudator, & factorum, & [s] ſcriptorum meorum. hanc [t] ego plagam effugi per duos ſuperiores Marcellorum conſulatus, cum eſt actum de provincia Cæſaris. nunc incido in diſcrimen ipſum. itaque, [11] ut ſtultus primus ſuam ſententiam dicat, [12] mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid: extra urbem eſſe cum juſtiſſima cauſa. tamen dabunt operam, ut eliciant ſententiam meam. ridebis hoc loco fortaſſe. quam vellem etiam nunc in provincia morari! plane opus fuit, ſi hoc impendebat. etſi [v] nil miſerius. nam ἰδοῦ πάρεργον; volo

[o] utile hoc *MS.*
P. B.
[p] adivi *MS.*
[q] decem tribunis *Lamb.*
[r] *alii* ſenſero. αἰδ.
[s] dictorū *alii.*
[t] ergo *alii*
[v] nihil *MS.*

Quidam legunt *tenſa*: quod non placet. Denſæ dextræ ſunt junctæ & implexæ. fidei & fœderis ſignum, etiam concordiæ & pacis, ut ex antiquis nummis perſpicitur. Virgil. Æn. x.

Mille rapit denſas acie atque horrentibus haſtis:

Ubi Servius, *Denſas acie*, in *acie conſtrictas & conjunctas*. Popma. Recte Popma exponit, ſed intelligendum de dextris hoc eſt, conjunctione arctiſſima Cæſaris & Pompeji; non vero eorum, qui ad Cæſarem ſe contulerunt, ut Corradus putat. Hoc ſequentia docent. *Gravius.*

9. *De Cœlio.*) Ut M. Cœlum, amiciſſimum meum, tribunum pl. inducerem ad legem ferendam de habenda Cæſaris abſentis ratione. quod factum eſt. latum enim a decem tribunis pl. id eſt ab univerſo collegio, conſule tertium Pompejo: quo anno tribunus pl. fuit M. Cœlius, ut ex Pædiano cognoſcitur in argumento Milonianæ. *P. Manut.*

10. *Divino tertio conſ.*) Quo ſcilicet defendendam remp. ſuſcepit, & vitia ejus legibus emendanda M. Cœlius Rufus Trib. pl. fuit anno 700. C. V. Domitio & Meſſalla coſſ. cur autem eſt de Milone, teſte Aſconio in Miloniana ſequenti 701. Pompejus cos. fuit ſine collega, & tum perlatum de Cæſare. Cæſar ipſe 1. de Bel. Civ. 32. *J. F. Gronov.*

11. *Ut ſtultus primus ſuam ſententiam dicat.*) Lamb. hoc totum, *ut ſtultus p. ſ. ſ. d.* non putat eſſe Ciceronis, quod tamen aſſerit Junius. *Cleric.*

12. *Mihi valde placet.*) Hoc eſt, ſpecie petendi triumphi non intrare urbem, ut ſic cum honeſta cauſa poſſim vitare Senatum. Solebant enim qui e provincia reduces triumphum ſperabant, non intrare urbem, priuſquam triumphaſſent. Nam intrando urbem fiebant privati. Salluſt. Catil. B. 30. Cic. VIII. Famil. 6. & Svet. Jul. 18. *J. F. Gronov.*

13. Ἐπι-

volo te hoc scire : omnia illa prima , quæ etiam x
x tu alii. tuis litteris in cœlum ferebas , [13] ἐπίτηκτα fuerunt . Quam [14] non est facilis virtus ! quam vero difficilis ejus diuturna simulatio ! cum enim hoc rectum , & gloriosum putarem , & annuo sumptu , qui mihi decretus esset , [15] me C. Cœlio quæstori relinquere annum , referre in ærarium ad [16] H-S. CIↃ ; ingemuit nostra cohors , omne illud putans distribui sibi oportere ; [17] ut ego amicior invenirer Phrygum , & Cilicum ærariis , quam nostro. sed me non moverunt. nam , & mea laus apud me plurimum valuit. nec tamen quicquam honorifice in quemquam fieri potuit , quod prætermiserim . Sed hæc fuerit , ut ait Thucydides , ἐκβολὴ λόγου non inutilis . Tu autem de nostro statu cogitabis : primum quo artificio tueamur benevolentiam Cæsaris : deinde de ipso triumpho , quem video , nisi reipublicæ tempora im-

13. *Ἐπίτηκ]α fuerunt .)* Sic in cunctis manu scriptis codicibus invenimus. qui ἐπίκτητα legunt , contra fidem omnium librorum faciunt : & deteriorem sentenriam (vera & eleganti , aut neglecta , aut non satis intellecta) inducunt : ἐπίτηκτα appellavit , cum cito fluxerint , & evanuerint ea in quibus ille , ut perpetuam gloriam sibi adferrent , laboraverat : ciroque se cognovisse ait quam deceptus sit qui ea diutius stare posse putavit . *Victor.*

14. *Non est facilis* .) Dictum Pittaci , unius e septem sapientibus. ὡς ἀρὰ χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι : apud Xenob. in χαλεπὰ τὰ καλά . J. F. Gronov.

15. *M. C. Cœlio Quæstori relinquere annum* .) Aliquantum legebat amicus meus, pro *annum* . Ursin.

16. *H-S.* CIↃ.) Usque adeo parcus fui , ut ex sumptu annuo mihi decreto potuerim , & cohortem alere , sumptumque annuum Quæstori ut minori magistratui relinquere, & H-S. CIↃ. in ærarium referre : atque hoc gloriosum puravi . *Corrad.* Sestertios mille , hoc est , 25. Philippeos Ciceronem in ærarium rerulisse nemo credit : *Mille sestertia* veteres non dixerunt , sed pro hoc *decies sestertium* usurpabant , ut recte docuit summus Vir , Joh. Frid. Gronov. lib. II. de Sestertiis cap. 2. Hinc & hic legendum existimo *H-S*. x. quod æque hic degeneravit in *H-S*. ∞ , ut in alio loco ex Verrinis , quem ibi ὁ πάνυ recte emendat . *Gravius* . *Ad sestertium decies.* CIↃ nota est quasi esset *sestertia mille* , sed ita non pronunriabant , sed *sestertium decies* , id est, vicies quinquies cenrena millia Philippum. Sic pueris nobis jam dictabat pater. *Gronov.*

17. *Ut ego amicior invenirer*.) Quasi deberem ærarii nostri emolumentum negligere , qui Cilicum & Phrygum ærariis consulueram , nullum ab iis sumptum neque in me, neque in meos fieri passus. ep. 2. lib. VI. *P. Manut.*

18. *Qui*

impedient, εὐπόριστον. judico autem cum ex litteris amicorum, tum ex supplicatione; quam [18] qui non decrevit, plus decrevit, [19] quam si omnes decresset triumphos. ei porro assensus est unus, familiaris meus, Favonius, [20] alter iratus, Hirrus. Cato autem & [21] scribendo affuit, & ad me de sententia sua jucundissimas litteras misit. sed tamen gratulans mihi Cæsar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis; nec scribit, quid ille sententiæ dixerit, sed y tantum, supplicationem eum mihi non decrevisse. Redeo ad z Hirrum: cœperas eum mihi placare: perfice. habes Scrofam, habes Si-

P. B.

y tamen *Lamb. & alii.*

z Arium *Bosius.*

18. *Qui non &c.*) M. Cato, qui decrevit ei gratias ab Senatu agendas, quod mansuetudine & innocentia & consilio suo provinciam defendisset, Ariobarzanis regnum cum rege ipso conservasset, sociorum voluntatem alienatam ad studium imperii Romani revocasset. xv. Fam. 5. *J. F. Gronov.*

19. *Si omnes decrevisset triumphos.*) Veteres libri, sine discrepantia, *Decresset*, κατὰ συγκοπήν. neque in hoc loco tantummodo, sed ubique fere, ubi hujusmodi Præterita inveniuntur. Sic etiam Terentius, Ecyra, *Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.* Sed hæc ratio perpetua non est: nam paulo post, *Decrevisse* legitur. Cicero quidem, quamvis utramque viam probet, & plene & concise loquendi, libentius tamen dixerit, *Audisse*, *Scisse*, *Salutasse*, *Comprobasse*, quam *Audivisse*, *Scivisse*, *Salutavisse*, *Comprobavisse*. quod ex ejus ipsius verbis cognosci potest, quæ sunt in Oratore hujusmodi: *Quid? quod sic loqui, Nosse, Judicasse, vetant? Novisse jubent, & Indicavisse? Quasi vero nesciamus in hoc genere, & plenum verbum recte dici, & imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius. Ehe: tu cognatum tuum non noras? Post idem. Stilphonem inquam noveras? sive plenum, sive imminutum, licet utare utreque.* Hæc Cicero. Mollius tamen & magis tritum, contractum Quinctilianus judicat, quam solutum. Sed ego arbitror omnia ad aurium judicium esse referenda. *Malasp.* MSS. duo aliter, elegante, ac non aliena phrasi Tulliano usu, *qui non decrevit, quasi omneis triumphos decrevisset*. Alteram non improbo: sed tamen secundum hanc lectionem judico, etsi mutare non sum ausus. *Junius.*

20. *Aliter iratus Hircius.*) Nos & hic & paulo infra duobus locis, *Hirrus*, emendavimus: sic enim habent meliores codices: & intelligit C. Hirrum, qui Ciceronis ante competitor fuerat, gravesque cum eo inimicitias gesserat: de hoc Cœlius in epistola, cujus initium est: *Sic tu inquis Hirrum tractasti*, multum loquitur: unde illum sibi iratum appellat: & infra agit diligenter cum Attico, ut eum sibi placet: docetque quos adhibere debeat, quum gratiæ reconciliationem eam facere vult. *Victorius.*

21. *Scribendo affuit.*) Γραφομένῳ παρῆσαν, est in vetere senatusconsulto. *Ursin.*

Silium. ad eos ego etiam antea scripsi, & ad ipsum z Hirrum. locutus enim erat cum iis commode, se potuisse impedire, sed noluisse: assensum tamen esse Catoni, amicissimo meo; cum is honorificentissimam in me sententiam dixisset; nec me ad se ullas litteras misisse, cum ad omnes mitterem. verum dicebat. ad eum enim solum & ad Crassipedem non scripseram. Atque hæc de rebus forensibus. redeamus domum. Dijungere me ab illo volo. mirus est φυράτης [22] germanus Lartidius.

z Arium *Bosius.*

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.

Reliqua expediamus, [23] hoc primum, quo accessit a cura dolori meo, sed hoc tamen, quidquid est, Præcianum cum iis rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo. scripsi ad Terentiam, scripsi etiam ad ipsum, me, quidquid b possem nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te c redacturum. [24] ista puto ἄμεμπτα fore. verum ut lubebit. Hanc quoque susci-pe

a curæ & *alii.*
b posset *alii.*
c reductum *alii.*

22. *Germanus Lartidius.*) Fani sic legitur, *M. Latridius. M. lib. Hilarus.* Hilarus porro Ciceronis fuit Libertus & ratiocinator, qui fortasse & ipse calculos confundebat ita ut nunc Cicero dicat: Philotimus est φυράτης, & vere talis, qualis Larridius vel Hilarus, vel quicunque is esset, qui in ea re male audiret. hic ego tamen adhuc aliquid desidero, utpote quod Lartidius aliqua lingua furacem significer, vel ἀπὸ τοῦ λάρου deducatur, vel certe tale quid demonstret. *Corradus. Germanus Lartidius.* id hoc sensu accipio, Ulysses, qui *Lartides* vel *Laertides* erat, astutissimus & callidissimus veterator est habitus: talem Philotimum dicere possum, & Lartidium, hoc est, Ulysseum vocare. *Turneb.* Advers. xx, 16. *Germanus* est *merus*, ut ep. 15. lib. 1. & ep. 5. lib. iv. *Gravius.*

23. *Hoc primum quod accessit cura dolori meo.*) *Quo accessit* Faernus. *Ursin. Quo accessit.*) Ad hanc Malasp. conjecturam Lambinus addit, *in*, ut legatur, *in quo a.* Priorem Junius auctoritate omnium mss. Palat. confirmat. *Cleric.*

24. *Ita puto ἄμεμπτα fore.*) Olim nulli excusi hic Græcam vocem habebant: postea ἄμεμπτα restitutum est. nostro etiam judicio recte, & antiquis characteribus valde congruenter. quare miror Germanos ea voce deleta ἀμενηνὰ reposuisse, id est debilia & imbecilia, & omnino sine robore: nam id parum sententiæ hujus loci quadrat. ἄμεμπτα autem hic intelligo, quæ culpari & reprehendi non possint: cum enim triumphi apparatum ex privata sua pecunia conficere cogitet, vere existimat omnes voces accusationesque malevolorum se hac ratione esse evitaturum. *Victor.*

25. *Ex-*

pe curam, quemadmodum [25] experiamur. id & ostendisti quibusdam litteris, [26] ex Epiro, an Athenis datis? & in eo ego te adjuvabo.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S. P. C.

BRUNDISIUM venimus VII. Kalend. Decemb. usi tua felicitate navigandi. ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus [27] Onchesmites hunc d σπονδειάζοντα, si cui

d σπονδειάζοντα alii.

25. *Experiamur.*) De triumpho. nisi enim caute considerateque experimur, fortasse tribunorum pl. intercessionem eliciemus. hoc tu cogites velim, tecum simul ego cogitabo, ut ad evitandam intercessionem aliquid excogitemus. *P. Manut.*

26. *Ex Epiro, an Athenis datis?*) Sic restituit Bosius ex Decurtato & Crusell. vulg. *Ex Epiro & Athenis datis*. Cleric.

27. *Auster mitis.*) Nos ita scripsimus: qui enim non multis ab hinc annis excusi sunt, sic fere habent: cum primæ impressionis omnes *anches* pro *auster* haberent: quæ vox in cunctis etiam manuscriptis reperitur: quod testari voluimus, etsi illam, ut nobis ignotam & depravatam reliquimus: nam recepta lectio non incommoda esset, si maneret copula illa inter *auster*, & *mitis* quam delevimus, quia in antiquis libris a nobis non visa est, & quia omnem sententiam perturbat hujus loci: nam corrumpit versum spondaicum, qui a præterito illo *flavit*, incipit: & verbo illo *mitis* terminatur: de quo postea jocans infert, *Hunc σπονδειάζοντα si cui voles, &c.* id est meipsum, qui spondeum carmen inter scribendum effundo: credimus enim forte illum versum ipsum scripsisse, quæ postea joci occasio fuit: statim enim cognovit Cicero se spondaicum in orationis tractu pronunciasse: accidit autem quandoque ut volentes versus edant, maximeque senarios, ut qui prosæ orationi sint similiores. qui autem hanc rem non animadverterant, σπονδάζοντα scripserant, nullo satis idoneo sensu, & contra antiquorum codicum fidem. Nos, ut ad superiora redeamus, verba illa *auster mitis*, mendo vacare non putamus, nec tamen omni diligentia adhibita, consultis eruditis & ingeniosis hominibus, quid *anches mitis* significet, quomodove corrigi possit, unquam intelligere potuimus: quare quibus licuit mendis hinc sublatis, reliquum quod est, doctioribus viris emendandum tradimus. *Victorius*. Hunc locum olim Adr. Turnebi conjecturam secuti, qui ex obscuris antiquæ scripturæ vestigiis putaverat reponendum, *Anchisetes*, sic edideramus. Codices autem Memmiani, quibus usi sumus, & item Turnæsianus & Huraltinus habent, *Anchesmitis*. neque multo secius ii, quibus usi sunt Victorius & Malaspina. Libri vulgati autem fere omnes habent, *lenissimus Auster, mitis*. Sed neque hæc, neque reliquæ

cui voles τῶν νεωτέρων, pro tuo vendito. Invalitudo tua me valde conturbat. significant enim tuæ litteræ, te prorsus laborare. ego autem, cum sciam, quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat: etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leviorem accedere. Terentia vero, quæ quidem eodem tempore ad portam Brundisinam venit, qua ego
e obviam MS. in portum, mihique [e] obvia in foro fuit, L. Pontium
f ita est, est alii. sibi in Trebulano dixisse narrabat, etiam eam decessisse. quod si [f] ita, & quod maxime mehercule opto; [g] idque
g alii id. spero tua prudentia & temperantia te consecutum. Venio ad

duæ rectæ sunt. Antiqua tamen, *Anchesmites*, quam ego etiam olim fidelissime lectori repræsentaram, minime depravata est: Dunraxat enim in prima littera mendum inest. quod vidit tandem is, quem commemorat P. Victorius lib. XXXVI. Variarum Lection. cap. II. Hic enim princeps nuper excogitavit legendum *Onchesmites*, quæ vox ventum significat ab Onchesmo Epiri portu flantem. Legat qui plura hac de re scire volet, Victorii caput illud II. quod supra commemoravi. *Lambin.* Sed postea in variis lectionibus probavit Latini Latinii correctionem legentis: *lenissimus Onchesmites*; Leg. *Anchesites*, ut ventus sit ab Anchisæ portu Epiri spirans, cujus mentio est apud Halicarnasseum. *Turnebus.* Lambino assentior, & aliis. Si quis tamen lectionem veterem malit retinere, utatur ipsius Ciceronis lib. XVI. ep. 9. ad Tironem. *Junius.* Recte *Onchesmites*. Sic Γαυρεὺς dicitur ventus Aquilonaris, a Pamphiliis, quod ex insula quæ *Gauris* dicitur, Pamphiliam adflat. Aristot. in fragmento de Ventis: ἐν δ' ὀλβίᾳ τῇ κατὰ Μυκάλην Παμφυλίας ἄνεμον Γαυρεὺς, ὅστις πνεῖ ἀπὸ τῆς γίσκ, ἢ καλεῖται Γαυρίς. Sic Argestes ab Atheniensibus *Sciron* dicebatur, quod ex saxis Scironiis spiraret, ab Appulis idem *Japyx* appellabatur quod ab Japygiæ Promontorio seu sinu flaret, Apuleio & Gellio auctoribus. *Grævius.* *Onchesmites.*) Latino Latinio hæc restitutio debetur, qui locum unius literæ mutatione illustravit, cum prius non modo formis impressi, sed etiam omnes mss. *Anches mitis*, duobus vocabulis haberent, teste Victorio qui edendum curaverat, *Auster mitis*, licet mendo non carere fateretur. Priori autem lectioni non modo ipse Victorius, sed etiam Manutius, Bosius, Lambinus & Junius suffragantur. Turnebus lib. XX. c. 16. fecerat olim ex vulgata *Anchesites*; qui adeatur. *Cleric.* De hac lectione confirmanda etiam denique sollicitus fuit Palmerius Grentemesnilius in Græcia pag. 245. sed ita inepte, ut insultet illis prioribus, quibus veritas nondum erat patefacta; his, qui eam produxerunt, nullas agat grates, & se solum scilicet primumque substituat, nihil ignotum proferens, nisi quod contra omnes MSStos inhærens origini vocis ὀγχισμὸς legat *oncesmites*. Gronov.

28. *Ale-*

ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia jucundiorem, quæ quidem erant tua manu. nam [28] Alexidis animum amabam, quod tam prope

28. *Alexidis manum amabam.*) Alexidem puerum fuisse, cujus opera aliquando Pomponius in scribendis epistolis utebatur, constat. Hic igitur Alexis, nisi fallor, cum Titus impeditus morbo, sua manu, ut consueverat, ad M. Ciceronem scribere non posset: ipseque munus illud obire deberet, nitebatur effingere manum Pomponii, ne intelligeret Cicero aliena manu scriptas litteras esse, ac suspicaretur, ut res erat, graviter laborare Atticum, indeque magnum dolorem sentiret. quare inquit Cicero se *animum illius amare*, probareque studium ac optimam voluntatem, qui tantum diligentiæ poneret in se fallendo, sollicitudineque liberando, quia tamen non ita licuit illi exprimere manum Attici, quin ipse dissimilitudinem litteræ agnosceret; addit se non amare manum illius deprehensam, quod erat indicium invaletudinis Attici. Nam studuisse id facere Alexin, multumque industriæ in eo posuisse, declarant verba illa, *quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ*. Perspicitur enim ex ipsis mira cupiditas efficere id molientis pueri. cur autem tantopere tunc in eo laborare debuit, nisi ea de caussa, quam significavi: ut scilicet imponeret Ciceroni, qui tamen error jucundus illi utique fuisset, si exitum habuisset. *Victorius.* Variar. Lect. XVIII, 10. *Manum non amabam.*) Abundare puto, *Manum*, & esse non necessarium glossema: ut legatur, *Ad similitudinem tuæ litteræ.* quod enim solet esse in repetendo verbo venustatis, id sentitur in verbo, *Amabam*: si *Manum* iteres, non item. aliis aliter fortasse videbitur: ego de meo sensu judico. P. *Manut. Alexidis animum amabam.*) Sic interpunxit Malasp. ex vett. codd. eumque sequutus Lambinus, auctoritate Torn. & Mem. codd. Vocabulum *manum*, quod subsequitur, abundare putat Manutius. Vulgo sic legebatur, *Alexidis animum amabam, quid tam prope accedebat ad similitudinem tuæ: litteræ manum non amabam:* consulatur Victorius lib. XVIII. Var. Lect. cap. 10. *Clericus.* Veteres editiones *manum* hic non *animum* habent. quæ vox perperam repetita postea fuit, quia repetebatur *amavit*: sed cum hæc sententia priori adversaretur, mutarunt temerarii correctores in primo commate τὸ *manum* in *animum*. Ferri tamen hoc non potest, si recte inspiciatur. Alexidis enim *animus* non accedebat ad similitudinem litteræ Pomponii, sed ejus *manus*. Hoc tamen illa verba significant. Nam sensus illi qui possit exprimi ex his verbis, *animum Alexidis amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ*, quem Victor. & Malaspina eis affingunt, sane non video. Sed Manutii correctionem si sequamur, liquida sunt omnia & certa. *Grævius.* Debuit addere Clericus in sententia Manutii, eum pro voce *animum* reponere quoque *manum*, ut habuerunt quædam editiones. Sed quid ille contra omnes MSStos? Nec quidquam eum defendit nisi mera captio & frustratio. Victorius, Malaspina, Lambinus, Bosius probe noverunt animum ejus

prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: manum non amabam, [29] quod indicabat te non valere. cujus quoniam mentio h facta est; Tironem Patris ægrum reliqui, adolescentem, ut nosti, (& adde, si quid vis) probum: nihil vidi melius. itaque careo ægre. quamquam videbatur se non graviter habere; tamen sum sollicitus, maximamque spem habeo in i M. Curii diligentia, de qua ad me scripsit Tiro, & multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit, quam tu velles k se a me diligi; & eo sum admodum delectatus; & mehercule est, l quam facile diligas, [30] αὐτόχθων in homine urbanitas. [31] ejus testamentum deporto duorum Ciceronum signis

h jam facta alii.
i alii M.
k in aliis deest se. P. B.
l alii quem.

non accessisse ad similitudinem litteræ Attici. Nec id verba illa significant. Licet enim Cicero dicat simpliciter *accedebat*, quoties id tempus ita occurrit apud Latinos, & ipsum Tullium, ut notet, accedere volebat? Justin. 35, 1. *Gronov.*

29. *Quia indicabat te non valere.*) *Quod indicabat* Faerni liber. *Ursin.*

30. *Αὐτόχθων in homine urbanitas.*) Nativa, & (ut ego puto) Attica ep. 32. lib. VII. Fam. Athenienses enim se *αὐτόχθονας* appellabant. *Corrad.* Αὐτόχθων est vernacula urbanitas Latinis, quasi genuina & intra pomœria Romæ aut Athenarum nata. Cic. IX. ad Fam. ep. 15.. *Moriar si præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginationem antiquæ & vernaculæ festivitatis agnoscere.* Gronovius IV. de Pec. Vet. c. 10. ubi plura vide. *Grav.*

31. *Ejus est testamentum de Tortorii uncis, Geronum signis obsignatum cohortisque Prætoriæ: fecit palam te exlibratus, me exartuatus. In Actio Corcyræ.*) Bosius ex perturbatis antiquæ lectionis vestigiis sic restitutit. sic autem erat in Tornæsiano; *Ejus testamentum detortorium, Ciceronum signis obsignatum, cohortisque Prætoriæ; fecit palam te ex libertum oxtarvaeus.* In Cursellino sic: *Ejus est testamentum detortorium, Ciceronum signis obsignatum, cohortisque Prætoriæ; fecit palam te exlibertus me extravatus.* In Decurtato vero hoc modo, *Ejus est testamentum de tortori uncis ceronum signis obsignatum, cohortisque Prætoriæ. fecit palam te exlibertus, me exatruatus.* Hinc autem maculas deleri posse existimavit, si pro *tortori* scriberetur *Tortorii*, pro *ceronum*, *geronum*, pro *exlibertus*, *exlibratus*, & pro *exatruatus*, *exartuatus*. Victorius, ex tam deformata lectione aliquid sinceri elicere posse desperans, vulgatam lectionem sequutus est, quæ sic se habet: *Ejus testamentum de Tortorio Ciceronum signis obsignatum cohortisque Prætoriæ. fecit palam te ex libella, me ex teruncia;* quæ ultima verba sic in vett. codd. legi dicit, *te ex libertu me extarvacus.* Manutius pro, *de Tortorii uncis*, conjicit legendum, *de porta Romam*, alioquin vulgatam lectionem sequitur. Lambinus locum corruptum fatetur, sed nihil murare ausus est, solummodo pro *teruncia*, quod est in vulgata lectione, mavult *teruntio*. Junius aliter legit & interpungit: *In hominem urbanitas ejus Testamentum*

de-

signis obsignatum, [32] cohortisque prætoriæ: [33] fecit palam

deportu, trium Ciceronum signis obsignatum, cohortisque Prætoria, fecit. paulo ante libertus a me erat. Avectum Actio &c. arbitraturque germana esse Ciceronis verba. videatur etiam Turnebus lib. xx. cap. 16. *Cleric.* Etiam de his arbitratur pater lib. II. de Pecun. Vet. in fine capitis primi. Sed postea considerans acrius Florentinam scripturam apud Victorium, devenit ad hoc, ut conjiceret *fecit palam te ex besse, me ex triente.* Sed quoniam omnia huc allata sunt ejusdem farinæ, aliis ad inauditas voces cogitationesque labentibus, aliis parum ad veterem lectionem attendentibus, propono & meum, quod Victorianam & codicum Balliol. & Helmæst. scripturam attendenti subvenit, & edidi. Scilicet, *Ejus testamentum deporto* II. (id est *duorum*) *Ciceronum signis obsignatum, cohortisque prætoria. fecit palam te ex liberis* III. (*tribus*) *me ex* IX. (*novem*) *unciis.* Conferat quisque hæc ad MSStos. Tantum dico, quum essent quædam hæreditatis debita aut alia onera, Attico dedit uncias tantum tres, sed liberas, ut solet ea vox usurpari pro non oneratis, docente patre lib. II. de Pec. Vet. cap. 7. Ciceroni reliquas, quæ quidem erant plures, sed quibuscumque debitis vel molestiis gravatæ. *Gronov.*

32. *Cohortis pretoria.*) Cohors prætoria est, quæ tum in castris, tum in agmine atque acie semper adest prætori. erant autem duæ, una evocatorum militum, altera nobilium adolescentum, qui sua sponte cum proconsulibus exibant, dumtaxat ob hanc caussam, ut usurarum peritiores domum redirent. *P. Manut.*

33. *Fecit palam te ex libella, me ex teruncia.*) Locus valde inquinatus. Nos nihil a vulgatis mutavimus: hic autem antiquam scripturam, etsi (ut arbitror) fœde & ipsam deturpatam, constituemus. est autem hæc: *te ex liber tu me ex tarvacut.* ipsi ex tam deformata lectione desperavimus aliquid sincerum elicere & exsculpere posse. *Victorius. Te ex libella, me ex teruncia, &c.*) Cum locus ex ingenio ita sit scriptus (nam libri veteres, alius alio pejor est) malim *Teruncio* legi, quæ vox est bonis auctoribus usurpata, cum *Teruncia*, inveniatur nec ne, haud mihi sane liqueat. Fuit autem Teruncius libellæ quarta pars, ut libræ sive Assis. Quadrans, a tribus unciis dictus: de quo, itemque libella, sic de Lingua Latina Marcus Varro: *Nummi denarii decuma, libella: quod libra pondo As valebat. Et erat ex argento parva. Sembella, quod sit libræ dimidium quod semis assis. Teruncius, a tribus unciis, quod Sembellæ valet dimidium, & est quarta pars, sicut Quadrans assis.* Ergo, denario, si par est, ut quidam subducunt, plus minus, noster Julius (liceat mihi uti his nominibus, illustrandæ & quasi evolvendæ rei involutæ gratia) libellæ Bajocchus; Teruncio quadrans æreus noster respondebit. Nec, ut quidam litterarum monimentis tradiderunt, argenteus fuit nummus Teruncius, sed libella ut hodie Romæ Bajocchus: de qua in Captivis sic Plautus:

At ob eam rem mihi libellam, pro eo, argenti ne duis:
Gratis a me ut sit liber abducito.

lam te ex libella me ex teruncio. In Actio 34 Cor-
cyræ

Quid sibi Donatus voluerit, cum libellam fuisse scribit unciæ partem duodecimam, nescio. Ita enim sexcuplo fere major erit, quam illa Varronis, si modo Denarius ut Celsus, Largus Pliniusque tradunt, unciæ pars septima fuit. Sic enim in Phormione: *Assis libra erat, ejusque partes, uncia: rursus uncia: unius duodecima pars, libella dicebatur.* Ego tamen Varronem sequor, auctorem haud sane paulo meliorem. Quod ad sententiam attinet, mihi nec Paulli expositio displicet, & Corradi opinionem quod improbem non habeo, ita habet uterque quod sequatur. Et quamvis heres esse ex quarta parte, altero totum obtinente, nemo possit, locutioque *ex Teruncio*, singularis sit, cum is ad libræ partes nihil pertineat: fieri tamen potest, ut sic Atticum Curius ex asse heredem reliquerit, ut, deinde quartam partem Ciceroni, ut Paullus ait, attribueret: & *ex Teruncio* ideo addiderit Cicero, quia ex libella dixerit, ne a translatione recederet. Illud non probo, libræ quartam partem esse Teruncium, planeque idem quod quadrans. Et tamen quæ ex hac opinione sequuntur incommoda, faciunt, ne Corradi expositionem rejiciam: quæ, ne sim longior, omitto. *Malaspina.* Nihil melius vulgata. *ex libella* est ex quatuor unciis, tribus Sicilicis, scriptulo: *ex teruncio* est ex uncia & quinque scriptulis, quæ partes quia non exhauriunt totum assem, intelligendum ex reliquis partibus alios scriptos, quos nominare non fuit operæ Ciceroni. Nec mirari debemus ex tantillis partibus hæredes scribi. Cicer. lib. XIII. ad Attic. ep. 47: *Mortuus est Babullius. Cæsar opinor ex uncia: etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente.* Ubi similiter tacitos transmittit ex aliis partibus hæredes. Pro Cæcina: *Facit te heredem ex deunce & semuncia Licinium, ex duabus sextulis M. Fulcinium; Æbutio sextulam adspergit.* Sic hoc ipso libro ep.8, *Dolabella cum duobus aliis heres est ex triente.* Gronovius lib. II. de Pec. Vet. cap. I. quem vide, ubi Popmæ, Manutii & aliorum expositiones ac emendationes refellit. *Grav.*

34. *Corcyra Alaxion, &c.* (Nos *in Actio*, reposuimus ante *Corcyra* ex vetere illo libro, qui hic minus lacer depravatusque erat. Sane Actium regio est Acarnaniæ & promontorium, quod sinum facit, eodem nomine & ipsum appellatum. erat autem, ut putamus, in insula Corcyra, quæ contra hæc loca jacet, ager aliquis sic etiam vocatus: habebat enim illis in insulis Atticus fundos, ut ex lib. v. colligitur, ubi inquit: *Cum quidem & Corcyra, & Sybotis muneribus tuis, quæ & Areus, & meus amicus Eutychides opipare & πιλοπροσανέςατα nobis concesserant, epulati essemus Saliarem in modum.* Victor. *In Actio.*) Videtur fuisse Corcyræ locus, ita dictus, ἀπὸ τῆς ἀκτῆς id est, a littore. non enim hic intelligit Actium urbem Acarnaniæ, quæ postea ab Octavio appellata est Nicopolis, quo se venisse refert epistola 9. lib. v. *Bosius.* Actium non hic est promontorium Acarnaniæ nec locus aut ager Corcyræ, ut docti viri existimant, sed portus Corcyræorum, ad differentiam alterius dictus *Actium Corcyra*, ubi octiduum tempestatibus retentus ab Alexione medico suo cibariis laute & abundanter

mu-

cyræ Alexio me opipare muneratus est. Q. Ciceroni obsisti non potuit, quo minus 35 Thyamim videret. Filiola tua te delectari lætor, 36 & probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. etenim, si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio; qua sublata, vitæ societas tollitur. 37 bene eveniat, inquit Car-

muneratus est. De portu Corcyræ & in eo mora sua scribit ad Tironem ep. 9 De Alexione medico suo infra lib. xv. ep. 1. & 2. *Popma*.

35. *Thyamim videret*.) Flumen Thesprotiæ. Plin. lib. iv. cap. 1. ubi res tuas habes ep. 3. lib. vi. *Videret*, cum patre. hinc Buthrotum profecti dicuntur ep. 2. lib. xvi. Fam. *Corrad*. Thyamis nobilis fluvius Epiri, cujus partem Thesprotiam Cœstrinamque interfluebat, & Buthrotum coloniam alluebat. Atticus autem in Thesprotia possessiones habebat & in agro Buthrotio pulcherrimam & amœnissimam villam Amaltheam, ut constat ex lib. v. ep. 3. & lib. xvi. Cum ergo Ciceronem Corcyræ in Epiro tempestas moraretur, Q. Cicero filius ab eo discessit, ut in Thesprotiam, ut agrum Buthrotium, ut Thyamin fluvium, & Attici avunculi possessiones videret. De Thyami meminit Thucydides lib. 1. Belli Peloponnes. Strabo lib. iii. Plinius lib. iv. cap. 1. & Cicero De Legibus ii. *Popma*. *Thyamim*.) Fluvium qui ut inquit Thucydides lib. 1. Thesprotidem Cestrinamque discriminat & Atticum in Thesprotia habuisse possessiones, dixit ep. 3. lib. vi. Puer autem Q. Cicero significatur. De Thyami & Plinius lib. iv. c. 1. *P. Manut*.

36. *Et probari tibi φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα*.) Ita scripsimus cum antiquis libris: hancque putamus esse sinceram lectionem, articulumque illum accusandi casu, quem nos eorum auctoritatem secuti restituimus, credimus indicare verbum στοργὴν, quod potius ex eo intelligi debeat, quam supra esse & legi. sententiæ hujus autores fuerunt Xenocrates & Aristoteles: ut Cicero etiam docet lib. iv. de Finibus, cum inquit: *Primique ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut hi qui procreati essent, a procreatoribus amarentur*. Victor.

37. *Bene eveniat*.) In nonnullis libris vulgatis est *conveniat*. minus recte. Veteres omnibus rebus agendis *Bene eveniat* præfabantur boni ominis caussa. Carneades autem sputce ille quidem omnibus actionibus optabat bonum eventum (hoc enim est ejus qui summum bonum in voluptate ponit,) sed tamen prudentius loquebatur quam Epicurus, cum ipse boni viri esse censeret tenere honestatem, servire humanæ societati, non sibi tantum, sed aliis quoque consulere velle: hic diceret bonum virum neglecta honestate & societate vitæ communis posse omnia sua caussa facere, ne malum habeat: quod ipsum est versuti & callidi veteratoris, non boni viri; in eoque imprudens & hebes Epicurus, qui non intelligit se hoc bono viro tribuere quod est hominis improbi & fallacis. *Popma*.

38. *Sed*

m Lamb. prudentior. — Carneades, spurce: 38 sed tamen m prudentius, quam
Lucius noster, & n Patron: qui cum omnia ad se refe-
n alii Patro. — rant, 39 quidquam alterius causa fieri putent? o & cum
o alii non habent &. — ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum
habeat, non p quo id natura rectum sit, non q intel-
p alii quod. — ligant se de callido homine loqui, non de bono viro?
sed hæc opinor sunt in iis libris, quos tu laudando,
q alii intelligunt. — animos mihi addidisti. Redeo ad rem. 40 commodo
r alii dedisses? — exspectabam epistolam, quam Philoxeno r dedisses
(scripseras enim, in s ea esse de sermone Pompeji Nea-
s eam alii. — politano) eam mihi Patron Brundisii reddidit: Corcyræ,
ut opinor, acceperat. nihil potuit esse jucundius. erat
enim de republica, de opinione, quam is vir haberet
integritatis meæ: de benivolentia, quam ostendit eo
sermone, quem habuit de triumpho. sed tamen hoc
jucundissimum, quod intellexi, te ad eum venisse, ut
ejus animum erga me perspiceres: hoc mihi inquam
accidit jucundissimum. De triumpho autem, nulla me
cupiditas umquam tenuit ante Bibuli impudentissimas
t amplissima alii. — litteras, quas t amplissime supplicatio consecuta est: a
quo si ea gesta sunt, quæ scripsit: gauderem, & hono-
ri faverem. nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis
eis

38. *Sed tamen prudentius*.) Nos *pudentius* castigavimus, id est minus flagitiose & turpiter. per Lucium autem credimus intelligere L. Torquatum: quem Epicuri rationem tuentem inducit in libris de Finibus. De Patrone autem Epicureo multis locis mentio facta est. *Victor*.

39. *Quicquam alterius causa fieri putent?*) Ita lego cum interrogatione, ex antiquo nostro libro: quasi, non est hoc ab illis expectandum. Atticus, qui Epicuri disciplinæ valde deditus erat (quod & multis locis declaratur, & Epicureorum etiam hominum consuetudines, quibus delectatus est, significant) cœperat orta sibi filia, magis Peripateticorum opinionem probare, quam & Stoici secuti sunt, Amorem erga liberos esse naturalem. cognovit enim se natura tantum cogente, non quod ullum inde commodum exspectaret, filiam suam diligere. hoc laudat Cicero: gauderque illum re doctum, sententiam mutasse, percurritque breviter, quam falso impudenterque reliqui ab hac opinione dissentiant. *Idem*.

40. *Quomodo exspectabam epistolam*.) *Quam exspectabam* vetus liber, *Ursin.* Bosius. ex Scidis scripsit *commodo*. Lambinus legit, *commodum*, sicque recte emendasse Memmium asserit. Junius has vulgatas lectiones refert, *quam commodum*, *quomodo*; sed neutram probat; hancque, quæ ipsi perplacet, substituit, *quum modo*. Cleric.

41. *Non*

eis Euphratem fuit, 41 non extulerit, honore augeri me, in cujus exercitu spem illius exercitus habuit, idem non allequi, dedecus est nostrum, nostrum inquam, te conjungens. itaque omnia experiar; &, ut spero, assequar. quod si tu valeres, jam mihi quædam explorata essent. sed, ut spero, valebis. De rauduículo v Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit, haveo scire; Cato quid agat: qui x quidem in me y turpiter fuit malivolus. dedit integritatis, justitiæ, clementiæ, fidei mihi testimonium, quod non quærebam: quod postulabam, 42 negavit id. itaque Cæsar iis litteris, quibus mihi gratulatur & omnia pollicetur, quo modo exultat Catonis, in me ingratissimi, injuria? 43 at hic idem Bibulo dierum xx. ignosce mihi. non possum hæc ferre, nec feram. cupio ad omnes tuas epistolas; 44 sed nihil necesse est. jam enim te videbo. illud

P. CI.

v Puteolano MSS.

x dum quidem alii.

y alii non hab. turpiter.

41. *Non extulerit.*) Antonianus, *Extulit.* recte. nam sequitur, *Habuit.* ita a modo in modum, quod viriosum est, transitus non fit. Quod scriptum est supra, lib. III. *Nusquam facilius miserrimam vitam vel sustentabo, vel quod multo est melius, abjecero:* sane possum testari *sustentare* invenisse me in aliquot meis. *Malasp.* Vide ep. 8. lib. VI. *cis Euphratem* est in Syria. *Grav.*

42. *Negavit id. Itaque.*) Latina lingua postular. *id negavit.* Sed præstat *id* cum Manurio Bruto aliisque delere: aut cum Victorio interpungere: *Negavit. Id itaque.* Tum *id exultavit* est, propter id exultavit, ut locis innumeris Plautus loquitur. Amphit. III, 2. *Et idem huc reverti.* Idem Cap. III. 5.

An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?

Balliol. *negavit. Idque itaque.* Sed vereor ut *id* hic a somniculoso discriptore sit inculcatum, præsertim cum repetitio crebrior ejusdem syllabæ perquam ingrata sit auribus, quas Cicero habuit delicatas. *Idem.*

43. *At hic idem Bibulo dierum* xx.) Liber viri doctissimi habet, *At hic idem Bibulo decrevit.* Ursin. Hujus codicis scripturam probo. Nam quis credat Bibulo, qui nihil memoratu dignum gesserat, supplicationem tot dierum, quos Helmstad. auget, scribens XXX. *dierum*, decreram fuisse? Imo ordinariam supplicationem Bibulo decrevit ut suo socero Cato, Ciceroni vero nullam. *Gravius. Bibulo.*) Supplicationes decrevit. Sed vix est credibilis hic numerus. Soli etiam id factum Cæsari post devictam Galliam, & eas plures, quam cuiquam unquam dicit Sveton. cap. 24. Fulv. Urs. in Ms. invenisse se ait: *At hic idem Bibulo decrevit.* nempe supplicationem unius diei. Nam Bibulus nihil gesserat magnum: sed Cato hoc dedit affinitati & solatio amissorum filiorum. sup. VI, 5. *J. F. Gronovius.*

44. *Sed nihil necesse. Sestiam enim.*) Abundat syllaba *se*, negligentia

illud tamen de Chrysippo, nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. sed tamen ne illo quidem quidquam improbius. 45 Chrysippum vero, quem ego, propter litterularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui, discedere a puero, insciente me? mitto alia, quæ audio, multa: mitto furta: fugam non fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. itaque usurpavi vetus illud Drusi, ut fuerunt, prætoris in eo, 46 qui eadem liber non juraret: me istos liberos non

gentia, & imperitia librariorum, ut olim sic legeretur (ut puto) *necesse 'st*: sic enim semper id verbum scriptum inveni in priscis exemplaribus, ut alibi etiam adnotavi. quæ perversio magni erroris causa exstitit: sequens enim vox cum hac importune conjuncta est: adeoque crescente labe & malo locus contaminatus est, ut nonnihil industrię necessarium fuerit ad eum purgandum. non putat necesse esse ad omnes epistolas rescribere, cum eum cito visurus sit. *Victor*.

45. *Chrysippum vero.*) Chrysippum libertum, quod insciente se a M. Cicerone filio discessisset & aufugisset, in servitutem retraxit: quod licebat dominis in servos libertate Latina sive non justa donatos, ut puta inter amicos aut in convivio, aut per epistolam manumissos: non item in eos quibus erat justa libertas data censu, vindicta, testamento. Hi enim plenam libertatem & jus Quiritium accipiebant: illi a vera libertare & jure civium arcebantur. Tacitus Annalium XIII. *Manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur pœnitentiæ aut novo beneficio locus. Quos Vindicta patronus non liberaverit, veluti vinculo servitutis attineri*. Seneca de Vita Beata: *Hominibus prodesse natura jubet, servi liberive sint hi, ingenui an libertini, justa servitutis an inter amicos data*. Popma.

46. *Qui eadem liber non juraret; me istos liberos non adduxisse.*) Pius legebat, *cui eadem non liberent: jurarem me ad istos libertos non addixisse*. Ursin. Solebant domini, qui servos manumittebant quasdam eorum operas sibi recipere, ad quas præstandas eos jurejurando adigebant. Ulpianus libro vigesimo octavo ad Sabinum, *ut jurisjurandi obligatio contrahatur, liberum esse oportet qui juret, & libertatis causa jurare*: & paulo post, *jurare autem debet post manumissionem, ut obligetur: & sive statim, sive post tempus juraverit, obligatur. jurare autem debet operas, domum, minus se præstaturum; operas qualescumque, quæ modo probe jure licite imponuntur*. & Paulus libro septimo ad Plautium, *servum testamento ita manumisi; si juraverit se Cornelio filio meo decem operarum daturum, liber esto: quæritur quid juris sit, & sciendum est jurando servum conditionem implere, sed non teneri operarum nomine: quia, nisi post manumissionem juret, non obligatur*. Drusus ergo prætor dicebat se eos non manumisisse, qui libertate donati non jurarent se easdem operas præstituros patronis, quas iisdem adhuc servi præstare consuevissent. *Bosius*. Quem autem Drusum Prætorem signi-

non addixisse; præsertim cum adesset nemo, a quo recte vindicarentur. id tu, ut videbitur, ita accipies. ego tibi z assentior. Uni tuæ disertissimæ epistolæ non rescripsi, in qua est de periculis reipublicæ. quid rescriberem? valde eram pertubatus. sed, 47 ut nihil magnopere metuam, 48 Parthi faciunt, qui repente Bibulum semivivum reliquerunt.

z *alii* assentiat.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S. P. B.

49 A d. VIII. id. Decemb. Herculanum veni, & ibi tuas litteras legi, quas Philotimus mihi reddidit: e qui-

significet, non liquet. Antiquissimum fuisse indicat vetus illud Drusi, ex quo leviter suspicor eundem esse quem scribit Svetonius in Tiberio primum in Livia gente sibi posterisque suis Drusi cognomen invenisse; & Proprætore provinciam Galliam obtinuisse. sed nihil adfirmo. *Popma*. M. Livium Drusum prætorem Urbanum, Cic. II. de Inv. intelligit. *Corrad. Qui eadem liber non juraret.*) Drusus prætor, cum iis, quem manumiserat, eadem liber non juraret, quæ servus juraverat, negavit se manumisisse. negabo ego quoque; quoniam istos, memores beneficii quos putavi futuros, improbos ingratosque experior. *P. Manut.*

47. *Ut nihil.*) Ut bonum habeam animum, Parthorum exemplum efficit, qui cum viderentur immane nobis bellum facturi, atque eo metu Bibulum examinatum tenerent, subito discesserunt: ostenderuntque maximos interdum timores in risum desinere, & lætum exitum nancisci. *J. F. Gronov.*

48. *Parthi faciunt.*) Sic explano: Parthi, a quibus maxime timebamus, cum repente discesserint, faciunt, ut nihil mihi jam magnopere timendum putem: cum videam solere ea, quæ magnopere timeantur, quandoque ad nihilum recidere. *P. Manut.*

49. *A. d. VIII. Id. Decemb. in Trebulanum veni.*) Manuscripti veteres, partim *Æsculanum* aut *Æculanum*, partim *Herculanum* habent, sine præpositione, ut intelligamus oppidum significari, non prædium aliquod, quale Trebulanum fuit, quod scriptum tamen in nullis invenitur, nec vetustis nec recentibus. Fuit autem Herculanum (nam Æsculanum his in locis nullum invenio) oppidum, haud procul Pompejis, ubi Pompejanum Cicero habuit a Strabone Ἡράκλειον vocatum Græco nomine, sed idem significante: eodem incendio Vesuvii, quo & Pompeji, & Plinius secundus, absumptum, Titi Vespasiani tempore, auctor est Joannes Xiphilinus in Dionis Epitome. Nec scripturam hanc convellit, quod his litteris, quas dicimus Herculani accepisse, in Trebulano respondit: cum Pompejano inspecto, in Trebulanum se-

e quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptæ: deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. Ac primum illud, in quo a te [50] Dicæarcho assentiri negas, [51] etsi cupidissime expetitum a me sit; & b approbante te, ne diutius anno in provincia essem, tamen non est [52] nostra contentione perfectum. sic enim c scito. verbum in senatu factum esse numquam de ullo nostrum, qui provincias obtinuimus, quo in his diutius, quam ex senatus consulto maneremus: ut jam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in provincia, quam fortasse fuerit utile. sed, QUID SI HOC MELIUS? [53] sæpe opportune dici videtur, ut in hoc ipso. Sive enim ad concordiam res adduci potest, sive ad bonorum victoriam; utriusvis rei me aut adjutorem velim esse

a de *MS.*
b approbatum a te *alii.*
c scio *MS.*

se Cicero transferre potuerit, unde daret. Cum nostris manuscriptis faciunt & Petri Victorii. *Malasp.*

50. *Dicæarcho assentiri.*) Non quod Dicæarchus nominatim provinciarum administrationem, sed quod γενικῶς πρακτικὸν βίον laudaret: ergo & provinciarum administrationem. Atticus contra, ut qui Ciceroni auctor esset decessionis; cum primum ei per S.C. liceret. alioqui Dicæarchus valde Attico probatus. ep. 16. lib. 11. *P. Manut.*

51. *Etsi cupidissime expressum & expetitum.*) Locus antea valde deformatus erat: sincera tamen adhuc lectio in antiquiore nostro conservatur. *Expetitum* autem, desideratum & omnibus votis precibusque postulatum: frequens hoc verbum hoc significatu apud Terentium: quin & a Cicerone crebro est usurpatum, ut non multo post, *Quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est.* Victor.

52. *Nostra contentione.*) Quod cupidissime expetivi; ut diutius anno in provincia manerem, id perfectum quidem est, sed non nostra contentione, aut studio, verum quia non est verbum umquam in senatu factum, quo diutius anno maneremus, parui S. C. quod erat, ne quis provinciam diutius anno administraret. itaque culpam istius rei non sustineo, quod minus diu fuerim in provincia, quam fortasse mihi fuerit utile. utile autem fortasse fuit, quia, cum in ipsam flammam civilis belli nunc intelligam me venire, in dimicatione duorum mihi amicissimorum utram partem eligam, maximo est cum animi dolore cogitandum. ep. 1. *P. Manut.*

53. *Sæpe opportune dici videtur.*) Adverbium, *sæpe*, quod aberat a vulgatis, restituit ex Decurtato Tornæs. & Crusellino Bosius. Particulam sequentem, *ut*, quam omnes Bosii mss. summo consensu retinent, in copulativam & mutavit Malasp. quod Bosio non placet. *Cleric.*

54. *Nunc*

esse aut certe non expertem. Sin vincuntur boni; ubicumque essem, una cum iis victus essem. quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. quod si ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset; quam tu quoque approbas; næ tu haud multum requireres illum virum, qui in VI. libro informatus est. quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? quin [54] nunc ipsum non dubitabo rem tantam abjicere, si id erit rectius. utrumque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitiose, & de republica libere. sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Nam quod putas utilius esse vel mihi, quod tutius sit, vel etiam ut reipublicæ prodesse possim, me esse cum imperio; id coram considerabimus quale sit. habet enim res deliberationem; etsi ex parte magna tibi d assentio. De animo autem meo erga rempublicam, bene facis, quod non dubitas, & illud probe judicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse: ejusque rei caussam vere explicas; & eis, quæ de Fabio Caninioque acta scribis, valde consentiunt: quæ si secus essent, totumque se ille in me profudisset; tamen illa, quam scribis, custos urbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret; nec mihi concederet, ut imitarer Volcatium, aut Servium, quibus tu es contentus; sed aliquid nos vellet nobis dignum & sentire & defendere. quod quidem agerem, si liceret, alio modo ac nunc agendum est. de sua potentia dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis. nam, si respublica defenditur cur ea, consule isto ipso, defensa non est? cur ego, in cujus caussa reipublicæ salus consistebat, de sensus postero anno non sum? cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est. ut de ejus absentis ratione habenda decem tribuni plebis ferrent? his ille rebus ita convaluit, [55] ut nunc in.

P. CII.

d ita MSS. alii assentior.

54. *Nunc ipsum.*) Hunc cum jam de triumpho statuerim. & est genus loquendi cum emphasi usurpatum, ut lib. XII. *Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilius otium ferant, quam ego laborem.* P. Manut.

55. *Ut nunc in uno cive Resp. ad resistendum imbecilla sit.*) Faerni liber, *ut nunc in uno civi res ad resistendum sit*: sed magis placeret, *ut nunc uni civi Resp. ad resistendum imbecilla sit.* Ursin. *Ut nunc in uno*

in uno civi res 56 ad resistendum sit : qui mallem, tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. sed quoniam res eo deducta est, non quæram, ut scribis, ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ατρειδῶν ; mihi σκάφος unum erit, quod a Pompejo gubernabitur. illud ipsum, quod

uno cive.) Hic quoque, libri veteres universi, *in uno civi*. Priscianus quidem lib. VII. Nomina in *vis* ait, & fere omnia in *is*, ablativum facere tam in *I*, quam in *E* ut Navis, Navi & Nave : Avis, Avi & Ave. Quin act. in Verr. II. ubi in vulgatis est, *Quod civis cum cive ageret*, ipse legit, *Civi*. Id quod etiam ante illum Q. Palæmon tradit his verbis : *Ablativos dicimus, ab eo quod est Avis, ab Ave vel Avi. In communi quoque genere, Is in nominativo, ablativum in E mittit, nisi neutrum genus sit in E. ut puta, hic & hæc hostis, ab hoc hoste, licet Civis, a Cive vel Civi faciat*. Quod vero dixit, *nisi neutrum genus sit in E*, id voluit intelligere, quod paulo ante tradidit, ea in *I*, ablativum habere : qualia sunt, hic & hæc Agilis : hic & hæc Facilis : quæ cum neutrum habeant in *E*, in ablativo Agili & Facili declinantur. *Malasp.*

56. *Resp. ad resistendum imbecilla sit; qua mallem.*) Manuscripti mei, & quidem omnes, *Res ad resistendum sit*. *Imbecilla* prorsus non agnoscunt, inrrusum forsan ab iis, qui vim locutionis : quæ ne nobis quidem satis explorata est, non assequerentur, qui etiam, *Qua mallem* pro, *Qui mallem* facere coacti sunt, contra vetustorum omnium fidem, argumento satis firmo locum ex ingenio atque industria perturbatum fuisse. Nos quidem, dum melius afferatur, *Res sit*, laboretur, negotium sit ac difficultas ad resistendum, interpretamur : aut certe *Res sit*, momentum sit; summa sit : totum in eo positum sit : quo sensu Plautus Mercatore.

Pasic. —— *a muliere docta didici*.
Operam accusari meam non sinam. Lysim.

Hem, isthac Hercle res est. Hoc est, in isto omnia sunt. *Qui* vero ad Pompejum refero : Nam & de ipso & de Cæsare hic loquitur, consulto suppressis nominibus. Vulgara & Larina est, & sententiæ congruens. ut nisi a manuscriptis dissentiat, plane quid in ea reprehendam nihil habeam. Verum hoc plurimum debet valere. *Malasp.* Locus hic etiam nunc in mendo cubat. Balliolensis æque ut alii : *In uno civi res ad resistendum non sit*. Cogitabam : *ut nunc ne uni civi res sit ad resistendum*, hoc sensu, ut nunc ne uni civi tota respublica par sit. *Res* est respublica. Sed nec mihi ipse satisfacio, cum propter sequens *qui*, tum propter insolens loquendi genus; nec aliorum mihi satisfaciunt conjecturæ. Tutissimum est corruptam lectionem codicum antiquorum retinere, donec dies & melior fortuna hanc labem eluendi facultatem quandam sit ostensura. *Convalescere* hic est potentiam consequi, ut in orat. pro Milone: *Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis indies convalescebat*. Justinus: *His moribus brevi civitas convaluit*. Grævius.

57.*Om-*

quod ais, quid fiet, cum erit dictum? DIC M. TULLI σύντομα. CN. POMPEJO [e] ASSENTIO ipsum tamen Pompejum separatim ad concordiam hortabor. sic enim sentio, maximo in periculo rem esse. vos scilicet plura, qui in urbe estis. verumtamen [f] hoc video, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse; omnes damnatos, 57 omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos [g] illac facere, omnem fere juventutem, omnem illam urbanam ac perditam plebem, tribunos valentes, addito [h] C. [i] Cassio, 58 omnes, qui ære alieno premantur; quos pluris esse intelligo, quam putaram. caussam solum illa causa non habet; ceteris rebus abundat. 59 hic omnia facere omnes, ne armis decernatur: quorum exitus semper incerti, nunc [k] vero in alteram partem magis timendi. 60 Bibulus de provincia decessit, [l] Vejentonem præfecit. in

e *alii* ASSENTIOR. P. B.
f hac *alii*
g illuc *Jun. e MS.*
h Q. *Manut.*
i Crasso *alii.*
k etiam vero *alii.*
l Velentonem *MS.*

57. *Omnes ignominia affectos.*) Appius Claudius hoc anno Censor cum L. Pisone Cæsaris socero, Cæsari ipsi infensus, Pompejo studens, præter animi sui sententiam, Cæsari multum profuit. Multos enim Equites Senatoresque cum notarit invito collega, effecit ut ii omnes deinceps Cæsarianas partes secuti sint. Dio auctor est. *Malaspina*.

58. *Omnis.*) Vel, Omnis, pro omnes; & subaudiendum, *oportet*, *par est*, aut aliquid simile: vel, *Omnis*, pro, *unusquisque*: & subaudiendum, *debet*: quod mihi magis probatur: etsi non satis usitatum. In epistola quidem 6. lib. v. Fam. scripti libri habent: *Omni semissibus magna copia est.* at impressi fortasse mendose, *Omnino.* quod in loco videtur, *Omni*, dictum esse, pro cuilibet: ut apud Plautum quoque observavimus in Amphitr. *Ordine omne, ut quidque actum est, edissertavit*. Et in Mil. *Omnis moratur: navim cupimus absolvere*. Et Cato de Re Rust. c. 157. *Omnis, qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies*. Sententiam fortasse sumpsit a Terentio, apud quem in Eunucho miles ait: *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet*. P. Manut.

59. *Hic omnia facere omnis debent.*) Placet *omnes debent*. paullo post, *Quem tu neminem putas*, Faernus veteris scripturæ secutus vestigia legebat, *quem tu non putas*. Ursin.

60. *Bibulus de provincia decessit: Vejentonem præfecit: in decedendo erit, ut audio, tardior.*) Videtur loqui repugnantia, si, *Decedere*, utrobique idem significet. quod secus est: valet enim modo, de provincia discedere, administrandi potestate terminata, quod melius exemplis licet cognoscere; modo ex provincia ad urbem proficisci, & usurpatur etiam de privatis hominibus. Prior significatio patet in iis verbis: *Bibulus de provincia decessit: Vejentonem præfecit*: posterior in iis: *In decedendo erit tardior*. Quod ne novum, aut insolens videatur, addamus locum similem ex Fru-

in decedendo erit, ut audio, tardior. quem cum ornavit Cato, declaravit, [61] iis se solis [m] non invidere, quibus nihil, aut non multum, ad dignitatem posset [n] accedere. Nunc venio ad privata. fere enim respondi tuis litteris de republica, & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scripsisti: ad privata venio. Unum etiam de Cœlio. tantum abest, [o] ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi; quod de sua sententia decesserit, pœnitendum putem. [62] sed quid est, quod ei vici Lucceji sint addicti? hoc te prætermisisse miror. De Philotimo, faciam equidem, ut mones. sed ego [63] mi-

m nunc *Bosius*.
n acced. *non est in MS*.
o in *MS*.

mentaria Ciceronis: *Negotiatores*, inquit, *inviti raroque Romam decedunt*. Vejento Bibuli quæstor fuit, patriciæ gentis, ut opinor. Tacitus lib. XIV. *P. Manut.*

61. Iis se solis non invidere.) Sic legendum ex consensu librorum & sententia. Cato supplicationis honorem decreverat Bibulo, cui ob Consulatum socorditer gestum nihil ad dignitatem poterat accedere, Ciceroni denegaverat, ad cujus dignitatem augendam maxime pertinebat ep. 6. lib. VI. *Popma*. Recte Popma: Omnino retinenda omnium veterum codicum lectio. Hoc enim dicit Catonem ostendisse se iis solis non invidere honores, quorum dignitatem illi non possunt amplificare: quibus quidem decernuntur honores; sed qui tamen nihil faciunt ad dignitatem augendam; quia non meritis eorum illos tribui, sed amicorum potentium ambitioni norunt homines. Tum amplissimi dignitatis gradus sunt honorum vocabula non dignitatis insignia, ut egregie loquitur Cic. X. ad Fam. & ut paulo post ibidem ait: *Tum in amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla est, sed est summa deformitas*. Græv.

62. Sed quid est quod cuncti Luceis sint addicti.) Nos *quod ei vici Luccei*, ex vetere nostro codice castigavimus. non quod omnino ita in eo legatur: talis tamen est in eo scriptura, ut si eam paulum adjuves, satis clare inde hanc lectionem elicias: quia tamen aliquantum conjectura in hoc usi sumus, placuit id notum facere: de negotio autem hoc, nihil amplius legimus. *Victorius*. *Quod ei vici Lucceji sint addicti?* Partim ex vetere suo, partim etiam aliquantum ex conjectura sic castigavit Victorius. prius legebatur, *quod cuncti Luceis sunt addicti*. priorem lectionem; omnibus literis plane scriptis, retinet cod. Tornæs. referente Lambino. Bessarionis liber *Enuci Luccejis sunt additi*. Vulgatam lectionem retinet Manutius, si pro *Luccejis* reponatur *Lucellis*. Junius veteris scripturæ vestigia & historiæ fidem sequutus sic edidit, *Quod ei Intimelii sint addicti*, testaturque unum mss. Palat. cum Tornæs. *quod ei vici Lucceji sint addicti*; alterum, *quod eunti Lucceji &c.* alium vero, *quod eunti Lucceji sint add.* habere. Unde totidem literarum ductu restituit, *quod ei Intimelii*, vel (si cui magis placet) *intiminii sint addicti*. quem vide. Cleric.

63. Mihi

63 mihi ab illo, hoc tempore, non rationes exspectabam, quas tibi edidit; verum id reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit, quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si præstaret; quantum mihi æris alieni esse sibi edidit, tantum, & plus etiam; ipse mihi deberet. sed in hoc genere, si modo per rempublicam licebit, non accusabimur posthac: neque hercule antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati. ergo utemur, ut polliceris, & opera & consilio tuo: nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. 64 De serperastris cohortis meæ, nihil est quod p doleas. ipsi enim se collegerunt 65 admiratione integritatis meæ. sed me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. idem & initio fuerat, & nunc est egregius. sed in ipsa decessione significavit, sperasse se aliquid; & id, quod animum induxerat paullisper, non tenuit: sed cito ad se rediit; meisque honorificentissimis erga se officiis victus, pluris ea duxit, 66 quam omnem pecuniam. Ego a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortensii legata cognovi. nunc haveo scire, 67 quid ho-

P.CIII.

p debeas MS.

63. *Mihi ab illo hoc tempore.*) In nullo formis excuso, antea repertas esse has duas voces, *hoc tempore*, asserit Bosius; quas ex Tornæs. & Crusell. acceptas in suum exemplar retulit; ac etiamnum abest *hoc* a vulgaris. *Cleric.*

64. *De serperastris cohortis meæ.*) Serperastra proprie sunt adminicula, quæ crutibus puerorum primum ambulanrium alligantur, ne ii vari, aut compernes fiant, dicta a sirpando. hoc est, ligando: unde sirpulæ apud Varronem De Lingua Latina. ideo fortasse scribendum *sirpirastra*. Hoc aurem nomine Cicero hic notat præfectos cohortis suæ, hoc est, Legatos, Quæstores, Tribunos, & alios quos secum duxerat, quorumque opera in coercendo exercitu, & regenda provincia utebatur, quod illi eorum, quibus præerant, vitia corrigere deberent, ut serperastra crurum distortiones. eos tamen Atticus audierat pessime se gerere, & ad omne nequitiæ genus dilabi; ideo scripserat Ciceroni, ut ei malo mederetur. respondet ergo Cicero eos antea dilapsos tunc sese collegisse. *Bosius.*

65. *Admiratione vitæ integritatis meæ.*) Manutius bene monuit *vitæ* esse delendum, non solum quia ratio, sed & quia Bessarionis liber id suadeat. cui cum assentianr Balliolensis & Helmstad. non dubitavi id expungere. *Gravius.*

66. *Quam omnem pecuniam.*) Libri aliquot veteres & in his Tornæs. referente Lambino, habent, *quam ego A. Curio*: desunt autem hæc verba, *omnem pecuniam.* Cleric.

67. *Quid*

hominis sit, & quarum rerum auctionem instituat. 68 nescio enim, cur, cum portam Flumentanam Cœlius occuparit, ego 69 Puteolos non 70 meos faciam. Venio ad *Piraea*, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus *Piraea* scripserim, non *Piraeum*, (sic enim omnes nostri locuti sunt) quam quod *in* addiderim. 71 non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco:

67. *Quid hominis sit.*) Hortensius filius ille prodigus & flagitiosus, quem putabat jam patre defuncto actionem instituturum possessionum suarum Puteolis, quas ipse cupiebat emere & adjungere prædio suo Puteolano. Cum enim, inquit, Cœlius Rufus omnia quæ sunt Romæ ad portam Flumentanam emerit, cur ego item omnia quæ Puteolis sunt non emam? *Popma.*

68. *Nescio enim.*) Puteolanum fuisse M. Cœlium, apparet ex oratione pro ipso. Cum inquit, omnia, quæ ad portam Flumentanam sunt, Cœlius Puteolanus emerit: nescio, cur ego contra omnia, quæ Puteolis sunt, non emam: si modo ab Hortensio filio in auctione vendentur. & per jocum, Homo Puteolanus portam urbis occupavit, cur ego Puteolos non possim. *P. Manut.*

69. *Puteolos.*) Baulos Hortensii. villam Puteolis ita vicinam, ut eo pisces emptum mitteret Varro. lib. III. cap. 17. De Re Rust. *Corrad.*

70. *Meos faciam.*) Ego quasi Romanus. quum M. Cælius Puteolanus portam Flumentanam Romæ suam fecerit. de hac re nescio quid negotii postea cum Hortensio habuit ep. 5. lib. XII. *Idem.*

71. *Non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco.*) Non recte oppidum a loco Cicero distinxit, perinde ac si quis se non de homine, sed de animali locutum defenderet. Si enim quærenti *Quo vadis?* respondeatur *Romam aut Ithacam*, similiter *Ubi est? Roma aut Ithaca*, quis usque eo hebes est, ut de loco quæri aut responderi non intelligat? *Quo* enim est priscus accusativus pro *qua* vel *quæ*, qui in *quocirca* permansit, & subauditur præpositio *Ad* vel *In*, ut *quo* sit, *ad quæ loca*. & *ubi* non est aliud quam *in quo loco*? cui respondetur: *In loco Roma* aut *Ithaca*. quomodo apud Virgilium legimus: *Hic locus urbis erit*. Et Horat. *Non est aptus equis Ithaca locus*. G. Scioppius ep. 3. in Paradoxis litterariis. Ubi vide plura. Docet enim ibi & in hac re Ciceronem male suam egisse caussam quod crediderit vulgaribus Grammaticorum canonibus sancientium, nominibus Urbium non adponendas esse præpositiones: quos ille & rationibus & exemplis ipsius Ciceronis, aliorumque scriptorum optimorum refellit. vide quoque Sanctii, a quo hanc doctrinam hausit Scioppius, Minervæ lib. IV. de Ellipsi, de nominibus urbium & provinciarum. Intemperanter Ciceronem exagitat in nota præcedente Scioppius, & immodeste hic ἀπαιδευσίας notam inurit ei doctisque comitibus ac amicis ejus. Cum enim inter urbem & locum Cicero distinguit, *locus* ei non est hic illud genus, quod regiones, oppida, pagos, vicos, agros, maria, complectitur: sed per locum hic intelligi. δῆμοι, Δῆμοι enim Attici Latinis

o: & tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous 72 non rebatur, oppidum esse Piræea. sed de q re videro. nostrum quidem si est peccatum, in eo q co alii. est, quod, non ut de oppido, locutus sum, 73 sed ut de loco; secutusque sum, non dico Cæcilium, *Mane ut ex portu in Piræeum*; (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ, propter elegantiam sermonis, putabantur a C. Lælio scribi; *Heri aliquot ado-*

nis loca dicuntur. Hinc Valer. Maxim. v, 35. de Theseo: *Ille locatim dispersos cives suos in unam Urbem contraxit*. Sic recte ibi codices antiqui, ut pridem docti viri monuerunt, etiam quo ipse utor manu exaratus, & antiqua Vindelini editio. Male in vulgatis hodie circumfertur *vicatim dispersos*. hoc a sciolo, qui illud non intellexit, fuit suppositum. Δῆμοι autem *loca* dicuntur, quia Latinis *loca* sunt κῶμαι κατοικίαι, χῶροι, χωρία, Germanis & Belgis, *Ulekken*, ut multis docuit divinus Salmasius in Exercitationibus Plinianis, quem vide. Eodem modo Helvetii suos pagos, qui Gallis vocantur *Cantones*, dicunt *orther*. Piræeum autem δῆμον fuisse seu *locum* constat ex Stephano. Athenæ vero cum *quadriurbs* appellantur, intelligitur eas quatuor partes complexam, tanquam quatuor urbes. Potest etiam esse *locus* seu κώμη, quæ splendore ædium præstantissimas urbes æquiparat, qualis est Batavorum Haga. Sed ut hoc ἀπαιδευσίας crimine Ciceronem liberamus, sic assentimur Sanctio & Scioppio, cum eum accusant ignorantiæ caussarum Latinæ linguæ, quod putavit nominibus Urbium non præponi præpositiones. *Gravius*.

72. *Nomen rebatur oppidi esse Piræea.*) Lego cum antiquiore nostro codice: *non rebatur oppidum esse*. Quod si, ut Dionysius & Nicias grammatici putant, non est oppidum Piræus: nihil peccavit Cicero, qui *in* præpositionem addiderit, etsi aliter etiam se tueri possit: Vulgata ante lectio falsa & contraria erat: si enim nomen oppidi fuisse Piræum grammatici illi censuissent, ægrius structuram suam tueri Cicero poterat: non enim oppidis præpositiones addi debent. restabat igitur ut se auctoritate veterum comicorum defenderet, qui sic locuti sunt. *Victor*.

73. *Sed ut loco.*) Pascasius Grosippus ep. 3. Paradox. hanc vocat rectionem defensionis perditissimam, contra quem recte disputat Vossius de Construct. c. 41. pag. 145. Scioppius non advertit locum Latinis non modo quod Græcis τόπον, sed etiam χωρίον dici, & quando locus significat τόπον etiam oppidum locus est, quando autem significat χωρίον, oppidum non est locus, & proprius est hic sermo Geographorum. Stephan. Βουθία πόλις Ἰωνίας. θεόπομπος δὲ χωρίον φησί. Plin. IV. 5. *Oppidum Oelenum, Colonia Dyme, loca Bouprasium, Hyrmine*, & lib. IX. cap. 2. *Oppida Pylos, Methone; locus Helos*. lib. V. cap. 2. *Locus Castra Cornelia, Colonia Cathago, Colonia Maxulla, oppida Carpi, Mysia & liberum Clypea* & lib. V. cap. 27. *Rhegio Celendo-ritis cum oppido, locus Nymphaum*. J. F. Gronov.

 74. *Coi-*

adolescentuli 74 *coimus in Piraeum.* & idem, *Mercator hoc addebat, captam e Sunio.* quod si δήμους oppida volumus esse; tam est oppidum Sunium, quam Piræus.
P. B. sed, quoniam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris. Ille mihi litteras blandas mittit. facit idem pro eo Balbus. mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam. sed scis illi reliquum quantum sit. putasne igitur verendum esse, ne aut objiciat id nobis aliquis, 75 si langui-
r hoc alii. dius; aut repetat, si fortius? quid ad [r] hæc reperis? solvamus, inquis. age, a Cœlio mutuabimur. hoc tu tamen consideres velim. puto enim, in senatu si quando

74. *Coimus in Piraeum.*) Terentiani libri typis excusi, ad unum omnes, *in Piraeo*, sexto casu: quam lectionem etiam Donatus agnoscit, cum ita scribit: *Coimus, consensimus ac pepigimus, ne sit solœcismus, in Piraeo*, pro *In Piraeum*. Quæ non eo pertinent, ut Ciceronis scripturam hic emendemus: sed ut, erratum si sit, memoriæ peccatum fuisse intelligamus. Nam illi satis fuit ostendere, sese ideo præpositionem oppido addidisse, quod loci nomen crediderit, Terentii auctoritate deceptus. Verum, quod ad scripturam attinet hujus vocis, *In Piraum* legitur in manuscriptis omnibus, sine *e*, nec secus in probatissimo illo Petri Bembi, Terentiano exemplari, ut mihi Faernum narrare memini: nempe in Piræo. Qui ex hoc Ciceronis loco, *Piraeum* in Terentio τετρασυλλάβως emendant, ii mihi videntur manuscriptos libros non satis consuluisse: Nec tamen ignoro, in Piræeum, in Bacchidibus Plautum dixisse.

Ibo in Piraeum: visam ecqua advenerit
In portum ex Epheso navis mercatoria.

Verum hoc non facit, ita vel in Cicerone, vel in Terentio scribendum ut sit: sed admonet utroque modo, & in Piræeum vel in Piræeo: & in Piræeum ac Piræo συνηρημένως scribi posse. Inflectitur enim Πειραιεὺς, Πειραιέως. Πειραιῶς. Sane Catullus, in Nuptiis Pelei & Theridos,

Illa tempestate, ferox quo tempore Theseus
Egressus curvis e litteribus Pirai. Malasp.

In hac quoque sententia est Guyetus ad Terentium, sed recte Gronovius 1. Observ. cap. 3. docet portum Atheniensium semper dici *Piraeum* Græcis Latinisque scriptoribus, nec obstare leges versus apud Poetas ut τετρασυλλάβως scriptum pronuncietur τρισυλλάβως ut apud Virgilium.

Rhodope miratur & Ismarus Orphea.

Piraum vero esse agri Corinthii portum. *Gravius.*

75. *Si languidius.*) Pro Cæsare, vel potius pro Rep. ut sit, si dixero languidius pro Rep. aliquis ex optimatibus mihi objiciet, me id facere quod Cæsari debeam. *Corrad.*

76. *Tar-*

quando præclare pro republica dixero, [76] Tartessium istum tuum [77] mihi exeunti, Jube sodes nummos [f] curare. [t] Quid superest? etiam. [78] gener est suavis mihi, Tulliæ, Terentiæ, quantumvis vel ingenii, vel humanitatis: satis. reliqua, quæ nosti, ferenda. scis enim, quos [v] aperuerimus: qui omnes, præter eum, de quo per te egimus, [79] reum me facere rentur. ipsis [x] enim expensum nemo [y] ferret. Sed hæc coram. nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in M'. Curio. cui

f *alii* curari.
t *alii* Quod superest etiam.
v aperiemus *MSS.*
x enim *deest in aliis.*
y afferret *alii.*

76. *Tartessum.*) L. Cornelium Balbum Gaditanum, Cæsaris amicum. ex Gadibus enim alteram Tartesson esse dictam, Plinius tradidit lib. v. cap. 22. Hunc Cicero oratione, quæ exstat, defenderat. Consul postea factus est Plin. lib. VII. cap. 43. *P. Manut.*

77. *Mihi exeunti urbe.*) Postremam dictionem delevi: non enim in manu scriptis libris est, & sententiam hujus loci corrumpit. quod si declarandum erat unde exiret, senatu potius dicendum erat: quod patebit illi, qui diligenter superiora verba consideravit: dixit enim, Puto si quanto præclare in senatu pro rep. dixero, Tartessium istum tuum mihi exeunti dicturum, &c. ut qui offensus sit, quod libere ibi sententiam dixerim, statim cum me exeuntem videbit, ut curem sibi pecuniam, quam Cæsari debeo, postulabit: erat autem Cicero Cæsaris debitor, ut non multo post his verbis aperte narrat: *Mihi autem illud molestissimum est, Quod solvendi sunt numi Cæsari, & instrumentum triumphi eo conferendum. est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευόμενον χρεωφειλέτην εἶναι.* Per Tartessium autem arbitror eum Cornelium Balbum intelligere qui Gaditanus erat, & negotia Cæsaris curabat. *Victor.*

78. *Gener est suavis mihi, Tulliæ.*) Sic interpungendum: *gener est suavis mihi, Tulliæ, Terentiæ;* ut deinde sequatur, *quantumvis vel ingenii, vel humanitatis,* hoc sensu, in eo est quantumvis vel ingenii, vel humanitatis. nam vox, *satis*, separatim sumenda est. significat enim abunde est. *Bosius.*

79. *Reum me facere.*) De repetundis, vel de ambitu, ut Appium Dolabella. ep. 6. lib. VIII. Fam. *Corrad.* Edidi, ut erat in Scidis, *qui omnes, præter eum de quo per te egimus, rem me facere rentur. Ipsis enim expensum nemo ferret.* Sensus est: tu scis quos aperierimus, id est, quales esse quosdam deprehenderimus, detecta eorum inopia; qui omnes tamen, uno tantum excepto, existimarent me rei meæ optime tunc consultum voluisse, quod cogitarem de Tullia ipsis nuptui danda. ita enim se divites esse prædicabant, ut nemo sibi expensum ferret, id est, tabulas proferre posset expensæ & creditæ sibi pecuniæ. negabant enim se ulli quicquam debere. Verum hæc verba, *ipsis enim nemo expensum ferret*, in contrarium sensum Cicero jculariter detorsit, cum indicare vellet omnes ita de iis male existimasse, ut nemo eis quicquam credere, & expensum ferre voluerit. quivis enim norat eos non esse solvendo. *Bosius.*

cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum. Dat. v. id. Decemb. a Pontio ex Trebulano.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

DIONYSIUM, flagrantem desiderio tui, misi ad te
z ægro *MS.* nec mehercule [z] æquo animo; sed fuit concedendum: quem quidem cognovi cum doctum quod mihi
a sane *Manut.* jam ante erat notum, [80] tum [a] sanctum, plenum officii, studiosum etiam meæ laudis, frugi hominem, ac, ne libertinum laudare videar, plane virum bonum. Pompejum vidi IIII. id. Decembres: fuimus una horas dua fortasse. magna lætitia mihi visus est affici meo adventu: de triumpho hortari, suscipere partes suas: mo-
P. CIV. nere, ne ante in senatum accederem, quam rem confecissem; ne dicendis sententiis, aliquem tribunum
b judicio & off. *alii.* alienarem. quid quæris? in hoc [b] officio sermonis nihil potuit esse prolixius. de republica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. nihil ad spem concordiæ: plane illum ab se alienatum, cum ante intelligeret, tum vero proxime judicasse:
c venire *Manut.* e *MS.* [c] [81] venisse Hirtium a Cæsare, qui esset illi familiarissimus; ad se non accessisse: &, cum ille a. d. VIII. idus Decemb. vesperi venisset, Balbus de tota re constituisset a. d. VII. ad Scipionem [82] ante lucem venire; multa de

80. *Tum sanctum, plenum officii.*) Malim sic: *Tum sane plenum officii.* ut *Sane*, dicat quasi de re minus nota. nam, etsi video, eundem Dionysium alio loco sanctum appellari, ep. I. lib. VI. tamen hic locum huic esse dictioni non opinor; cum sequatur, *Plane virum bonum*, quod certe Cicero non adscripsisset, si sanctum eum jam nominasset. *P. Manut.*

81. *Venisse Hirtium a Cæsare, qui esset illi familiarissimus.*) Pro *illi* habet liber manuscriptus *ibi*, unde conjiciebat Faernus legendum esse, *sibi.* paullo post, *Balbus de tota re*, scribendum, *cum Balbum de tota re.* Ursin.

82. *Ante lucem venisse.*) Emendamus *Venire*, ad priscorum fere omnium fidem & veriorem sententiam. Utitur enim conjectura Pompejus, alienati ab se Cæsaris, quod Hirtius, qui esset Cæsari familiarissimus, Romam ab illo veniens, ad se non adisset; neque Balbi responsa, qui postridie ante lucem, ne hominem moraretur properantem, rem omnem ad Scipionem referre constituerat, non expectasset: sed de multa nocte discessisset. *Venire* qu-

de nocte [d] eum profectum esse ad Cæsarem. hoc illi πα-μηριῶδες videbatur esse alienationis. quid multa? nihil me aliud consolatur, nisi quod illum, cui etiam inimici alterum consolatum, fortuna summam potentiam [e] dederat, non arbitror fore tam amentem, ut hæc [83] in discrimen adducat. quod si ruere cœperit; næ ego multa timeo, quæ non audeo scribere. sed, ut nunc est, a. d. III. nonas Janu. ad urbem [f] cogito.

[d] eum *non est in aliis.*
[e] dederit *alii.*
[f] *alii* cog. Vale.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

MULTAS uno tempore accepi epistolas tuas: quæ mihi, quamquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant, tamen erant jucundæ. studium enim & benivolentiam declarabant. [g] In valitudine tua moveor: &, Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre majorem sentio. date igitur operam, ut valeatis. De Tirone, video tibi curæ esse: quem quidem ego, [84] etsi mirabiles utilitates mihi præbet, cum valet, in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem & modestiam malo salvum, quam propter usum meum. Philo

[g] *alii delent* in.

P. B.

autem *de re aliqua*, locutio est pervulgata, sed pulcherrima: qua idem Cicero alibi sic usus est: *Primo Punico bello Regulus captus, cum de captivis commutandis Romam missus esset, &c.* Malasp.

83. *In discrimen.*) In prælii aleam mittat. ita lib. v. ep. 13. Liv. ix. 18. *Eadem fortunæ pignora in discrimen detulissem.* & xxx. 30. *Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen.* J. F. Gronovius.

84. *Etsi mirabilis utilitatis fructum mihi præbet.*) Ego lego una cum manu scriptis codicibus, *mirabiles utilitates*: quę profecto sincera est lectio. sępe utitur Cicero hac voce multitudinis numero, ut pro Milone: *Magnam spem in Milonis morte propositam: magnas utilitates fuisse.* In libris de Finibus etiam plurimis locis: sed non opus est tam planam & tam elegantem vocem, tam multis testimoniis, non indignam esse Cicerone probare. *Victor. Mirabiles utilitates.*) Pro, mirabilem usum, mirabiles operas. est enim hic *Utilitas* ab *Utor*, non ab eo, quod utile est, & quod expedit. Ad Tironem ep. I. lib. XVI. *Utilitatibus tuis carere possum.* Et Lucretius lib. VI. *Nil adeo posset cuiquam leve tenueque membris Vertere in utilitatem*: pro, in usum. *P. Manut.*

85. *De*

logenes mecum nihil umquam [85] de Luſcieno locutus eſt: de ceteris rebus habes Dionyſium. Sororem tuam non veniſſe in Arcanum miror. De Chryſippo, meum conſilium probari tibi, non moleſte fero. Ego in
h *alii* Tuſculanum? [h] Tuſculanum nihil ſane hoc tempore. devium eſt τοῖς ἀπαντῶσιν, & habet alia δύσχρηστα· ſed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Janu. inde [96] Pomtinam ſummam: inde Albanum Pompeji: ita ad urbem III. nonas natali meo. De republica quotidie magis timeo. non
i putavi *alii*. enim boni, ut [i] putant, conſentiunt. quos ego equites Romanos, quos ſenatores vidi? qui acerrime cum cetera, tum [87] hoc iter Pompeji vituperarent: pace opus eſt. Ex victoria cum multa mala, tum [88] certe tyrannis

85. *De Luſgenio.*) Ego hic nihil mutavi, etſi aliquid omnino mendi & perverſionis ineſſe putem: quia nihil quod tuto reponi poſſer, inveni: antiqui certe libri nihil hic a novis vulgaribuſque diſcrepant. audivi quoſdam non ineruditos viros *de ejus ingenio* legere, non mehercule inſulſe. ut de Tirone ſermo adhuc ſit. Philogenes autem libertus erat Attici, de quo ſit ſæpe mentio. viſendum tamen accuratius. ne tamen locum hunc ſuſpectum, vel maculoſum potius ſilentio præterirem, cum nihil ipſe melius habuerim, aliorum ingenio excogitatam lectionem notam facere volui. *Victor. Luſcenio.*) *Lucieno*, legi fortaſſe poſſit, ut ſit Q. Lucienus, qui erat Attici amicus, & neſcio quid negotii in Epeiro habebat. Varro lib. II. cap. 5. & 7. De Re Ruſt. *Corrad.* Manutius legit e lapidibus antiquis, *Tuſcenio*.

86. *Pontinam ſummam.*) Boſ. ex Decurtato. Manutius *Pontinum* legit; *ſummam*, ut erat in vulg. abundare credit. cod. Tornæſ. recte Lambino habet *Pontinum ſummam*, unde docti quidam legendum putant, *inviſam*. Junius *Pomtinum ſumam*. Cleric. Etſi quid lateat, ignorem; valde tamen vereor, ne hæc ſumma Pomprina apponenda ſit Ciliciæ imæ, lib. V. ep. 20. *Gronov. Pontinum.*) Prædium ad Pontinas paludes. & ita ratio dierum conſtat: pride Kal. Tarracinam, Kalendas in Pontinum IV. Nonas in Albanum, III. Romam. verbum, *Sumam*, crediderim abundare, & additum ab aliquo, qui de Pontinio Ciceronis legato acceperit. *P. Manut.*

87. *Hoc iter Pompeji.*) Per Italiam ſpecie recreandi ſe ex morbo ſimul ſimulantis, quæ Romæ agerentur contra Cæſarem, ab ſeſe non fieri, neque ad ſe pertinere: quod iter illi eo etiam nocuit, quia immodicis ubique honoribus exceptus nimiam fiduciam virium ſumpſit, & non ita, uti debebat, adverſus Cæſarem ſe inſtruxit, quaſi omnia jam parata habebat. Appian. II. pag. 444. Plut. Pom. 649. *J. F. Gronov.*

88. *Certe tyrannis exiſtet.*) Nemo huic lectioni controverſiam moveat, niſi Balliol. Helmſt. & alii codices ſcriberent æque bene *certe tyrannus exiſtet*. Sic quoque P. Vict. ed. Uter victor erit ſive Pom-

nis exiſtet. ſed hæc propediem coram. Jam plane mihi deeſt, k quod ad te ſcribam. nec enim de republica, quod uterque noſtrum ſcit eadem: l & domeſtica nota ſunt ambobus. reliquum eſt jocari, ſi hic ſinat. nam ego is ſum, qui, illi concedi, putem utilius eſſe quod poſtulat, quam ſigna conferri. Sero enim reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. quid ſentis igitur? inquis, nihil ſcilicet, niſi de ſententia tua; nec prius quidem, quam noſtrum negotium aut confecerimus, aut depoſuerimus. Cura igitur, ut valeas, aliquando m ἀποτρίψαι quartanam iſtam diligentia, quæ in te ſumma eſt.

k quid ad te *alii.* l & *deeſt in aliis.* m ἀπότριψε; *aut* ἀπόρριπτε *alii.*

EPISTOLA VI.

(XIII) CICERO ATTICO S.

PLANE deeſt n quod ad te ſcribam: nota omnia tibi ſunt: nec ipſe habeo, a te o quid exſpectem. tantum igitur noſtrum illud ſolemne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus. De republica valde timeo: nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Cæſari, quod poſtularet, potius, quam depugnandum. eſt illa quidem p poſtulatio, opinione valentior. cur autem nunc primum ei q reſiſtamus? 89 οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπει κακὸν, quam cum quinquennium prorogabamus; aut cum, ut abſentis ratio haberetur, ferebamus. niſi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. dices. quid tu igitur ſenſurus es? non idem, quod dicturus. ſentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur, dicam idem, quod r Pompejus; neque id faciam humili animo. ſed rurſus hoc permagnum reipublicæ malum eſt:

n *alii* quid. o *alii* quod. P. CV. p impudens poſtul. *alii.* q reſiſtam? *MSS.* reſiſtemus *alii.* r *alii* Pomponius.

Pompejus, ſive Cæſar, tantam potentiam conſequetur ut tyrannum ſit acturus. *Grævius.*

89. Οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπει κακόν.) Sententia Homerica eiſdem fere verbis pronunciata ab Ulyſſe, dum exhortaretur ſocios ad ſuſtinenda fortiter pericula, quę ſubire debebant, in tranſeundo freto Scyllę & Charybdis. Ὦ φίλοι οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν· οὐ μέντοι τόδε μεῖζον ἔπει κακὸν ἢ ὅτε κύκλωψ εἴλει ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι. *Victorius.*

90. *Illud*

est : f at quodam modo mihi præter ceteros non rectum , me in tantis rebus a Pompejo t diffidere.

f alii &, t alii discedere.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

DIONYSIUS *vir optimus , ut mihi quoque est perspectus & doctissimus , tuique amantissimus , Romam venit* XV. *Kal. Jan. & litteras a te mihi reddidit* : tot enim verba sunt de Dionysio in epistola tua. 90 illud puta tu non adscribis ; *& tibi gratias egit* : atqui v cer-

90. *Illud putato non adscribit.*) Sic MSS. optimi : nec mutandum censeo. Est autem *putato*, scienter prudenterque expensis rebus omnibus atque ex veritate putaris. *Junius*. Vulgo legitur, *puto*, quo ἐπιρρηματικῶς interdum accipitur, ut *Credo*. Ovidius lib. II. Metam.

At puto non ultro nec quicquam tale rogantem
Me petiit .

Idem III. Elegiar.

Sed puto non blanda non optima perdidit in me
Oscula .

Sed optimi quique codices antiqui habent *putato*, ut haud dubie legendum sit , *punctato* , id est, per interpuncta verborum non adscribis ad ceteras laudes Dionysii quas in epistola tua singulatim & distincte recitasti. *Punctato* adverbium ut *pedato*, *auspicato*, *inaugurato*, *privato* & similia. *Popma*. Nihil absurdius Popmæ & Junii sententia. Balliol. & Helmstad. *Illud putato*. P. Vict. ed. *illud puto*. lege : *illud , puto, tu non adscribis*. Nam *puta tu* putidius est, nec potest probari auribus Tulliano imbutis candore & elegantia. Nata est ista lectio ex hominis inepti depravatione , qui *puto* cum *tu* credidit construendum esse, inde effinxit *puta* , *tu* , quod cum aliis durius videretur, rescripsere *putato*. Ignorarunt nimirum eleganter *puto* , pro *ut puto* interseri orationi præsertim cum εἰρωνικῶς agunt, aut jocantur. Ovid. V. Trist. El.6.

Lingua favens adsit , nostrorum oblita malorum ,
Quæ, puto, dedidicit jam bona verba loqui .

Sic & *opinor* , *credo*, interponebant , ut Græci οἶμαι. dudum exempla docti viri congesserunt. *Gravius*. *Putato*.) Licet , putes , virum illum esse optimum & amantiss. mei : quod ego secus existimo. omitto , inquit, hanc partem. sit sane ut vis. non adscribis , &c. Videor autem mihi, *Putato*, pro, *Privatius*, quod erat in impressis omnibus libris, recte reposuisse. nam , *Privatius*, neque esse video in veteribus libris ; & sententię quid habeat , vix intelligo. ac ne dictio quidem placet. nostrum autem , *Putato* , sumptum est ex antiquo Bessarionis libro. & plane, quomodo in Dionysium animatus Cicero esset , ostendit. nam & paullo post can-

v certe ille agere debuit : &, si esset factum, quæ tua est humanitas, adscripsisses. mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur propter superioris epistolæ testimonium. sit igitur sane bonus vir. hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi x sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Philogenes recte ad te scripsit. curavit enim, quod debuit. cum ego uti ea pecunia volui, quoad liceret. itaque usus est menses XIIII. Pomtinium cupio valere : &, quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit. nam id nisi gravi de causa non fecisset. Ego quoniam IIII. nonas y Jannuar. [91] Compitalicius dies est, nolo eo die in Albanum venire, [92] ne molestus sim familiæ. veniam III. nonas igitur : inde ad urbem pridie nonas. [93] Tua λῆψις quem z in diem incurrat,

v certe *gloss. videtur Manut.*

x bene sui *MS.*

P. B.

y *alii* Januar.

z *alii delent* in.

eandem sententiam aliis verbis attingit, cum ait : *Sit igitur sane bonus vir.* P. Manut.

91. *Compitalicius dies.*) In oratione in Pisonem suspicor esse mendum, & legendum, *Cum in Kal. Januarias compitaliciorum dies incidisset*, non, ut est in vulgatis libris, *Incidissent.* unum enim fuisse diem Compitalitium, patet ex Macrobio & Varrone. *Idem.*

92. *Ne molestus sim familiæ.*) Editio vulgata, quam Victorianam Bosius appellat, neque particulam, *ne*, neque verbum, *sim*; habet, quod utrumque tamen legitur in Tornes. & Crusellino. *Clericus.*

93. *Tua λῆψις.*) Lego cum antiquiore nostro libro *Tua λῆψις.* ut de quartana agat, qua Atticus laborabat, ut antea ex multis locis didicimus. λῆψις, autem febris accessio est, ut nos etiam vulgo loquimur : qui febrim nos cepisse, cum illa accesserit, dicimus. Aristoteles in Problematis, segmento primo, τεταρταίοις πυρετοῖς δεῖ νῦν λεπτύνειν ἀλλὰ πῦρ ἐν τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖν εἰσάγοντα, δεῖ δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις χρῆσθαι. ἧ δὲ ἡμέρᾳ ἡ λῆψις λυσάμενον ὕπνον μὴ ζητεῖν. Præterea idem, ὅπως θερμόθερος ᾖ πρὸ τοῦ τὴν λῆψιν εἶναι. Tribus autem locis hoc nomen in his epistolis est, semperque in vetustiore nostro libro integrum, & sincerum ; in vulgatis autem depravatum, & variis modis inquinatum ; libro enim VIII. bis invenitur, etsi semel διάληψιν, quod tamen idem est ; ut ibi, *Tamen ad eam ipsam brevem quam* III. *Nonas* ὑπὸ τὴν διάληψιν *dedisti, rescribendum putavi.* Et postea λῆψιν, eo inquam loco, *Deinde* IIII, *Non. Mart.* ὑπὸ τὴν λῆψιν, *cum breviter scriberes &c.* Cum igitur diem nesciret Cicero, quo febris redibat, timet ne illi molestus sit, si forte eo ipso die ad urbem veniret, in quem febricula incidebat. vix enim putat illum sibi temperaturum ne ad se statim veniat. quare petit ab eo ne se incommodo valetudinis suæ commoveat : ut omnino de morbo, & ægritudine aliqua sermo sit. Sequenti autem epistola,

currat, nescio: sed prorsus te commoveri incommodo valitudinis tuæ nolo. De honore nostro, nisi quid occulte Cæsar a per suos tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc æqui boni facit; & eo magis, quod jam a multis audio constitutum esse Pompejo, & ejus consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. id est Ἀβδηριτικός. nec b enim senatus decrevit, nec populus jussit, me imperium in Sicilia habere. 94 sin hoc respublica ad Pompejum refert; qui me magis, quam privatum aliquem, c mittat? itaque, si hoc imperium mihi molestum erit; utar ea porta, quam d primam videro. Nam quod scribis, mirificam exspectationem esse mei, neque tamen quemquam bonorum, aut satis bonorum dubitare, quid e sensurus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo: ipse nullos novi: sed ita, si ordines bonorum quærimus. nam singulares sunt boni viri. verum in dissensionibus ordines bonorum, & genera quærenda sunt. Senatum f bonum putas, 95 per quem sine imperio provinciæ sunt? numquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi cœptum esset: quam sententiam senatus sequi noluit: ex quo 96 factum est, ut Cæsari non succederetur: an publicanos?

a per trib. mol. *alii*.

b enim *deest in aliis*.

c *alii* mittas, *aut* mittit.

d primum *alii*.

e facturus *MS*.

f bonorum *alii*.

stola, quod antea nesciebat, dicit se ex ejus epistola notasse & intellexisse, diem scilicet illius, id est eum in quem λῆψις inciderat. Non me latet Erasmum aliter hunc locum declarasse: quam recte, alii potius judicabunt. *Victor*.

94. *Sin hoc resp. ad Pompejum defert*.) Sic bene Lambini, & Junii editiones, vulgo *refert*. Cic. pro Rullo: *Si quis est honos singularis, populus Romanus eum, cui velit, deferat*. Id. III. Philipp. *M. Antonius Consul C. Cæsari dictatori regnum detulit, Cæsar ut noluit*. Sæpius alibi. *Gravius*.

95. *Per quem sine imperio*.) Cum enim factum esset S. C. ut successores in provincias mitterentur, C. Curio tribunus pl. Cæsaris caussam defendens intercessit: & cum de intercessione referretur, primaque M. Marcelli sententia pronunciata esset, qui agendum cum tribunis pl. censebat: frequens senatus dissensit. ergo senatus culpa successores non missi: itaque sine imperio provincia, id est sine magistratibus. ep. 5. & 13. lib. VIII. Fam. *P. Manut*.

96. *Factum est*.) Facto enim S Cto, ut successores darentur provincias obtinentibus, Curio intercessit, voluitque prius satisfieri Cæsari: & cum de intercessione relatum ad senatum esset, M. Claudius Marcellus censuit cum tribunis pl. agendum. quia sententia pronuntiata, frequens Senatus in alia omnia iit. Sic Fam. ep. 5. & 13.

So-

nos ? [g] qui numquam firmi : sed nunc Cæsari sunt amicissimi : an fœneratores ? an agricolas ? quibus optatissimum est otium ; nisi eos timere putas , ne sub regno sint , qui id numquam , dum modo otiosi essent , [h] recusarunt. quid ergo ? exercitum retinentis , cum legis [i] dies transierit , rationem haberi placet ? mihi vero ne absentis quidem. sed , cum id [97] datum est , illud una datum est. [98] annorum [k] enim decem imperium : [99] , & ita latum placet ? [l] placet igitur etiam [m] me expulsum , & agrum Campanum periisse , & adoptatum patricium à plebejo , Gaditanum a Mitylenæo : & [1] Labieni divitiæ ; & Mamurræ placent , & Balbi horti , & Tusculanum. sed horum omnium fons unus est : imbecillo resistendum fuit : & id erat facile. nunc legiones XI. equi-

g quod *alii.*
P. CVI.
h recusarent *alii.*
i idē *alii.*
k enim *deest in aliis.*
l placeat *alii.*
m te *alii.*

Solebat alioquin hoc fieri. & inde exprobrat Antonio Cicero , quod de Senatus auctoritate secum agi non sit passus , Phil. II. cap. 21. *J. F. Gronov.*

97. *Datum est* .) Cum Cæsari concessum est ut suo tempore absens petere posset Consulatum , illud una datum est , ut in ea petitione ejus etiam exercitum retinentis ratio haberetur. ei enim tributum fuerat decem annorum imperium in Gallias . quod tempus cum nondum expirasset , & interea cessisset tempus petendi Consulatus , absens , & cum imperio jure eum petere poterat . *Bosius.*

98. *Annorum decem* . Per tot enim annos Cæsar Galliam obtinuit , contra legem Semproniam . Hoc si placet , placent , & illa quamvis injusta , me patria pulsum a Clodio , quem Cæsar consul ad plebem transduxerat ; agrum Campanum divisum , Clodium adoptatum a M. Fontejo , L. Cornelium Balbum Gaditanum a Theophane Mitylenæo. hæc enim in actis Cæsaris numerantur . In oratione tamen pro Cornelio Balbo adoptionem Theophanis , quam hic improbat , exagitatam ab accusatore , tempori serviens defendit . *P. Manut.*

99. *Et ita latum placet* .) Ab hac dictione *placet* , usque ad *Tusculanum* , singula membra interrogatione interpunguntur in vulgata editione . *Cleric.*

1. *Labieni divitiæ* .) T. Labieni , tunc Cæsaris legati , a quo paulo post discessit ep. 10. h. l. de ejus divitiis vide Dion. lib. XLI. & Cæs. lib. I. de Bel. Civ. ubi scribit , Labienum sua pecunia Cingulum oppidum ædificasse . *Corrad. Et Labieni divitiæ, & Mamurræ placeat* .) Uterque valde ditatus . Nam & ille in Piceno Cingulum condidit : & de hoc sic Catullus:

Quis hoc potest videre , quis potest pati ?
Nisi impudicus & vorax & aleo
Mamurram habere , quod comata Gallia
Habebat omnis , ultima & Britannia ? Malasp.

2. *Trans-*

equitatus tantus, quantum volet; [2] Transpadani, [n] plebes urbana, tot tribuni plebis, tam [o] perdita juventus, tanta auctoritate dux, tanta audacia. cum hoc aut depugnandum est, aut habenda e lege ratio. depugna, inquis, potius quam servias: ut quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias? quid ergo, inquis, acturus es? idem quod pecudes, quæ [p] dispulsæ sui generis sequuntur greges. Ut bos armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicumque dicentur boni, sequar, etiam si ruent. quid sit optimum male contractis rebus, plane video. nemini est enim exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit: at illud omnibus, si boni victi sunt, nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quam Cinna [q] fuerit, nec moderatiorem, quam Sulla, in pecuniis locupletium. ἐμπολιτεύομαί σοι jamdudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad summam, DIC M. TULLI. [r] assentior Cn. Pompejo, id est [s] T. Pomponio. Alexim, humanissimum puerum, nisi forte, dum ego absum, adolescens factus est, (id enim agere videbatur) salvere jubeas velim.

n *alii* plebs, *alii* plebes urbanæ.
o percita *MS.*
p depulsæ *MS.*
q fuer. *deest in MS.*
r *alii* assentiar.
s P. *MS.*

EPISTOLA VIII.

P. B.

CICERO ATTICO S.

QUID opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi [t] nutus tuus non faceret fidem? suspicionem autem eo mihi majorem tua taciturnitas attulerat, quod, & tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis; & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam. sed prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram, & animadverteram, posse, pro re nata, te non incommode ad me in Albanum venire III. nonas Januar. sed, amabo te, nihil in-

t notus *MSS.*

2. *Transpadani.*) Promissæ civitatis beneficio devincti, quam denique dictator dedit. Svet. in Julio, Dio, & ep. Fam. lib. XVI. ep. 11. de Cæsare, *Gallias*, inquit, *habet ambas inimicissimas, præter Transpadanos.* P. Manut.

3. *Rectum*

incommodo valitudinis feceris. quid enim est tantum in uno aut altero die? Dolabellam video Liviæ testamento cum duobus coheredibus esse in triente; sed juberi mutare nomen. est πολιτικὸν σκέμμα, 3 rectumne sit 4 nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cum sciemus, 5 quantum quasi sit in trientis triente. Quod putasti fore, ut ante quam istuc venirem, Pompejum viderem 5 fa-

3. *Rectum ne sit.*) Præsertim mulieris testamento: quasi magis licere videatur mutare nomen, cum a viris adoptemur. Dolabellæ vero eo minus licet, cui non omnia bona, sed nonam partem dumtaxat Livia legaverit. erat enim in triente cum duobus coheredibus, ut ad eum quasi triens trientis, id est trientis tertia pars, pertineret. Accedit illud, quod ex patricio plebejus fiebat. *P. Manut.*

4. *Nobili.*) Hæres quandoque testamento jubebatur ferre nomen testatoris: cujus rei exemplum exstat apud hunc auctorem libro III. Officiorum de M. Satrio. Hujusmodi heredis institutio dicebatur adoptio in nomen & familiam: Svetonius in Julio Cæsare, sed *novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante: & L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante, reliquos in ima cera: C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit*. Jam mulieres, dum quidem vivebant, neminem adoptare veteri jure Romano poterant. verum non prohibebantur quos vellent testamento in nomen familiamque adoptare, ut perspicitur ex hoc loco. ea enim adoptio in tempus mortis incidebat; quo fiebat ut illæ numquam haberent in potestate quos adoptabant testamento. De conditione nominis ferendi in hæc verba differit Cajus jurisconsultus libro secundo Fideicommissorum: *Si vero nominis ferendi conditio est, quam Prætor exigit, recte quidem facturus videtur si eam expleverit. nihil enim mali est honesti hominis nomen assumere; nec enim in famosis & turpibus nominibus hanc conditionem exigit Prætor*. In eandem sententiam scripsit Mæcianus libro IV. Fideicommissorum rationem habendam esse ejus dignitatis, qui hæres institutus juberetur nomen ferre turpis personæ, puta vespillonis. Hac itaque de caussa scribit hic Cicero σκέμμα πολιτικὸν esse, debeatne vir nobilis, mulieris testamento, mutare nomen. turpe enim videtur mulierem habere sui nominis auctorem; cum nomen gentem & familiam indicet; & vulgo natorum sit genus ad mulieres referre, hoc est, ad matres. *Bosius.*

5. *Quantum quasi sit.*) Nam si parum quæstuosus sit ille trientis triens, auctor non ero Dolabellæ ut nomen mutet, imo quo minus id faciat ipsum dehortabor; sin opimus & fructuosus erit, conabor illi persuadere assumendum esse nomen testatricis. Pendebat ergo tractatio philosophica hujus quæstionis ex trientis æstimatione. *Idem.*

factum est ita. nam VI. kal. ad [6] L. Avernum me consecutus est. una Formias venimus, & ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus. Quod quæris, ecqua spes pacificationis sit: quantum ex Pompeji multo & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. sic enim existimat, si ille, vel dimisso exercitu, consul factus sit, *σύγχυσιν τῆς πολιτείας* fore. atque etiam putat eum, cum audierit, contra se diligenter parari, consulatum hoc anno neglecturum, ac potius exercitum
P. CVII. provinciamque retenturum. sin autem ille fureret; vehementer hominem contemnebat, & suis & reipublicæ copiis confidebat. quid quæris? [7] etsi mihi crebro *ξυνὸς ἐνυάλιος* occurrebat; tamen levabar cura, virum fortem &

6. *Lavernium.*) Accipio simpliciter pro æde Savernæ deæ, ut *Dianium*, *Minervium*, & similia Latinis appellentur. *Junius*. Lacus Avernus longissime distat a Formiis & ab instituto hoc itinere devius est. itaque malim retinere *Lavernium*, quod est in libris antiquis. Ubi autem sit, otiosum puto quærere; etsi videtur esse nomen loci aut vici a Laverna ut Minervium, Dianium, a Minerva. Diana. De Fato: *Cum esset apud se ad Lavernium Scipio*. Popma.

7. *Etsi mihi crebro ὕπνος νίδυμος.*) Duo hæc Græca verba nullam hic sententiam habebant, ut valde mirer illos qui ea posuerunt, nam prorsus huc nihil pertinebant. nos ex nostro antiquiore codice *ξυνὸς ἐνυάλιος* restituimus: quæ vera & huic loco germana lectio est. cum enim supra sermonem Pompeji recitasset, qui pericula simulatæ pacis exposuerat, bonumque se animum habere ostenderat, si ad arma ventum esset, fore ut Cæsar vinceretur, valde enim confidebat suis & reip. copiis: quamvis igitur, inquit, scirem Martem communem esse, idque mihi crebro proverbium occurreret, variosque casus belli mente agitarem, qui imparatioribus sæpe victoriam adferunt: tamen cura metuque levabar, audiens virum fortem & peritum, magnæque autoritatis ducem disserentem de simulatæ pacis periculis, & tantopere adversarii copias contemnentem. Aristoteles lib. II. Rhetoricorum, *χρῆσθαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρυλλημέναις γνώμαις κοιναῖς, διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοινὰς ὡς ὁμολογούντων ἁπάντων ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν οἷον παρακαλοῦντι εἰς τὸ κινδυνεύειν μὴ θυσαμένοις, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης καὶ ἐπὶ τὸ ἥττους ὄντας ξυνὸς ἐνυάλιος.* idemque proverbium copiis & reliquo belli apparatu inferiores bene sperare jubet: eisque animum addit: contraque eis qui numero militum & virtute ducum superiores sunt, timorem incutit, cum affirmet belli deum communem esse, sæpeque cum imparatioribus se conjungere. Cicero in Oratione pro P. Sestio Latinis verbis enuntiat; *Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus Consulem ad rem gerendam excitarit, quot stimulos admoverit, homini fortasse stu-*

& peritum, & plurimum auctoritate valentem audiens, πολιτικῶς de pacis simulatæ [8] periculis differentem. habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam x. kal. Januar. in qua erat accusatio Pompeji usque a toga pura, querela de damnatis, terror armorum: in quibus ille, quid censes, ajebat, facturum esse ipsum, si in possessionem reipublicæ venerit, cum hæc quæstor ejus, infirmus & inops, audeat dicere? quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est. [9] ex illa autem sententia ira relinquendæ urbis movet hominem, ut puto. mihi autem [v] illud molestissimum est, quod solvendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eo conferendum. est enim ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse. Sed hæc & multa alia coram.

v illud *alii non habent.*

EPI-

studioso victoria, sed tamen nimium communem Martem, belliquę casum intuentis? Respexisse enim puto Ciceronem ad duo proverbia, quorum unum hoc est: alterum autem ante in his epistolis verbis pariter Græcis protulit, cum inquit: *Direpto & vastato Amano, inde discessimus: scis enim dici quadam ἄκινκά. Dici item τὰ κενὰ τῦ πολέμυ.* Ad eandem hanc sententiam allusit lib. vii. in Verrem, cum eum navali crimine premeret: inquit enim: *In illa autem calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere.* Est autem Homeri Hemistichium pronuntiatum ab Hectore Iliad. Σ. ỷs. 309. Sic etiam Germani in sui libri margine adnotarunt. *Victorius.*

8. *Periculis.*) Quid enim non audebit Cæsar consul, cum quæstor ejus Antonius tantum ausus sit? quod paullo post subjiciet. abhorrebam, inquit, prorsus a bello, quia communem Martem timebam: sed rursus nec plane mihi pax placere poterat, cum eam, tamquam simulatam ac reip. periculosam, homo fortis ac peritus Pompejus improbaret. quam audiens, levabar ea cura, quam ex bellorum incerto eventu sustinebam. *P. Manut.*

9. *Ex illa autem sententia ira relinquenda urbis &c.*) Ni fallimur, hic locus corruptus est: nullus enim certus & elegans sensus ex his verbis elici potest: nos tamen nihil mutavimus. antiquior noster codex uno tantum verbo diversus est. pro *ira* enim habet *in.* Quod pariter depravatum est. *Victorius.* *Et illa autem sententia ἴυγξ relinquenda urbis.*) Græcum hoc vocabulum valde deformatum in antiquis libris, restituit Bosius. alii habebant, *ni*, alii *in.* Decurtatus, *INX*, unde conjecit legendum ἴυγξ. Victorius secundum vulgatam lectionem ediderat, *Ex illa autem sententia ira relinquenda urbis.* Antiquior ipsius codex habebat, *in*, pro *ira*. Utrumque tamen depravatum fatetur, ut etiam Manutius. Cavalcantis enim exemplar pro, *ira*, habet υτυ. Bessarionis autem, *infra*, alii duo, *ita*; minime tamen ei displicet, *ira*. Junius.

H 2 *Ex*

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

10 QUOTIDIENE, inquis, a te accipiendæ litteræ sunt? si habebo, cuidem, quotidie. at jam ipse ades. tum igitur, cum venero, desinam. Unas video mihi a te non esse redditas; quas L. Quintius, familiaris meus, cum ferret, ad 11 bustum Basilii vulneratus & despoliatus est. videbis igitur, numquid fuerit in his, quod me scire opus sit: & x simul tu hoc διευκρινήσεις πρόβλημα, sane πολιτικόν· cum sit necesse, aut y ha-

x si multo hoc *MSS.*

Ex illa autem sententia, ira relinquendæ urbis movet hominem. Lambinus Octavii Pantagathi conjectura probata sic edendum curavit, *illa mea sententia non relinquenda urbis.* Cleric. Non sustinens Bosianum inventum, nimis quæsitum retinere, fere edidissem, quod lenissime mihi videbatur ex scripta lectione provenire, *excussa autem sententia ita relinquenda urbis movet hominem.* Intelligit enim se denudavisse & exposuisse coram Pompejo istud ejus consilium, quo constituerat e medio discedere, ejusque deformitatem & indignitatem movisse Pompejum, ut aut mutare illud aut certe suspendere, ut adhuc ambiguum fuerit coactus & confessus. Sed quia nolui tantum mihi, qui solus sum, licere, priscam Victorii obtinere jussi hactenus. *Gronov.*

10. *Quotidiene, inquis.*) Hanc epistolam cum superiore conjunxit Victorius. *Cleric.*

11. *Ad Bustum Basilii.*) Locum in via Appia latrociniis infestum. Ascon. in Orat. pro Mil. *Corrad.* Antonianus liber, & fere alii, *Basili*: & fortasse non male. Basilos Romæ fuisse, vel Juvenalis indicat versus ille:

Quot Basilus socios, quot circumscripserit.

Hirrus Pupillos, &c. Quin Philippica 11. in antiquissimo illo exemplari quod erat apud Faernum, *Basilum* legitur, ubi in vulgatis vel *Basilium*, vel *Basilluum* est. Locus in ea hic est: *Vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos patronos adoptassent: magna quidem judicio, benevolentia, charitate: non ut te, ut Basilum, vi & armis, & alios vestri similes.* Itaque etiam apud Asconium in Miloniana, *monumentum Basili*, ex his quæ diximus, & ex vetustis libris, legi possit. *Malasp.* Locus in via Appia prope urbem, infestus latrociniis, & Basilio latrone ibi sepulto, Pro Milone, & ibi Pædianus. *Despoliandi* verbo etiam utitur Plautus, Asinaria; & Martialis lib. 11.

Nulla est hora tibi qua non me Phylli rogatum
Despolias; cauta calliditate rapis. Popma.

12. *Rem*

[y] haberi Cæſaris rationem, illo exercitum vel per ſenatum, vel per tribunos plebis [z] obtinente, aut perſuaderi Cæſari, ut tradat provinciam atque exercitum, & ita conſul fiat; aut, ſit id [a] non perſuadeatur, haberi comitia ſine illius ratione, illo patiente [b] atque obtinente provinciam; aut, ſi per tribunos plebis non patiatur, tamen quieſcat; [12] rem adduci ad interregnum, aut, ſi ob eam cauſam, quod ratio [c] ejus non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere; illum autem initium facere armorum aut ſtatim nobis minus paratis, aut tum, cum comitiis, amicis ejus poſtulantibus, ut e lege ratio habeatur, impetratum non ſit: ire autem ad arma, aut hanc unam ob cauſam, quod ratio non habeatur; aut addita cauſa, ſi forte tribunus plebis ſenatum impediens, aut populum incitans, notatus, aut ſenatus conſulto [13] circumſcriptus, aut

y habere *MSS.* P. B.
z obtinere *MS.*
a ei non *MSS.*
b ac *alii.*
c ejus *deeſt in aliis.*

12. *Rem adduci ad interregnum.*) Cum enim comitia uſque eo protrahuntur, ut inſequens annus ſine conſulibus ſit, Interregnum dicitur. Res igitur adducetur ad interregnum, ſi Cæſar per tribunos pl. non patietur haberi comitia ſine ſua ratione. *P. Manut.* *Ad interregnum.*) id eſt, Coire patricios ad prodendum interregem, qui comitia habeat, ut loquitur Liv. III. 40. quod ſolebat fieri, quoties domo abeſſent magiſtratus, aut adeſſent quidem, ſed aut auſpiciis aut a tribunis plebis impedirentur, aut denique nulli eſſent. Liv. VI. 35. & 36. & lib. XXII. 33. & 34. *J. F. Gronov.*

13. *Circumſcriptus.*) *Notatus*, eſt ignominia adfectus; *Circumſcriptus* jure intercedendi privatus. Nam Circumſcribere eſt velut in ordinem redigere, poteſtatemque adimere. Pro Milone: *Senatus, credo, cum Prætorem circumſcripſiſſet.* Ad Herennium: *Ne omnino Patres Conſcripti circumſcripti putentur.* Popma. Hotomanus ad Cæſaris I. de Bell. Civili, cap. 32. hunc ipſum locum afferens, alterumque ex Philipp. II. *Quam cauſſam dementiſſimi ſui conſilii & facti afferebat, niſi quod interceſſio neglecta, jus tribunitium ſublatum, circumſcriptus a Senatu eſſet Antonius?* ut & duo illa ex Miloniana, & Philippica XII. quæ & Manutius hic laudat: Hæc loca afferens ait: *Circumſcribere aliquem*, eſt a rep. removere, & curia foroque prohibere: quod minime probo. latius patet vis hujus vocabuli. Si hic *Circumſcribere tribunum* eſt removere a republica, quidnam eſt *tollere tribunum?* etenim nemo dixerit hic ſignificare e medio tollere. *Circumſcribere* igitur eſt in his aliiſque locis minuere jus ac poteſtatem magiſtratus prohibere, & impedire ne quis poteſtate ſua poſſit uti, ſive id fiat vi; removendo a republica, ſive minis & denuntiationibus accuſationum, cum magiſtratus deponitur. Auctor epiſtolæ ad Octavium: *Cur aut ingratus crudeliter, aut immemor beneficii tui ſcelerato circum-*

 ſcribis

aut sublatus, aut expulsus sit, [14] dicensve se expulsum, ad illum confugerit: suscepto autem bello, aut tenenda sit urbs, aut ea relicta, ille [d] commeatu & reliquis copiis intercludendus: [e] quod horum malorum, quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes. dices profecto, persuaderi illi, ut tradat exercitum, & ita consul fiat. est omnino id ejusmodi, ut, si ille [15] eo descendat, contra dici mihi possit: idque eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. nobis autem, ut quidam putant, nihil est timendum magis, quam ille consul. at sic malo, inquies, quam cum exercitu. certe. [16] sed istuc ipsum sic, o magnum malum, [17] putet aliquis: neque [f] ei remedium est ullum. cedendum est, si id volet. vide consulem illum iterum, quem vidisti consulatu priore.

d a commeatu *alii*.
e quid *alii*.
f enim retinendum *MS*.

scribis Senatum. Grævius. *Circumscriptus.*) [Facto adversus eum S.C. Eodem sensu de Clodio dixit in oratione pro Milone: *Senatus, credo, cum prætorem circumscripsisset.* & de Octaviano Philipp. lib. XII. *Parata de circumscribendo adolescente sententia consularis.* est enim in circumscriptione ignominia & privatio juris. *P. Manut.*

14. *Dicensve se expulsum.*) Videtur legendum, *dicens vi se expulsum*, ut est in libro, qui fuit Longolii. *Ursin.*

15. *Eo descendat.*) Id est, Hanc conditionem accipiat; ita VIII. ad Fam. ep.8. alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar. II. in Verr. 72. *Placet mihi ista defensio, descendoque ad eam. &c.* Cæs. 1. de Bel. Civ. 9. *J. F. Gronov.*

16. *Sed istuc ipsum (sic o magnum) malum putet aliquis.*) Aliter distinguitur in vulgatis codd. *Sed istuc ipsum sic, o magnum malum, putat aliquis.* Manutius, *o* credit abundare, propter proximum verbum, *putat*, cui assentitur Lambinus; sic tamen ut malit legi, *dicat aliquis*, pro *putat aliqus*. Junius ex conjectura & litura mss. Pal. emendat, *sed istuc ipsum si est o magnum malum putet aliquis*. Cleric.

17. *Putat aliquis.*) Malim, *Dicat.* O enim exclamantis est, non putantis. Quin de eodem ita lugente scribens paulo post inquit. *Ut idem dicit.* & Mox, *ut ait idem:* vel certe O tollendum est. *Malasp.* De hoc loco cum agerem cum Gronovio, paucis mensibus ante quam occumberet Sol ille literatum, respondit legendum esse: *Sed istud ipsum, sicut est, magnum malum putet aliquis*, hoc ipsum Cæsarem Consulatum gerentem rerum potiri in republica, etsi sine exercitu eum obtinuerit, & habeat, magnum putet malum Pompejus, qui nihil timendum magis putat. Plane summo & sagacissimo viro, qui

Irreprehensa dabat populo responsa petenti,

assentior. *Gravius.*

18. *Præ-*

priore. at tum imbecillus plus, inquis, valuit, quam tota respublica. quid nunc putas? & eo consule, Pompejo certum est esse in Hispania. o rem miseram! si quidem id ipsum deterrimum est, quod recusari non potest; & quod ille si faciat, jam jam g a bonis omnibus summam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum posse adduci negant. de reliquis quid est deterrimum? concedere illi; quod, ut idem dicit, impudentissime postulat. nam quid impudentius? tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a senatu, sed a te ipso per vim h & per factionem datos. 18 præteriit tempus, non legis, sed libidinis tuæ: fac tamen, legis. ut succedatur, decernitur: impedis; & ais, 19 habe mei ra-

P. CVIII.

g a deest in MS.

h & fact. MS.

18. *Præteriit tempus legitimum.*) Nos ope nostri vetustioris codicis (quod etiam a Germanis adnotatum est) integram hic lectionem restituimus, cum ante in vulgatis libris deminute perverseque hic locus legeretur. tam aperta autem verba sunt, ut nulla declaratione indigeant. *Victor.* Si Dioni credimus, vere, non invidiose scripta sunt hæc. Is enim lib. XXXIX. Cæsari affirmat ad primum quinquennium tris annos tantummodo fuisse additos, non quinque. Nam cum Pompejus & Crassus Coss. provincias sibi per quinquennium decerni lege Trebonii cuperent: idque se diffiderent, per amicos Cæsaris. qui id agi videbant, ut Cæsaris potentia labefactaretur, consecuturos: quo benevolos haberent, illius quoque imperio, ad priotem summam triennium addi curaverunt. Verba ejus hæc sunt: Φοβηθέντες δὲ ὕπατοι, μὴ διαμάρτωσιν ὧν ἔπραττον, προσεποιήσαντο αὐτοὺς, ὥστε τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐκείνῳ, τρία ἔτη πλείω, ὥς γε τἀληθὲς εὑρίσκεται, μηκῦναι. Quod item cum alibi non obscure, tunc multo manifestissime lib. XLIV. in ea oratione, qua Cæsarem mortuum laudavit: ubi inter ea quæ illi a populo tributa fuissent, hoc in primis enumerat, quod octo annorum imperium, quod nulli ad illud tempus contigerat, ex quo per populum gubernari Resp. cœpta esset. Ita enim ibi: Ἐπὶ δὲ πλεῖστον, ἄρξαι, αὐτῷ προσετάξατε, ὅπερ ἀφ' οὗ ἐδημοκρατήθημεν, οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπῆρξε, λέγω δὲ τὸ ὀκτὼ ἔτεσιν ὅλοις ἐφεξῆς ἡγεμονεῦσαι. Alii tamen ei alterum quinquennium attributum scribunt: quos sequor. Nec me tam illa movent ὥς γε τἀληθὲς εὑρίσκεται, quam id, quod cum alibi, tum hic Cicero de decem annorum imperio scriptum reliquit. Quare Manutio assentior, hanc epistolam scriptam fuisse, cum jam L. Cornelius Lentulus, C. Claudius Marcellus Consulatum inissent, qui fuit provinciæ decimus: & quoniam adhuc plures supererant menses, ad invidiam dictum tempus præteriisse. *Malasp.*

19. *Habe mei rationem. Habe tu nostrum. Exercitum tu habeas diutius.*) Sic legitur in editis omnibus usque ad Bosium, in cujus exemplari posterius *tu* fuit omissum, quia nihil monet opinor, negli-

rationem. habe tu nostrum. exercitum tu habeas diutius; quam populus jussit, invito senatu? Depugnes oportet, nisi concedis. cum bona quidem spe, ut ait idem, vel vincendi, vel in libertate moriendi. jam si pugnandum est; quo tempore, in casu; quo consilio, in temporibus situm est. itaque te in ea quæstione non [i] exerceo. ad ea, quæ dixi, affer, si quid habes. equidem dies noctesque [k] torqueor.

i exercuero *alii.* k vehementer torq. *MS.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

SUBITO consilium cepi, ut ante quam luceret, exirem; ne qui conspectus fieret, aut sermo; lictoribus præsertim laureatis. de reliquo, neque hercule, quid agam, nec quid acturus sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri [l] amentissimi consilii. tibi vero quid suadeam, cujus ipse consilium exspecto? Cnæus noster quid consilii ceperit, capiatve, nescio, [20] adhuc in oppidis coarctatus & [21] stupens. omnes, si in Italia

l amantissimi *MS.*

gentia typorum, præsertim quum illo loco & In Helmæstad. & Balliol. similiter legatur, quum in priore loco omitrant, ut patet ex Varijs Lectionibus Cl. Grævii. Sed quod ibi quoque monetur, tanquam iidem codices præferrent *habe nostram* id nequaquam ita est, sed habent *habe meam rationem. habe nostrum.* Ego causam non video, cur utrumque *tu* non admitterem. *Gronov.*

Habe.) Ludit eleganter in duplici vi phraseos: nam habere alicujus rationem, in re comitiali est admittere ad petitionem, in aliis cogitare de aliquo, revereri aliquem, non negligere aliquem. *J. F. Gronov.*

20. *Adhuc in oppidis coartatus & stupens. Omnes si in Italia.*) Hæc est Bosii castigatio, cujus approbatores habet Decurtat. Tornæs. & Crusellinum, ut etiam Lambinum; qui tamen mss. habere dicit; *coartatus sed stupens.* Sic autem legit & distinguit vulgus, *Adhuc in oppidis coartatus, & stupent omnes. Si in Italia consistat.* Cleric.

21. *Stupens.*) Ex temeritate & stultitia Pompeji, sed, quoniam proprie Stupere dicitur is, qui torpore quodam captus languet immobilis, aut inopia consilii, aut aliqua re tarditatem injiciente; videtur non absurde posse corrigi, *Coartatus & stupens. Omnes, si in Italia consistet, erimus una.* Ut *Omnes* accipiatur de iis, qui caussam Cæsaris improbant. veni autem in hanc sententiam eo libentius, quod & in Bessarionis libro scriptum animadverti, *Stupens*, non, *Stupent*: & particula, *Et*, pro, *Sed*, repo-

ita consistat, erimus una: sin cedet, consilii m res est. adhuc n certe, 22 nisi ego insanio, stulte omnia & incaute. Tu quæso, crebro ad me scribe, vel quod in buccam venerit.

m res deest in MS.
n incerti MSS.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S. P. B.

QUÆSO, quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. 23 Cingulum, inquis, nos tenemus: Anconem o amisimus. Labienus discessit ab Cæsare: utrum de imperatore populi Romani, an de Hannibale p loquimur? o hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem umquam τοῦ καλοῦ viderit! 24 atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa: ubi est autem dignitas, 25 nisi ubi honestas? nisi honestum igitur, habere exercitum nullo publico consilio? occupare urbes

o autem amis. Jun. e MSS.
p loquuntur alii.

posita, minima mutatio est: siquidem in antiquioribus libris, & lapidibus, per s scribitur *Set*. P. Manut.

22. *Nisi ego insanio, stulte omnia & incaute agi video.*) Nos postremas duas dictiones delevimus: in nullis enim manu scriptis libris inveniuntur: declarationem quandam esse putandum est ab imperito quopiam librario importune additam. concitatus enim sermo, qualis hic est, sæpe figuram ἔλλειψιν patitur: quid autem desideretur planum est. *Victor.*

23. *Cingulum, inquis, nos tenemus.*) Faerni liber, *Inquis*. ut sint verba ex Attici epistola; quare & mox idem liber, *Loquimur*. nec secus Antonianus, & Editio Victorii. Et vis hujus est. Cum ita loquimur quemadmodum tu scribis, *Cingulum tenemus, Anconem amisimus*: quæso, non tibi videmur negotium habere cum hoste populi Romani, atque hujus imperii potius, quam cum Imperatore illius? *Malasp.*

24. *Atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa.*) *Sua dignitatis* Faernus, qui paulo post pro *Lucretino*, legebat, *Lucretilino*, & recte, ut videtur. *Ursin.*

25. *Nisi ubi honestas? nisi honestum.*) Sic edidi, rejecta vulgata scriptura, *Num honestum igitur, &c.* quamvis sit probabilis & speciosa. Sed movit me codicum manuscript. auctoritas; qui habent pro, *Num honestum igitur, &c. nisi non*. Ex hac scilicet vitiosa scriptura, sic esse legendum, ut edidi, judicavi, hac ratione fretus, quod particula, *nisi* iterata sit, aberrante scriptore, propterea quod eadem vox paullo ante posita est, ibi, *nisi ubi honestas* cum a Cicerone semel & illo loco tantum posita sit, non etiam hic, ubi habent eam libri vulgati. *Lambin.*

26. Tu

bes civium, quo facilior ſit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, ſexcenta alia ſcelera moliri, 26 τὴν θεῶν μεγίστην ὥς ἔχειν τυραννίδα; ſibi habeat ſuam fortunam. unam mehercule tecum apricationem in illo q Lucretino tuo ſole malim, quam omnia iſtiuſmodi regna; vel potius mori millies, quam ſemel r iſtiuſmodi quidquam cogitare. quid ſi tu velis? inquis. age quis eſt, cui velle non liceat? ſed ego hoc ipſum velle, miſerius eſſe duco, quam in crucem tolli. una res eſt ea miſerior, adipiſci, quod ita volueris. Sed hæc hactenus. 27 libenter enim in his moleſtiis ἐνσχολάζω σοι. redeamus ad noſtrum. Per fortunas! quale tibi conſilium Pompeji videtur? hoc quæro, quod urbem reliquerit. ego enim ἀπορῶ tum nihil abſurdius. urbem tu relinquas? ergo idem, ſi Galli venirent. non eſt, inquit, in ſ parietibus reſpublica, at in aris & focis. fecit t idem Themiſtocles. fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. at idem Pericles non fecit, an-

q Lucratino, *aut* Lucrativo *MSS.*
r iſtiuſmodi *alii.*
ſ darentibus *MS.*
t idem *deeſt in MSS.*

26. Τὴν θεῶν μεγίστην.) Senarius Euripidis in Phœniſſis pronunciatus ab Eteocle, quum ſe regnum fratri negaret redditurum. ſic enim inquit: Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς καὶ γῆς ἔνερθε δυνατὸς ὢν δρᾶσαι τάδε, τὴν θεῶν μεγίστην ὥς ἔχειν τυραννίδα. *Victor.* Articulus τὴν, ἀτρὶξ retinendus: nam in vocula Θεῶν, συνιζήσει utuntur ſæpiſſime Homerus, Theognis, Mimnernus, Pythagoras, Laertius in Anaxarcho, Strabo libro IV. Theocritus, Sibyllæ; Latinos inter Claudianus & Tertullianus. quod Lambinus ſi animadvertiſset, non depuliſset τὴν. Dauſquejus ad Gruterum epiſtola. *Cleric.*

27. *Libenter enim in his moleſtiis* ἐνσχολάζω.) Nos ſcripſimus cum antiquiore noſtro exemplari ἐσχολάζω σοι: id eſt, *explico tibi ſcholam*: ut antea in his epiſtolis dixit ἐμπολιτεύομαί σοι. *ſcholam* autem Græci appellabant de aliqua certa re & materia continuam & abſolutam diſputationem. eſt autem hoc verbum frequens apud Ciceronem: ut in II. de Finibus. *Primum, inquam, deprecor, ne me tamquam philoſophum puteſis ſcholam vobis aliquam explicaturum.* In epiſtola ad Pætum: Ὁ σοφὸς εὐθυρημονήσει, *habes ſcholam Stoicam.* In III. libro Tuſculanarum: *Separatim autem certa ſchola ſunt de exilio, de interitu patriæ, de ſervitute, de debilitate, de cæcitate, & de omni caſu in quo nomen poni ſolet calamitatis. hæc Græci in ſingulas ſcholas, & in ſingulos libros diſpertiunt.* Plut. etiam in Commentario περὶ τοῦ ἀκούειν. Τὴν γενομένην μοι σχολὴν περὶ τοῦ ἀκούειν ὦ Νίκανδρε ἀπέσταλκά σοι γράψας. verſus etiam Alexidis hos legimus ex comœdia Olympiodoro in vita Platonis: in quibus hoc ſignificatu ſcholam ponit: inridet autem Platonem, σῶμα μὲν ἐμοῦ τὸ θνητὸν ἄνθρωπος ἐγένετο, τὸ δ' ἀθάνατον ἐξῆρε πρὸς τὸν ἀέρα ταῦτ' ἡ σχολὴ Πλάτωνος. *Victor.*

28. *Pra-*

annum fere post quinquagesimum, cum 28 præter mœnia v nihil teneret. nostri olim, urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.

P. CIX. v tantum MS.

29. Οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν. rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos convenio, videtur hoc consilium 30 exitum habiturum. mira hominum querela est, (nescio istic: sed facies, ut sciam) 31 sine magistratibus urbem esse, sine senatu. fugiens denique Pompejus mirabiliter homines movet. quid quæris? alia causa facta est: nihil jam concedendum putant Cæsari. hæc, tu mihi explica, qualia sint. Ego negotio præsum non turbulento. vult enim me Pompejus esse, quem tota hæc x Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus & summa negotii y referatur. itaque vagus esse cogitabam. Te puto jam videre, 32 quæ sit ὁρμὴ Cæsaris

x Campania MS. y confetatur MS.

28. *Præter mœnia.*) Cum Archidamus rex Lacedæmoniorum cum exercitu sociali centum millium invasisset Atticam, & usque ad portas urbis omnia vastarit. *J. F. Gronov.*

29. Οὕτω πα τῶν πρόσθεν.) Hic versus in multis non erat: in aliis corrupte legebatur: est carmen Homeri; Iliad. I. ỳs. 520. pronunciatum a Phœnice uno ex Agamemnonis ad Achillem oratoribus missis ab eo, ut eum sibi reconciliarent. conatur autem illi persuadere veterum exemplo ut injuriam sibi inlatam oblivifcatur: illos enim docet acceptis muneribus nunquam solitos esse non placari: sicque laudes, inquit, priscorum virorum audiebamus celebrari. Est autem pene proverbialis hic versus, cum volumus ostendere a majoribus nos multum degenerasse. Hunc etiam Synesius in quadam epistola adducit. *Victor.*

30. *Exitium habiturum.*) *Exitum* antiquis libris consentientibus legimus. nunc pro Pompeji parte disputat, judicatque ex dolore sermonibusque municipalium hominum, qui Pompeji fugam æquo animo ferre non poterant, vehementerque Cæsari irati erant, Pompeji consilium rationemque belli gerendi posse explicari, & non incommode concludi. Sic etiam libi IX. loquitur, *Quid illa dic M. Tulli, quem exitum habebunt? &c* Victor. *Exitum habiturum.*) Non inutile futurum: siquidem fugiens Pompejus mirabiliter homines movet, ut Cæsari, cui aliquid antea concedebant, nunc nihil concedendum putent, ne hoc quidem, ut præsens consulatum possit petere. Consilium dicitur exitum habere, cum succedit, quod voluimus. *P. Manut.*

31. *Sine magistratibus urbem esse sine Senatu.*) Quatuor priora vocabula aberant a vulgatis, quæ postea Junius ex mss. Palat. fide retinuit. *Cleric.*

32. *Quæ sit ora via Cæsaris.*) Auxilio nostri antiquioris codicis castigavi, *quæ sit* ὁρμὴ. etsi in illo Latinis literis Græca dictio scripta

ſaris, qui populus, qui totius negotii ſtatus: ea velim ſcribas ad me, & quidem, quoniam mutabilia ſunt, quam ſæpiſſime. aquieſco enim & ſcribens ad te, & legens tua.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

UNAM adhuc a te epiſtolam acceperam, datam XIII ᶻ kal. in qua ſignificabatur, aliam te ante dediſſe, quam non acceperam. ſed quæſo, ut ſcribas quam ſæpiſſime, non modo ſi quid ſcies, aut audieris; ſed etiam ſi quid ſuſpicabere; maximeque quid nobis faciendum aut non faciendum [a] putes. Nam quod rogas, curem, ut ſcias, quid Pompejus agat, ne ipſum quidem ſcire puto: noſtrum quidem nemo. vidi Lentulum conſulem Formiis X. Kal. [b] vidi Libonem: plena timoris & [c] erroris omnia. ille iter Larinum: ibi enim cohortes, 33 & Luceriæ, & Theani, reliquaque in Apulia. [d] inde utrum

z *Manut.* Kal. Jan. *alii* kal. Jun.

a putas *alii.*

b *alii* Junii vidi.

c *alii* terroris.

P. B.

d unde *alii.*

ſcripta erat, quod erroris fortaſse occaſiionem dedit. quam inepta autem foret vulgata lectio, omnes qui attente animadverterint, cognituros puto: ὁρμὴ autem de animi motibus dicitur. Cicero in Lucullo: *Nam aliter apetitio (eam enim eſſe volumus ὁρμὴ qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod eſt viſum) moveri non poteſt.* Polybius etiam apud Svidam: Ἐν ἔπεσε δέ τις ὁρμὴ τῷ σκατίωνι καὶ διαπόρησις εἰ δεῖ συμβαλεῖν καὶ μονομαχεῖσαι πρὸς τὸν βάρβαρον. Dicitur etiam impreſſio & vehemens impetus exercitus in hoſtes inrumpentis. Idem hiſtoriæ prudentiſſimus ſcriptor: Τῶν δὲ πλείων οὐδὲ ξχμένον τὴν ὁρμὴν ἀλλ' ἐξ ἐπιφανείας τραπέντων ἀπέκτειναν μὲν αὐτῶν εἰς τριακοσίους. Dion de Pompejo loquens, eodem quo hic Ciceto ſignificatu, cum eandem fere rem ageret, capit: inquit enim: Καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν Καίσαρα Λούκιον τε Καίσαρα συγγενῆ αὐτῷ ὄντα καὶ Λούκιον Ῥώσκιον στρατηγήσαντα αὐτεπαγγέλτους ἀπέστειλεν ὅπως τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ἐκφυγὼν ἔπειτα ἐπὶ μετρίοις πισι συμβαίη. quare cenſeo noſtram lectionem ſinceram & germanam eſse. *Victor.*

33. *Et Luceria & Theani reliqua in Apulia.*) Al, *Luceria, & Theani, reliquaque in Apulia.* recte, meo quidem judicio. nam ſcribit Plin. lib. III. cap. II. Larinum, Luceriam, & Theanum Apulorum eſse oppida: & Pompejus legiones in Apulia hybernorum cauſa diſpoſuerat. Cæſ. lib. I. de Bel. Civ. quin Cicero ipſe orat. pro Cluent. ſcribit Theanum Apulum a Larino XVIII. Mil. paſs. abeſse. *Corrad.* Emendo, *Reliquaque in Apulia*, non ſolum quia veteres libri, & editio Victoriana, in hac ſcriptura conſentiunt,

utrum consistere uspiam velit, an' mare transire, nescitur. si manet; vereor, ne exercitum firmum habere non possit. sin discedet: quo, aut qua, aut 34 quid nobis agendum e est, nescio. nam istum quidem, cujus φαλαρισμὸν times, omnia teterrime facturum puto. 35 nec eum rerum prolatio, nec senatus magistratuum- que

e *alii sit*.

tiunt, sed etiam quia Luceria, & Theanum in Apulia fuerunt: quam queritur lib. VIII. epist. 4. ad hoc bellum delectam inanissimam Italiæ partem. ut de Theano Sidicino suspicati non possimus. Ad hæc, si *Reliqua* rectum esset, cohortium numerum, quæ Luceriæ Theanique consedissent, poni oportuit, ut consequens oratio esset. *Malasp.*

33. *Quid nobis agendum sit, nescio.*) Faerninus, & Antonianus, quibuscum reliqui mei sunt, *Agendum est*. Quod si est rectum, ut reor, (majorem enim angorem animi, & desperationem præ se fert, quam *sit*) satis constat, cum interrogatione efferendum esse: rogandi enim notam, ubi percontandi adverbium aut dubitandi nullum sit, necessariam puto. ut in illis: *Patere tua consilia non sentis?* Et, *Hodie uxorem ducis?* Non item in his: *Quid ais Birrhia: Daturne hodie illa Pamphile nuptum:* in quibus cum sciscitandi sint voculæ, satis admonemur, sine illa nota, partem illam cum interrogatione pronuntiari posse. Neque enim si adhibeatur, peccatum fuisse dixerim. Tantum monere volui, non esse necessariam. Ergo illud ita est pronuntiandum. Sin Pompejus discedit, quo aut qua? supple nobis abeundum? aut, quid nobis agendum est, tanti viri præsidio destitutis? Tum, quasi rerum desperatione victus, infert: Nescio. quod est etiam pronuntiatione adjuvandum. Simile illud est sequenti epistola. Nos autem, ubi exsurgere poterimus, aut quando? quorum dux, quam ἀστρατηγητότατος, tu quoque animadvertis. Neque tamen vulgatam abjudico, quæ & ipsa bona est. Verum si omnia aut certe plurima in libris sunt, ut sunt: ut qui meus sensus esset testatum relinquerem. Quanquam siquis *Quid*, infinire accipiat, non valde restitero; cum & ipsum nonnunquam cum finitivo, ut infra docebitur, inveniatur. *Malasp.*

35. *Nec enim rerum prolatio.*) Antonianus ac reliqui propemodum omnes, *nec eum.* perspicue melius. Nam *istum* proxime positum, qui possit, nisi parum concinne, huic quoque sensui commune esse, non video. *Malasp. Rerum prolatio* est negotiorum suspensio & judiciorum silentium, vel ludorum & feriarum diebus, vel justitio indicto belli temporibus, ut hic. Contra *rerum actus*, apud Svetonium. lib. XIV. ep. 5. *Qui legari noluerim ante res prolatas, ne desererer viderer hunc rerum tumorem*. Ad Fratrem lib. III. ep. 2. *Res prolata*, ad interregnum comitia adducta. *Popma*. Prolatio rerum est, cum sive propter dies festos, sive propter ferias autumnales aliasque, sive propter bella resque adversas justitium est. Vide P. Pithoei Adversar. lib. II. cap. ult. *Grav. Rerum prolatio.*) *Rerum prolatio*, & *Res prolata*, video scriptum

que discessus, nec æratium clausum tardabit. Sed hæc, ut scribis, cito sciemus. interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa toties. acquiesco enim, & tuas volo elicere litteras: maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram; 36 demittamne me

scriptum a nemine, quid significat autem, ut ex accurata multorum examinatione collegimus, tempus illud, cum homines feriarentur. Declarat maxime Plautus in Captivis ex persona parasiti.

Ubi res prolata sunt, cum rus homines eunt,
Simul prolata res sunt nostris dentibus.
Quasi cum caletur, cochlea in occulto latent,
Suo sibi succo vivunt, res si non cadit:
Item parasiti, rebus prolatis, latent.

Et pro Murena, ubi jurisconsultos agitat: *Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, qua neque extra Romam usquam, neque Roma, rebus prolatis, quidquam valet.* & ad Quinctum Fratrem *Res prolata, ad interregnum comitia adducta.* & ep. 5. libri XIV. *Meam stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas; ne deserere viderer hunc rerum rumorem.* Rerum igitur prolatio, sive, Res prolatæ, idem est, ac si dicas, vacatio a muneribus; quæ maxime erat ludorum diebus. Ludorum autem nomina, Votivi, Romani, Victoriæ, Plebeji. quorum primi Votivi XVII. Kal. Sept. commissi, per quindecim dies celebrabantur: & continuo Romani per decem dies: cum interea res prolatæ dicebantur. confectis Votivis, & Romanis, rursus ad negotia. judicia fiebant: senatus habebatur: tum publice, tum privatim quisque satagebat in sua re. hoc usque ad IIX. Kal. Novembris. nam cum inter ludos Romanos, & ludos Victoriæ dies interfint XLV. quod aperte ipse declarat lib. IV. in Verrem: recte subducenti perspicuum fiet, ludorum Victoriæ commissionem incidere in diem IIX. Kal. Novembris. quod significatur, & ad Quinctum Fratrem epist. 8. lib. III. *Iterum igitur res prolata.* Victoriæ autem ludi, cumque his Plebeji conjuncti, dies auferebant octo: ut ad IV. Nonas Novembris, & magistratus, & cujusvis ordinis homines intermissam rei sive publicæ, sive privatæ administrationem repeterent. itaque epist. 16. lib. IV. Pontinus vult ad IV. Nonas Novembris triumphare. Ex quo patet, non fuisse diem festivum IV. Nonas Novembris. ad Quinctum Fratrem tamen III. Nonas legitur, epist. 4. lib. III. *P. Manut.*

36. *Dimittamne me penitus in caussam.*) Manut. Lambin. Bosius, & Gruterus receperunt *dimittam*, sed bene *demittam*, P. Vict. & M. Brut. edd. Nam *dimittere se in caussam* nemo Latinorum dixerit, qui vim vocis intelligit; sed *demittere se in caussam* recte, & eleganter dicitur. Cœlius ad Ciceronem lib. VIII. in altero ad Familiares, ut vocantur, volumine epist. 16. *Etiam atque etiam, mi Cicero, cogita, ne te tuosque omnes funditus evertas; ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum*

me penitus in causam ? Non deterreor periculo , sed f dirumpor dolore. 37 Tamne nullo consilio , aut tam contra meum consilium gesta esse omnia ? An cuncter & tergiverser , 38 & iis me dem , qui tenent , qui potiun-

f alii disrumpor.

lum esse . Plancus ad S. P. Q. R. lib. x. epist. 8. *Cum in eum casum me fortuna demisisset* . Cicero lib. ix. ep. 1. ad Varronem : *Videbar, enim mihi , cum me in res turbulentissimas , infidelissimis sociis , demisissem praeceptis illorum non satis paruisse* . Graevius, *Demittam* . Lege , *non dimittam* , id est palamne concedam in partes ; & Pompejum sequar ? Genus loquendi a militia sumptum : nam qui potestatem pugnandi faciunt ex locis superioribus se demittunt , & descendunt in equum. ad Sen. III. de Ira 9. *J. F. Gronov.*

37. *Tamne nullo consilio* .) In ullo suorum mss. hanc particulam , *ne* , reperiri negat Malasp. at Lambinus testatur in Tornaes. & nonnullis aliis comparere , licet possit abesse sine sententiae detrimento . *Cleric.* Optime codex Tornaesianus aliique qui *ne* retinent , quod , & P. Victorius fecit . Sed in Victoriana rectius hic locus interpungitur , quam in aliis . Eam secutus sum nisi quod interrogandi notam mutarim in admirandi signum . Alii crediderunt *gesta esse* pendere a *Dirumpor dolore* , quod si verum esset omnino τὸ *ne* expungi postularet Latinae linguae ratio. sed nescierunt saepissime scriptores optimos in admirationibus uti infinitivis . Just. VIII, 2. *Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta , pulcherrimis legibus institutisque formata , ut quid posthac succensere jure barbaris possent , non haberent* . Sic itaque hic locus scribendus : *Dimittamne me penitus in caussam . Non deterreor periculo , sed dirumpor dolore . Tamne nullo consilio , aut tam contra meum consilium gesta esse omnia !* *Ne* abest etiam in Balliol. & potest , & hic abesse . Vide quae notavi ad lib. II. ep. 6. *Grav.*

38. *Et iis me dem* .) Quidam exponunt Caesari : ego , ei qui vicerit , nec plus Caesari quam Pompejo . Consulit enim Atticum Cicero, utrum Pompejum sequatur , an non , sed aliquam caussam justam iniustam paret atque excogitet , qua se tantisper , dum reliqui in armis sunt , belli discrimini subtrahat , & postea ad eum qui vicerit , adjungat . Videbat enim , sic se Caesari satisfacere , ut nihil sibi esset negotii , nisi cum Pompejo : cui si tergiversatione aliqua fidem facere posset , omnia sibi in tuto fore sperabat . Sed tamen , interea dum hominem consulit , honestatis recordatione permotus , quid sibi in utramque partem veniat in mentem , subnectit. primum ; ne Pompejum sequeretur , seque penitus darer in caussam , non se periculo terreri , sed dolore , quod tam sine consilio gesta sint omnia : ne cunctetur ac tergiversetur , bellique eventum exspectet , pudore revocari : quod nec officium boni civis sit , qui simplex atque ingenuus debet esse , non astutus , & callidus . nec amici , quem amici fortunam sequi decet . Haec mihi Cicero voluisse videtur . Neque enim deliberat , si res castris ageretur , ad utra se conferret : Caesarisne ; hoc enim ei nunquam , ne per somnium quidem venisset in mentem : an Pompeji ;

tiuntur? αἰδέομαι Τρῶας. nec solum civis, sed etiam amici officio revocor. etsi frangor sæpe misericordia puerorum. ut igitur ita perturbato, etsi te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maxime, si Pompejus Italia cedit, quid nobis agendum putes. M'. quidem Lepidus (nam fuimus una) eum finem statuit, L. Torquatus eundem. me cum multa, tum etiam lictores impediunt; nihil vidi umquam, quod minus explicari posset. itaque a te nihil g dum certi exquiro, sed quid videatur. denique ipsam πορίαν tuam cupio cognoscere. Labienum ab illo discessisse, propemodum constat. si ita factum esset, ut ille Romam veniens magistratum, & senatum [39] Romæ offenderet, magno usui causæ nostræ fuisset. damnasse enim sceleris hominem amicum, reipublicæ causa, videretur: quod nunc quoque videtur; sed minus prodest. non enim habet, cui prosit: eumque arbitror pœnitere: nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illum. nos quidem pro certo habebamus, & velim, (quamquam, ut scribis, domesticis te finibus tenes) formam mihi urbis exponas, [40] ecquod Pompeji desiderium, ecqua Cæsaris h invidia appareat; etiam quid censeas de Terentia, & Tullia, Romæ eas esse, an mecum, an aliquo i tuto loco. & hæc,

g dum *deest in MS.*

P. CX.

h injuria *MSS.*

i tuo *MSS.*

peji: Sed utrum, cum Pompejo Reip. caussam armis defendat, an quiescat: sed tamen palæstra utatur aliqua, qua hominum sermones atque infamiam fugiat: & sic rerum exitum exspectet, ut deinde se det iis, qui tenerent ac potirentur. *Malasp.*

39. *Romæ offenderet.*) Quod non evenit: quia nos urbem reliquimus: itaque non habet, cui prosit, cum ipsi nostram caussam perdiderimus. & fortasse abundat, *Romæ:* cum dixerit jam, *Romam veniens*. P. Manut.

40. *Ecquod Pompeji desiderium, ecqua Cæsaris injuria apparet.*) Emendavi, & hic auxilio mei probatioris codicis, *ecqua Cæsaris invidia*. Quærit enim an jam quæ gessit, Cæsari invidiam faciant: & quis esset de omnibus rebus sensus populi. non enim quærendum erat an aliqua Cæsaris injuria appareret: plurimæ enim graves, & nefariæ erant: ab omnibusque manifesto perspiciebantur. D. autem Brutus in sua ad Brutum, & Cassium epistola, dicit se postulasse a contrariarum partium ducibus, ut liceret Cæsaris interfectoribus Romæ esse publico præsidio, ut invidiam illis faceret: sperabat Cicero magnum Romæ esse desiderium Pompeji, magnamque Cæsari invidiam facere illius miserabilem fugam & insectationem Cæsaris. *Victor.*

41. *Lu-*

hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

De Vennonianis rebus tibi assentior. 41 Labienum ἥρωα judico. facinus jamdiu nullum civile præclarius: qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit; dedit illi dolorem. sed etiam ad summam profectum aliquid puto. amo etiam 42 Pisonem: cujus judicium de genero suspicor visum iri grave. quamquam, genus belli quod sit, k vides. ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi l civis audacia natum sit. 43 is au-

k vide MS.

l viri MS.

41. *Labienum ἥρωα judico.*) Sic emendavi ex eodem codice, excusi formis aut Græcam vocem non habebant, aut τρῶα legebant mendose. ἥρωα enim hic Cicero Labienum, quo fortissimos viros nomine decorare consuevit, appellat: ut lib. XIV. *Nostri autem ἥρωες quod per ipsos confici potuit gloriosissime & magnificentissime gesserant*. Et eodem lib. de Dolabella loquens, ejusque præclaro illo facinore, quod semper summis laudibus in cœlum fert, inquit: *Magnam ἀναθεώρησιν res habet: de saxo in crucem columnam tollere, locum illum sternendum locare: quid quæris? ἡρωϊκά.* Qui autem τρῶα legunt, putantes Ciceronem sic appellare Pompejanarum partium sectatores, in magno errore versantur. quamvis enim antecedente epistola dicat αἰδέομαι Τρῶας, non magis intelligit Pompejanos quam cunctos bonos viros & cives: dicit enim se pudore deterreri, ne se det & conjungat cum illis qui tenent omnia. Nam II. etiam libro harum epistolarum eodem versu utitur: nulli tamen tunc erant Pompejani: sed eam vim habent ea Homeri verba, ut si dixisset, Facerem, nisi ignominiam vituperiumque vererer. ut se metu infamiæ ab eo consilio deterreri ostendat: sæpe enim vitæ securitatique nostræ consulentes ea caperemus consilia, quæ omni periculo vacua essent, nisi ea ignominiam secum ferrent: quam boni viri valde fugiunt: est enim non contemnenda pars fortitudinis, recte honesteque facere, ut infamiam vituperiumque fugiamus. *Victor.*

42. *Pisonem.*) Qui cum ab urbe discesserit, generum suum Cæsarem non exspectans, quid de eo judicet, manifestum est. hic est L. Calpurnius Piso, in quem exstat Ciceronis oratio, Gabinii in consulatu collega, nunc censor. Fam. ep. 31. lib. XIII. Cæsar lib. I. de Bello Civ. *P. Manut.*

43. *Is autem valet exercitu; tenet multos spe & promissis.*) Sic exaratum est in codd. mss. Bosii. Vulgo, *Is autem valet. Exercitum tenet multa spe & promissis*, Cleric.

autem valet exercitu ; tenet multos spe & promissis ; omnia omnium m concupivit. huic tradita urbs est, nuda præsidio, referta copiis. quid est, quod ab eo non metuas, qui illa templa & tecta, non patriam, sed prædam putet? quid autem sit acturus, aut quo modo, nescio, sine senatu, sine magistratu. ne simulare quidem poterit quicquam πολιτικῶς. nos autem ubi exsurgere poterimus? aut quando? quorum dux quam n ἀστρατήγητος, tu quoque animadvertis; 44 cui ne o Picena quidem nota fuerint: 45 quam autem sine consilio,

m cupiunt, aut capiunt MSS.

n ἀστρατήγητος.

o Epycenea MS.

44. *Cui ne Picena quidem.*) Nostri *Quoi.* quod equidem neglexissem, non ignorans ἰσοδύναμον esse, nisi mire in hac scriptura, uno Antoniano excepto, consentirent. Neque hoc eo dico, quo magnopere de scriptura illa sim sollicitus, cum alibi, *Cui*, plerunque inveniatur, sed ut intelligamus, quantum in eorum librorum, qui ad nos pervenerunt, scriptura statuendum sit; in quibus tanta varietas sit, nec eodem modo ubique eadem vox scribatur. Ego quidem sic existimo, librarios, non sane vetustissimos: sed tamen non valde ab illa, minus barbarie contaminata, ætate: in varia multiplicique scribendi forma & ratione (crebro enim ea mutata est) non admodum curasse, quod tamen curandum fuit, ut sua cuique scriptura servaretur: utrum *Quoi*, an *Cui* facerent: *Causa* an *Caussa*: cum tamen Ciceronem ipsum atque etiam Virgilium, *Caussa* scripsisse geminata consonante, manus eorum, ut Fabius ait, docerent: sed tamen *Caussam* hodie quotus quisque manuscriptus retinet? Posteriores librarios, quo imperitiores fuerunt quam veteres, eo magis religiosos in scribendo fuisse puto; hincque factum esse, ut in hoc loco *Quoi*, tot adhuc libri retineant. Verum de hac voce, quid Fabius ipse sentiat, non oberit adpinxisse. sic enim lib. primo: *Illud nunc melius, quod Cui, tribus quas posui litteris, enotamus: in quo, pueris nobis, ad pinguem sane sonum, Quoi utebantur: tantum, ut ab illo Qui distingueretur.* Quod autem ait, *Ut ab illo Qui distingueretur*, ita intelligo. Donatus in Andria ait, Veteres *Cui*, per *Q.* scripsisse: posteriores, ut a *Qui* recto distingueretur, *Quoi* voluerunt scribi: novissimi, eadem puro esse de caussa, *Cui*: quem sonum probat Fabius. *Malasp.* Oppida in agro Piceno maxime opportuna ad excludendum Cæsarem ab urbe: quæ ille mox occupavit: & per ea aditum habuit lib. VIII. ep. 3. *Popma.*

45. *Quam autem sine consilio res stet.*) Omnes & manuscripti, & impressi codices consentiunt: quare nihil mutavimus: nostram tamen suspicionem proferre quid nocebit? non parum timeo ne in extremis dictionibus mendum insit. cum enim de Pompejo disserat, supraque dixerit quam ille omnis imperatoriæ disciplinæ expers sit, se credere Atticum quoque animadvertere, causamque addiderit cur ita sentiat: quippe cui ne Picena quidem nota sint. De Pompejo item loquens infert: *Quam autem sine consilio.* ut post hæc

lio ; res teltis. ut enim alia omittam decem annorum peccata ; quæ conditio non huic fugæ præstitit ? nec vero nunc quid cogitet scio : ac non desino per litteras sciscitari. nihil esse p timidius constat, nihil perturbatius. itaque nec præsidium , cujus parandi causa ad urbem retentus est ; nec locum ac sedem præsidii ullam video. spes omnis in 46 duabus , invidiose retentis ; pæne alienis legionibus. nam delectus adhuc quidem invitorum est & a pugnando abhorrentium. conditionum autem amissum tempus est. quid futurum q sit ; non video. commissum quidem a nobis certe est ; sive a nostro duce , ut , e portu sine gubernaculis egressi , tempestati nos traderemus. itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam. nam mihi interdum r amandandi videntur in Græciam. de Tullia autem & Terentia ; cum mihi 47 barbarorum adventus f ad urbem proponitur , omnia timeo; cum autem t Dolabellæ venit in mentem; paullum respiro. sed velim consideres , quid faciendum putes:

P. B.

p tardius alii.

q est alii.

r emend. MS.

f ad urbem non est in MSS.

t Dolabella alii.

hæc verba, punctum meo judicio ponendum sit: ut deinde exponat quid sit quod declaret, & aperiat illum sine consilio esse ut ante fecerat, cum eum ἀστρατήγητον esse pronunciaverat : tunc enim adeo id certum esse, ut Atticus quoque animadvertere posset, dixerat. nec enim (nisi fallimur) de re ipsa: id est, de toto negotio Ciceroni nunc sermo est: sed de natura Pompeji, ejusque culpa & peccatis: quod etiam ex inferioribus verbis egregie declaratur : tota enim hac epistola judicium facit de rebus gestis Pompeji , multaque ejus non sapientia consilia libere accusat. *Victorius* . Non modo in Tornæsiano , quod etiam testatus est Lambinus, sed etiam in Scidis & Crusellino legi asserit Bosius, *res testis*. Vulgo legebatur, *quam a.f.c. restet:* eaque in lectione omnes & mss. & formis impressos codd. consentire testatur Victorius . Iidem etiam libri mss. Bosii sic postea scriptum habent , *quippe cum de me ipso ac de meis te considerare velim*, quo loco vitiose vulgo legitur: *quippe cum de ipso ac de me ista considerari velim :* sic autem prius restituit Lambinus ex cod. Tornæs. *Cleric.*

46. *Duabus invidiose retentis.*) Cur , *Invidiose* ? quia Pompejus simulatione Parthici belli a Cæsare abductas retinuerat. quod factum magna in infamia fuit. Ita Cæsar lib. 1. de Bell. Civ. *Pompejus*, inquit, *infamia duarum legionum permotus , quas ab itinere Asiæ Syriæque ad suam potentiam dominatumque converterat , rem ad arma deduci studebat. Invidiose*, igitur dixit, cum odio & infamia. *P. Manut.*

47. *Barbarorum adventus.*) Gallorum , quos Cæsar in exercitu multos habet *Corrad.* Libro XL. scribit Dio; Qui Romæ erant, eo sibi atrociora proponebant , quos Cæsariani milites majori ex parte barbari erant. *Malasp.*

 48. *Splen-*

tes : primum πρὸς τὸ ἀσφαλές : (aliter enim mihi de illis , ac de me ipso , consulendum est) deinde v ad opiniones , ne reprehendamur , quod eas Romæ velimus esse in communi bonorum fuga. quin etiam tibi & Peduceo , (x scripsit enim ad me) quid faciatis, videndum est. is enim 48 splendor est vestrum , ut eadem postulentur a vobis , quæ ab amplissimis civibus. sed de hoc tu videbis , quippe cum de y me ipso , ac de meis te considerare velim . Reliquum est , ut , & quid agatur , quoad poteris , explores , scribasque ad me , & quid ipse conjectura assequare : quod etiam a te magis exspecto. nam , acta omnibus nuntiantibus , a te exspecto futura. 49 μάντις δ᾽ ἄριστος . Loquacitati ignosces , quæ & me levat , ad te quidem scribentem , & elicit tuas litteras. 50 Ænigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. 51 est enim numero Platonis obscurius. 52 jam in-

v *alii* πρὸς τὰς δόξας,

x scripsisti *alii.*

y me *deest in aliis & MSS.*

P. CXI.

48. *Splendor.*) Id est , tam illustres & eminentes in equestri ordine estis , ut quod faciris , perinde exemplo sit atque observetur, quam quod faciunt summis honoribus usi. splendor proprie de equitibus Cic. pro Cæl. c. 2. *J. F. Gronov.*

49. Μάντις δ᾽ ἄριστος.) Hujuscemodi versus & dicta , quæ proverbii vim haberent, adeo nota tunc erant & vulgata : ut tantum qui sententiam illorum adferre vellet, prima verba pronunciaret : reliqua enim intelligebantur . Nostris temporibus , cum multi poetæ vetustate perierint, quorum scripta in theatris frequenter recitabantur, id multo difficilius est, ut nonnulla inveniantur deminute pronunciata proverbia, quorum sensus vix , aut ne vix quidem, intelligi potest : nos tamen integrum hunc versiculum reperimus in extrema margine secundi libri : τῶν ἐμφυλίων Appiani : cum de morte Cæsaris ageret : sic enim inquit : Τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνέπεσεν ἐπανιόντα γὰρ ἐξ Ἰνδῶν ἐς Βαβυλῶνα μετὰ τοῦ στρατοῦ καὶ πλησιάζοντα ἤδη παρεκάλουν οἱ Χαλδαῖοι τὴν εἴσοδον ἐπισχεῖν ἐν τῷ παρόντι τοῦ δὲ τὸ ἰαμβεῖον εἰπόντος ὅτι μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. δεύτερα γοῦν οἱ Χαλδαῖοι &c. Item apud Plutarchum in commentario περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, qui Euripidis versum esse dicit, hæc ejus verba : Οὐ γὰρ ὡς Εὐριπίδης φασὶ μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς ; & cetera . Necnon in eo cui titulus est περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν πυθίαν. etsi ibi non nihil in excusis desideratur. Cicero hunc senarium Latinum fecit lib. II. de Divinatione : *Est quidem Gracus versus in hanc sententiam , Be-* ... *hunc perhibeto optimum* , ut tot exemplis ... , quam hoc loco hæc Græca verba vim

...) Manutio ... epistolæ principium.

... *Platonis* ... Manutius , *Timao Platonis,*

intellexi tuum. [53] Oppios enim de Velia ſuccones dicis in eo [54] æſtuavi diu: quo aperto, reliqua [55] patebant, & cum Terentiæ ſumma congruebant. L. Cæſarem vidi Minturnis a. d. VIII. Kal. Febr. mane, cum abſurdiſſimis mandatis, non hominem, ſed ſcopas ſolutas: ut id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe, qui tantis de rebus huic mandata dederit; niſi forte non dedit, & hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus eſt.

nis, ut in antiquo libro Ant. Auguſtini ſcriptum eſt, quod etiam Junius confirmat ex mſs. Palat. *Cleric.*

52. *Jam intellexi.*) Hic epiſtola videtur dividenda, ne, quæ de Labieno, de mulieribus, de conjectura, voluntate Attici dixit, repetat. accedit, quod hic ænigma intelligit, ſupra interpretari neſcit: hic dictat, ſupra ſcribit: hic breviter, ſupra copioſe ſcribit: ut hic epilogus etiam quidam videri poſſit. *Corrad. Jam intellexi tuum. Oppios enim de Velia ſuccones dicis.*) Exaratum reperit Boſius in Tornæſ. & Cruſell. *ſaccones dicis*: in Decurtato *ſuccones dicis*, quod rectum putat. Victorius autem, veterem ſcripturam ſe reddidiſſe dicens, ſic legit, *Oppios enim de Velia ſanctiones*. Cavalcantis liber, *Saccones dicis in eo aſtu aut diu*: Beſſarionis *Saccone*; ſed & hoc Manutio videtur Timæo Platonis obſcurius: Sic autem ille ex conjectura, *Oppios de Velia Salacones dicis; in eo aſtuavi diu*: quod etiam probatur Urſino. *Cleric.* Recte Manutius & Urſinus *Salacones*. Eſt enim Σαλάκων πλουχὸς ἀλαζὼν Heſychio: qualis ille oſtentator pecunioſus lib. IV. ad Herennium, quales multi cuniculoſæ Celtiberiæ filii privigni. Idem σαλακωνίσαι. Cic. VII. Fam. 14. *Iſtius ſalaconis iniquitatem*. Ariſtot. II. Rhet. ad Theodect. 16. Καὶ τρυφεροὶ καὶ Σαλάκωνες. *J. F. Gronov.*

53. *Oppios enim de Velia ſanctones.*) Cum vulgata verba nullam certam ſignificationem habeant, eſſetque omnino locus obſcuriſſimus, & qui vix his temporibus intelligi poſſit, nos cum fide veterem ſcripturam reddidimus, quæ (veriſimile eſt) aut ſincera ſit & incorrupta, aut ſinceræ propinquior. *Victor. Oppios de Velia ſaccones.*) Libentius *Salacones* legerim ex Ariſtotelis Rhet. lib. II. & ex loco ſimili in epiſtolis, quas vocant Familiares. *Urſin.*

54. *Æſtuavi diu.*) Sic etiam omnibus litteris ſcriptum eſt in Decurt. quomodo legendum jam dudum docuerunt Turnebus lib. XXI. cap. 16. & eum ſecutus Lambinus; qui Hugolini Martellii conjecturam non probat legendum putantis, *in eo aſtu aut diu*, ſubintelligendo, *fui*, vulg. *in eo aſtu aut die*. Cleric.

55. *Patebant.*) Hæc verba duplicem ſenſum admittunt, & utrumque huic loco neceſſarium. ſignificant enim, & cetera manifeſta erant, & agnoſcebatur debitum. pro Q. Roſcio II. *Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi, ſed in adverſariis patere oſtendit.* Phil. II. 37. *Ubi eſt ſepties millies HS, quod patet in tabulis, quæ ſunt ad Opis*, ſcilicet te malum. Catul. Carm. 28. *Et quidnam etiam tabulis patet expenſi*. J. F. Gronov.

est. Labienus, vir mea sententia magnus; Teanum venit a. d. IX. Kal. ibi Pompejum consulesque convenit. qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te, cum certum sciam. Pompejus [z] ab Teano Larinum versus profectus est a. d. VIII. Kal. eo die mansit Venafri. aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. sed ego nondum habeo, quid ad te ex his locis scribam. ista magis exspecto; quid [a] illinc afferatur; quo pacto de Labieno ferat; [56] quid agat Domitius in Marsis, [57] Igu-

z alii a.

a illim Cleric.

56. *Quid agat Domitius in Marsis, Tignii Thermus.*) Thermus Prætor, ut traditur a Cæsare, in primo Commentario Belli Civilis, *Tignium* (ita enim legitur in impressis) occupaverat, cum quinque cohortibus: & cum munire vellet, cognito Curionis adventu, Tigniorumque erga Cæsarem voluntate, cohortes ex urbe eduxit ac profugit: Curio summa omnium voluntate Tignium recepit. Qui putant hoc oppidum in agro Piceno fuisse, illudque esse, quod hodie Mons sanctæ Mariæ in Georgio vocatur, valde sunt conjectura decepti: nec animadvertunt, quid Lucanus ea de re, quid Florus scribant, Tradunt enim ii, Thermum ex Umbria, non ex Piceno dejectum. Ita enim ille: *Jusque sui pulso jam perdidit Umbria Thermo*. Florus vero lib. IV. *Prima Arimino signa cecinerunt, Tum pulsus Hetruria Libo: Umbria Thermus; Domitius Corfinio*. Id quod etiam Pompejus ipse, in litteris ad Domitium missis, his verbis significat: *Cui rei testimonio sunt litteræ, quas Bustenius ad me misit: in quibus scribit, id quod ab aliis quoque mihi scribitur; præsidia Curionem, quæ in Umbria & Thuscis erant, contrahere & ad Cæsarem iter facere*. Quin, his ego amplius, nego *Tignium* vel in Piceno, vel in Umbria, ullum esse repertum: inque Commentariis atque his epistolis, falso *Tignium* legi, vetustosque libros, pro *Tignii*, tum *Inguii*, tum *Igui*, tum exsecta postrema syllaba præcedentis dictionis, *in Mare sisinguii*; aut *in mare sic iguitermus*: pro *in Marsis iguii Thermus*. Quid tu igitur? roget aliquis: quid sentis? Idem quod Augustinus Steuchus præceptor meus, vir, ut ejus scripta declarant, omnium litterarum copia & varietate instructus. in eo libro, quem ille de patriæ suæ antiquo nomine scripsit: quem librum videre non potui, sed mihi dicitur, illum existimasse, & hic & in Commentariis, *Iguvini*, corrigi oportere: illudque esse oppidum, quod Eugubium appellant: ab antiqua voce sane parum deflectentes, ab historia nihil. Est enim illud in Umbria, unde Thermus profugit. Ut vero *Iguvii* potius, quam *Inguii*, ut plerique habent libri veteres, emendem, Lapis perantiquus facit, qui est Fulginiæ, in hortis nobilis viri Alexandri Elmi: quo ego ab doctissimo & innocentissimo viro Thoma Orsinio ductus sum. Videntur autem *Iguvini* ita ab *Iguvio* dicti, quemadmodum a Patavio Patavini: a Regio, Regini. Itaque depravate, nisi fallor, legitur apud Plinium, *Inguinini*: Si modo hosce populos, ut quidem est ve-ri-

57 Iguvii Thermus, P. Attius Cinguli; quæ sit populi urbani voluntas; quæ tua conjectura de rebus futuris: hæc velim crebro; & quid tibi de mulieribus nostris placeat, & quid acturus ipse sis: scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictavi propter lippitudinem.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

AD. VI. Kal. Febr. Capuam Calibus proficiscens, cum 58 fluenter lippirem, has litteras dedi. L. Cæsar mandata Cæsaris detulit ad Pompejum a. d. VIII. kal. cum is esset cum consulibus Theani. probata conditio est, sed ita, ut ille de b iis oppidis; quæ extra suam provinciam occupavisset, præsidia deduceret. id si fecisset, responsum est, ad urbem nos redituros esse, & rem per senatum confecturos. 59 spero esse in præsentia, pa- P. B.

b *alii* his.

risimile, significat in septima Italiæ regione. Hos a Ptolemæo quidam *Isuvinos* vocari volunt, unius litteræ mutatione facta; quamquam, si cui *Iguini* dicere placuerit, haud vehementer adversabor, sciens a *Lanuvio*, non modo *Lanuvini*, sed etiam *Lanuini*, scriptum inveniri. *Malasp.*

57. *Iguvii Thermus.*) Hæc est Malasp. sive Steuchii conjectura, cui assentitur Lambinus & Pighius lib. XVII. Annal. Rom. ad annum V.C. DCCIV. Manutius legit *Inguis Thermus*, non *Tiguii* aut *Sisingui*; idque non modo ex vetere libro & historia, sed etiam ex lapide qui est *Fulginei*, in quo *Inguii* oppidi mentio fit; ut apud ipsum videre est. Manutii lectionem confirmat Junius, partim ex msf. optimo Pal. partim ex historia. *Inguium* enim corrupte *Iguium*, euphoniæ causa *Iguvium*. Ptolemæo ἰσούιον corrupte (legendum enim ἰγούιον) Umbrorum oppidum fuit ad viam Flaminiam. *Cleric.*

58. *Fluenter lippirem.*) Recte Lamb. ex depravata Tornæs. scriptura reposuit, *fluenter.* in Decurtato litteræ hujus vocis oculos præ vetustate fugiebant. vulg. *leviter.* Idem.

59. *Spero esse in præsentia.*) Veteres nostri ita summo consensu referunt, *spero esse in præsentia.* sensus est, spero esse in præsentia quod pacem habeamus. *Bosius.* In Balliol. quoque & Helmst. *esse* habetur: sed tamen hanc loquendi rationem *spero esse pacem habere*, respuit Latina lingua. Malui cum Victorio, Manutio, Bruto, Lambino, aliisque: *spero etiam in præsentia.* hoc sensu: Spero nunc, quia conditiones utrimque feruntur, bellum ortum finitum iri, nosque pacem habituros. *Gravius.* Crediderim scrip-

pacem nos habere. nam & illum furoris, & hunc c nostrum copiarum suppœnitet. Me Pompejus Capuam venire voluit, & adjuvare delectum: in quo parum prolixe 60 respondent Campani coloni. Gladiatores Cæsaris, qui Capuæ sunt, de quibus ante ad te falsum ex Torquati litteris scripseram, sane commode Pompejus distribuit, binos singulis patribus familiarum. 61 secutorum in ludo IↃↃ. fuerunt: 62 eruptionem fa-

c nostrarum *MS.*

scripsisse, *spero certe in præsentia pacem nos habere.* Infra distinguebat pater: *Nam si quid offendimus in genere nostro (quod quidem ego præstare non debeo) sed id fit majus &c.* hac sententia: si quid delinquere videmur apud Pompejanos, quod gener meus Dolabella est cum Cæsare (etsi mihi adsignari culpa ejus nequit) sed si videmur in eo aliquid delinquere, id augescit & gravius fit, quod mulieres &c. *Gronovius.*

60. *Respondent Campani.*) *Ad nomina*, ut loquitur Livius: *dant nomina* epist. 19. h. l. *Corrad. Respondere ad nomen* & simpliciter *respondere* proprie dicebantur Romani cives, qui in dilectu citati præsto sunt, & nomina dant. Liv. lib. III. *Juniores cum sine provocatione imperium esset, ad nomina responderunt.* Valer. Max. l. VII. 3. *M'. Curius Consul cum dilectum subito edicere coactus esset, & juniorum nemo respondisset.* Varro apud Gell. XI, 1. *M. Terentius Varro, quando citatus neque respondit, nec excusatus est.* Græv.

61. *Scutorum in ludo M. fuerunt.*) Nos *secutorum* scripsimus, quod alios etiam animadvertisse scimus: hanc enim putavimus non parvis argumentis esse hujus loci rectam lectionem. Cæsar ipse in commentariis de Bello Civili: *Gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, ad forum productos Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, & se sequi jussit: quos posteamonitus a suis quod ea res omnium judicio reprehendebatur, circum familiares conventus Campaniæ, custodiæ causa, distribuit.* Scripsit etiam Cæsar ad Ciceronem de hoc negotio, ut ex secunda VIII. libri epistola colligimus. Nam quin secutores gladiatores sint, dubium esse non debet, ex Juvenale & Artemidoro de Somniis, qui lib. II. cap. περὶ μονομαχίας varia genera gladiatorum nominat, omniaqne variis nominibus appellat. de secutoribus autem sic: Εἰ δὲ σεκούτορις, εὔμορφον μὲν λήψεται (loquitur autem de nuptiis & uxore ducenda) γυναῖκα καὶ πλουσίαν, μεγάλα δὲ φρονοῦσαν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ διὰ τοῦτο καταφρονοῦσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ κακῶν πολλῶν αἰτίαν ἐσομένην ἀεὶ γὰρ διώκει. Numerus autem longe major est in nostro libro, quem ex veteri exemplari accepimus. Sic autem de his notis Priscianus in libello de Ponderibus & Mensuris: *Quinque millia. per I. & duas a dextra parte apostrophos.* IↃↃ. etsi nostri librarii pro virgula illa, primam literam ex quatuor, quæ permutationem non patiuntur, imperite posuerunt: in quod peccatum sæpe propter similitudinem characterum lapsi sunt. Tu igitur, humanissime lector, hujuscemodi menda, quæ vis caveri possunt, æquo animo ferto & corrigito. *Victor.*

62. Eruptio.

facturi fuisse dicebantur. sane multum in eo reipublicæ provisum est. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quæso videas, ut satis honestum nobis sit, eas Romæ esse, cum ceteræ ulla dignitate discesserint: hoc scripsi ad eas, & ad te ipsum antea. velim, eas cohortere, ut exeant: præsertim cum ea [d] prædia in ora maritima habeamus, cui ego præsum, ut in his pro re nata non incommode possint esse. nam si quid offendimus, in genero nostro; quod quidem ego præstare [e] non debeo. sed id fit majus, quod mulieres nostræ præter ceteras Romæ remanserunt. tu ipse cum Sexto, scirem velim, quid cogites de exeundo, de totaque re quid existimes. [63] equidem pacem hortari non desino: quæ vel injusta utilior est, quam [64] justissimum bellum. sed hæc, ut fors tulerit.

[d] *ita Mamut. alii* presidia.

[e] nunc debeo, id fit *alii.*

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S. P. CXII.

Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem; non [f] quo haberem magnopere, quid scriberem; sed ut loquerer tecum absens: quo mihi, cum coram id non [g] licet, nihil

[f] *alii* quod.

[g] liceret *alii.*

62. *Eruptionem facturi fuisse dicebantur.*) Ante verbum *eruptionem* in manuscripto est *bis*, pro quo in libro Longolii scriptum est, *cum iis*. Ursin.

63. *Equidem ad pacem hortari.*) Balliol. & Helmst. *Pacem quidem hortari*. Scribe: *Equidem pacem hortari*. Sic *bellum hortari* apud Justinum XIV. 1. ut ubi ex MSS. restitui. Ovid. in ep. Herus: *cupio non persuadere quod hortor*. Cic. VI. ad Attic. 2. *quod quidem illum soleo hortari*. Et VIII. ad Attic. 9. *Cum autem ad eam hortarer, eum præsertim hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si id, quod eum hortarer, convenire ejus sapientia dicerem*. Si Balliol. Helmest. & S. Bos. ac Grut. edd. Vetustiores vero Victorii, Manutii, Bruti male: *ad quod eum hortarer*. Grævius.

64. *Justissimum bellum.*) Al. *bellum cum civibus.* recte, ne vitiose dictum esse videatur. ipse preterea Philipp. II. ita scribit: *omnis mihi pax cum civibus bello civili utilior videbatur*. Corrad. Balliol. & Helmst. *Justissimum bellum in civilibus*. Sed *in civilibus* interpretatio est alicujus magistri, qui ad marginem hec alleverat. Atticus enim intelligebat optime de hoc bello civili Ciceronem loqui, non de aliis, que aut pro dignitate aut salute imperii cum exteris gerebantur. *Gravius.*

65. *Quas*

hil est jucundius. Capuam cum venissem a. d. VI. Kal. pridie, quam has litteras dedi, consules conveni, multosque nostri ordinis. omnes cupiebant Cæsarem, abductis præsidiis, stare conditionibus iis, 65 quas tulisset. uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat: 66 sed is haud auditus in consilio. Cato enim ipse jam servire, quam pugnare, mavult. sed tamen ait, in senatu se adesse velle, cum de conditionibus h agatur, si Cæsar adductus sit, ut præsidia deducat. ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne obsit, in senatu esse vult. Postumus autem, de quo nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret, i Fussanoque succederet, negat se sine Catone iturum: & 67 suam in senatu operam auctoritatemque k magni æstimat. l ita res ad Fannium pervenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris summa m varietas est. plerique negant, Cæsarem in conditione mansurum: 68 postulataque hæc ab

h *alii* agetur.
i *ita Bos. alii* Fufanoque, *aut* Furfanoque.
k quam magni *MSS.*
l itaque res *MSS.*
m veritas *MS.*

65. *Quas tulisset.*) His videlicet, ut Pompejus eat in Hispaniam; delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur, se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniano traditurum: ad consulatus petitionem venturum: absentis rationem haberi nolle, præsentem petiturum. Fam. ep. 10. lib. XVI. *P. Manut.*

66. *Sed is haud auditus.*) Auctoritate Decurtati hanc particulam *haud*, restituit Bosius. sed hoc minus probat Lambinus, qui Malasp. conjecturam sequutus edidit, *Sed vix auditus in consilio.* Junius vero, *sed is auditus in consilio non est*, ex mss. Palat. emendat. *Cleric.*

67. *Suam in Senatu operam auctoritatemque magni æstimat.*) Restitui particulam elegantem ex Ball. & Helmst. in qua scribitur: *Suam in Senatu operam auctoritatemque quam magni æstimat*, quæ in editis desideratur. Terent. Andr. I, I. *Rejecit se in eum flens quam familiariter.* Svet. Galb. c. 3. *Pater consulatu functus quam brevi corpore.* Cic. II. ad Fam. 13. *Suos milites valde quam paucos habet.* Petrum Victorium jam ante hanc, quæ exciderat, particulam reposuisse nunc deprehendo, quem cur nec Manutius nec Bosius aliique audierint non exputo. pro *æstimat* iidem MSS. *existimat*, & statim: *Itaque res ad Fannium pervenit.* De hoc Fannio vide ep. 24. lib. II. ep. 6. lib. II. *Gravius.*

68. *Postulataque hæc.*) Ita pendet hoc a verbo, *Negant*, ut affirmetur potius, quam negetur. verbum enim, *Nego*, sæpe negat in primo membro, affirmat in secundo: ut in oratione pro Roscio Comœdo, *Adversaria in judicium protulit nemo, codicem protulit.* pro, codicem aliquis protulit. Idem agnoscitur apud Horatium, in iis versibus, *Qui fit, Mæcenas, ut nemo*, nam cum subjunxit,

Laudet

ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. ego autem eum puto facturum, ut præsidia deducat. vicerit enim, si consul factus erit, & minore scelere vicerit, quam quo ingressus est. sed accipienda plaga est. sumus enim flagitiose imparati n cum a militibus, tum a pecunia: quam quidem omnem, non modo privatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, quæ in 69 ærario o est, illi reliquimus.

n tum *MSS.* P. B.

o est *deest in aliis.*

Laudet diversa sequent. satis constat non referri ad, *Nemo*, sed necesse esse, ut aliquis subaudiatur: hujus generis exempla non desideramus. vide cap. 30. lib. XII. Fam. *P. Manut.*

69. *Ærario.*) Ex quo Cæsar postea pecuniam sumpsit. cap. 4. & 7. lib. X. Ærarium autem fuisse in Saturni templo, satis ex Festo Plutarchoque in Probl. constat: sed, æraria tria cur nominentur, non omnes fortasse norunt; itaque totam hanc rationem paullo diligentius conabimur explicare. Ærarium primum illud fuit, quo effracto, cum per annos multos, ut Appianus & Lucanus perhibent, clausum fuisset, C. Cæsar pecuniam universam belli civilis initio sumpsit. atque in hoc, tradit Appianus, conditum fuisse aurum, quod in usum Gallici belli erogandum asservaretur, quod videtur esse jam inde ab eo tempore institutum, cum urbem Romam Galli captam incenderunt. tunc enim ut rursum illud reponeretur, belli Gallici metu decretum est. atque ego, quidquid postea ex victoriis, ut ab Africanis duobus ex secundo & tertio Punico bello, a prioris fratre ex Asia, a Mummio ex Achaia & Paullo ex Macedonia, Lucullo & Pompejo ex Tigrane & Mithridate partum est, (ut alios pæne innumerabiles omittam) eodem postea congestum existimo; primum, quia exiguam plane auri vim fuisse, quę priscis illis temporibus, paullo post urbem a Gallis liberatam, in magna omnium rerum inopia, nondum valde prolatis imperii terminis, deposita est, verisimile videtur; cujus tantulæ pecuniæ caussa numquam certe fores ærarii sibi effringendas Cæsar putasset; a quo ablata laterum aureorum XXVI. M. & in numerato pondo CCC. Plinius lib. XXIII. cap. 3. affirmat: deinde, quod ærarium illud, quod per vim ingressus est Cæsar, id fuisse, quo aurum atque argentum ex præda Punica, & Macedonica congestum est, Lucanus libro III. docet his versibus.

> *Tum conditus imo*
> *Eruitur templo, multis intactus ab annis,*
> *Romani census populi, quem Punica bella,*
> *Quem dederat Perses, quem victi præda Philippi.*

De hoc fortasse ærario sensit Valerius lib. III. cap. 7. Alterum fuit ærarium ex auro vicesimario: quod in sanctiore ærario servatum ad ultimos casus, Livius lib. XXVII. prodidit. collectum autem ex eorum, qui manumitterentur, vicesima, idem Livius lib. VII. narrat. Tertium ex annua vectigalium pecunia constabat: ex quo quidquid belli necessitas, aut quotidianus reip. usus requireret,

de-

mus. Pompejus 70 ad legiones Attianas est profectus: Labienum secum habet. ego tuas opiniones de his rebus exspecto. Formias me continuo recipere cogitabam.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

OMNES arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordine, quo sunt missæ, per Terentiam. De mandatis Cæsaris, adventuque Labieni, & 71 responsis 72 consulum ac Pompeji, scripsi

decernente senatu, ut ait Polybius, vel etiam, quod postremis temporibus P. Clodius tribunus pl. contra leges instituit, populo jubente sumebatur. atque hoc tertium ærarium assiduis tum ordinariis, tum extraordinariis impensis exhaustum, & ad summas angustias redactum, in Agraria II. & in oratione de Provinciis Consularibus, & in extrema pro Balbo, etiam in C. Verrem Cicero, Pedianus in commentario Cornelianæ, Marcellinusque l. xvi. significant. Priora duo perquam raro aperiri, ideoque sanctiora vocari solita, Cicero, Cęsar & Livius demonstrant. nam de prędę bellicę ęrario, in quo ipso fuisse aurum, Gallici belli metu depositum, ep. 12. & 20. significatur. Cęsar autem ipse l. I. de Bello Civili sic: *Lentulus consul, aperto sanctiore arario, ex urbe profugit.* Florus quoque lib. IV. sanctum ęrarium vocat. Iridem sanctius ęrarium dictum illud esse, quo vicesimarium aurum servabatur, Livius lib. XXVII. ostendit. *Consulibus*, inquit, *aurum vicesimarium, quod in sanctiore arario ad ultimos casus servabatur, promi placuit.* Quod autem ait Lucanus, *Multis intactus ab annis* ita verisimile videtur, si civilia bella excipias. certe enim neque C. Mario, neque Cinnę, neque postremo Sullę, qui publicam libertatem armis oppresserunt, pecuniam capere ex ęrario religio fuit. etiam ipsum Pompejum ante Cęsarem, orta inter eos civili contentione, ęrarii pecunia esse usum, quis dubitet? quamquam accepit multo minus, quam reliquit. quod hic Cicero queritur. Cum igitur ęraria tria memorantur, distinguuntur pecunię potius quam loca: cum in uno Saturni templo publicę omnes pecunię asservarentur: sed in eo templo tres fuisse cellas, in quibus thesauri publici reponerentur, licet existimare: ut pecunię publicę tria genera fuerint: (pecuniam voco, sive aurum argentumque percussum esset sive factum, ut vasa, & similia, sive infectum, ut latera) unum ex auro illo propter belli Gallici timorem deposito, & ex pręda bellica; alterum ex auro vicesimario; tertium ex annuis vectigalibus. *P. Manut.*

70. *Ad legiones Attianas.*) Quidam reposuerunt *Atinianas*, ab Atina oppido. frustra, *Attiana* legiones erant quas P. Attius Varus

scripsi ad te litteris iis, quas a.d. P v. Kal. Capua dedi: P VII. alii. pluraque præterea in eandem epistolam conjeci. nunc has exspectationes habemus duas; unam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit ea, quæ referenda ad illum data sunt L. Cæsari; alteram, quid Pompejus agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitum habiturum; spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet, non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum: cujus adventu Cnæus noster multo animi plus habet. Nos a consulibus Capuam venire jussi sumus
73 ad nonas Febr. Capua profectus sum Formias a.d. III. Kal.

rus habebat ep. 13. *Quid agat Domitius in Marsis, Iguvii Thermus, P. Attius Cinguli*. Sic Cæsar lib. 1. Milites Attianos collaudat. *Popma*. Legendum est *Appianas*, ut intelligantur duæ illæ legiones, quæ a Cæsare per speciem belli Parthici abductæ, & Pompejo traditæ circa Luceriam hærebant, sic dictæ ab Appio legato, qui eas ex Gallia adduxerat teste Plutarcho, J. Lips. Cent. II. ad Belg. ep. 16. quem vide. *Grav.*

71. *Responsis consulum ad Pompejum.*) Confirmor in mea veteri sententia, legendum esse, *Responsis consulum, ac Pompeji.* quod epistola plane demonstrat, quæ ante proximam est superiorem, & quæ post hanc proxima sequitur. *P. Manut.*

72. *Consulum ac Pompeji.*) Recte Malasp. conjecit legendum, *Consulum ac Pompeji*, ut apparet ex hac compendiaria scriptura Decurtati, *& responsis* Coss. *ac Pomp.* quod etiam legendum asserit Manutius. vulgo, *Consulum ad Pompejum*. Cleric.

73. *Ad Nonas Febr. Capua profectus sum Formias ad* III. *K.*) Expono, III. Kal. Quidam tamen putant erratum in scriptura, proque *Ad* III. *K. a.d.* hoc est, Ante diem III. K. esse legendum: neque hic solum, sed plane omnibus in locis, ubi hæc dicendi forma reperitur. Hoc vero satis præ se ferunt, cum testimonia quæ illi ex Cicerone afferunt non ut in impressis habentur, hoc est, *Ad. v. Id. K. Non.* verbi gratia; *sed a. d. v. Id. K. Non.* exscribunt. Quorum ego opinioni non equidem adversor. Nam & habet quod sequatur: & lapsus tam faciles, quam quisque per se potest existimare. Argumenta quæ hoc doceant, non videntur deesse: primum, *Ad* III. *K.* vel *Id.* vel *Non.* non id valere, quod vulgo existimant, III. K. Id. Non. sed vel circa vel usque ad III. K. Id. Non. Id quod non paucis ex ipsomet Cicerone, testimoniis confirmatur. Is enim lib. VI. ep. I. *Velim dum ero Laodiceæ, id est, ad Id. Maji.* Et eodem lib. ep. II. *Tum magis id faceres, si adesses, atque hoc foro, quod egi ex Idibus Feb. Laodiceæ ad K. Majas, omnium diœcesium.* Item alibi: *In Arcano ad* VI. *Id. Septembris fui*. Additur nonnunquam, ut plenior sit oratio, *usque*. ut, *De Q. fratre nuntii nobis tristes nec tamen varii venerunt: ex ante diem Non. Jun. usque ad Prid. K. Septembris.* Quibus in

q *alii* assentio. kal. eo die cum Calibus tuas litteras hora fere nona accepissem, has statim dedi. De Terentia & Tullia tibi q assentior; ad quas scripseram, ad te ut referrent: si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moveant, quoad perspiciamus, quo loci sit res.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

74 TUÆ litteræ mihi gratæ jucundæque sunt. De pueris in Græciam transportandis tum cogita-
P.CXIII. bam, cum fuga ex Italia quæri videbatur. nos enim Hispaniam peteremus. illis hoc æque commodum non erat, tu

in locis, non certus quidam dies, velut Idibus, VI. Id. atque id genus, sed continuati temporis extremum significatur. *Ad*, item Circa, ut diximus valere; ex eodem M. Tullio, lib. XIV. illa declarant. *Sed de omnibus meis consiliis, existimo exploratius nos ad Kal. Jun. statuere posse: ad quas adero.* Et haud ita inferius. *Quamobrem ista nobis ad Kal. Jun. tractanda, & perficienda sunt.* Quæ Grammatici quidam, Circa Kalendas exponunt. Quæ pro vulgata lectione afferri possent testimonia, qualia sunt, Ad VIII. Id. Ad VI. K. ad IV. Non. & generis ejusdem multa: ea in dubium revocantur, ne pro *a. d. Ad*, factum sit, librariorum, & imperitorum vitio: præsertim cum in tanta librorum depravatione, non pauca tamen hujus locutionis adhuc incorrupta existent exempla, de quorum sinceritate non dubitetur. Ne quæ continentur in hac ipsa epistola, in qua versamur, antecedunt hujusmodi: *Nos a Coss. Capuam venire jussi sumus. ad Non. Feb.* vulgatæ lectionis caussam sublevant, propterea quod non id significant, jussum esse Ciceronem Nonis venire, cum eo ipso die Senatus habendus esset, atque oporteret adesse; sed jussum esse venire Capuam, ut Nonis in Senatu posset esse. Itaque eo venit Prid. ut ex XIX. epistola palam fit, de qua re etiam infra dicemus. Nec tamen quia tam multa in hanc sententiam disputavimus, ideo impetrare a lectore volumus, ut ita emendetur: Sed quia hæc viris doctis placuit, nonnullis, quibus eos argumentis adductos suspicaremur, nec tamen certissimis in medium proferremus. Eruditi poterunt diligentius cogitare, deque re certius constituere. *Malasp.* Hic locus in manuscripto aliter legitur, &, ut puto, melius: *Nos a Coss. Capuam. v. j. s. a. d.* IV. *Non. Febr. Capua p. s. Formias, a. d.* III. *Non.* Ursinus.

74. *Tua littera mihi grata.*) Hinc initium epistolæ fecit Bosius, partim ratione, partim Decurtati auctoritate nixus, in quo apposita est ante hæc verba nota, qua plerumque in hoc libro distinguuntur epistolæ. *Cleric.*

75. *Etenim*

tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romæ recte esse posse. 75 etenim minime amici Pompejo nostro esse debetis. nemo enim umquam tantum de urbanis præsidiis detraxit. videsne me etiam jocari? Scire jam te oportet, L. Cæsar quæ responsa referat a Pompejo, quas ab eodem ad Cæsarem ferat litteras. scriptæ enim & datæ ita sunt, ut proponerentur in publico: in quo accusavi mecum ipse Pompejum, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, 76 Sestio nostro scribendas dederit. itaque nihil umquam legi scriptum σηςιωδέςερον. perspici tamen ex litteris Pompeji potest, nihil Cæsari negari, omniaque, & cumulate, quæ postulet, dari, quæ ille, amentissimus fuerit, nisi acceperit, præsertim cum impudentissime postulaverit. quis enim tu es, qui dicas, 77 si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimi-

75. *Etenim minime.*) Verba ambigue posita primo conspectu significant: vos non est necesse Pompejum sequi, ut me, qui beneficium ejus habeo. Sed ratio subjuncta παρὰ προσδοκίαν, vel præter exspectationem alium iis sensum addit, nempe: vos qui estis patres familias locupletes, non habetis causam, cur magni faciatis Pompejum, qui fœneratores in obsidione reliquit v. Fam. ep. 6. Solebant alioquin Imperatores, quoties ad bellum proficiscebantur, partem copiarum domi relinquere ad tutelam urbis. *J. F. Gronov.*

76. *Sestio nostro.* Ep. 17. lib. v. *Corrad. Sextio nostro scribendas dederit.*) Ei fortasse, cujus dicta, ad Volumnium scribens, queritur sibi adscribi. queritur autem quod inepta essent & insulsa. Ita enim ibi: *Ais enim ut ego discesserim, omnia omnium, in his etiam Sestiana in me conferri. Quid? tu pateris? nonne defendis? non resistis? &c.* Et cum ubique frigidus, & insulsus esset, tamen hoc in loco Cicero affirmat, nihil se tam Sestiane scriptum vidisse unquam. Verum hunc locum Victorius, in posterioribus in epistolas, quas familiares vocant, castigationibus explicavit. Sed quæri illud potest, cum & Sextia familia, & Sestia Romæ fuerint, illa quidem plebeja, hæc patricia, utro modo scribendum sit hoc loco. Etjmss. quidem *Sestio* habent: quod rectum esse, magno est argumento, quod σηςιωδέςερον intulit: cum nihil caussæ fuerit, si Sextium significare voluisset, quo minus σεξτιωδέςερον posse inferre. Utraque enim familia καὶ Σηςίων καὶ Σεξτίων, apud Græcorum scriptores commemoratur. unde etiam ὕδατα σέξτια. Hæc faciunt ut *Sestio* magis probem, nisi si historia repugnet, quod certum nondum habeo. *Malasp.*

77. *Si in Hispaniam &c.*) Eat Pompejus in Hispaniam: delectus, qui sunt habiti, & præsidia dimittantur: tum ego; tradita provincia, ad consulatus petitionem ipse veniam. hæ fuerunt conditio-

miserit? tamen r conceditur; minus honeste nunc quidem, violata s jam ab illo republica illatoque bello, quam si olim de ratione habenda impetrasset; & 78 tamen vereor, ut his ipsis contentus sit. nam cum ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paullo quietior, dum responsa referrentur. dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo t IX. Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem: nihil ei me gratius facere posse. hæc verbis plurimis. intellexi ex dierum ratione, ut primum de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus. v itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Servium scripserit. illud admiror non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Cœlium egisse. quamquam non aspernor Trebatii litteras, a quo me unice diligi scio. rescripsi ad Trebatium, (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui) quam illud hoc tempore esset difficile; me tamen in prædiis meis esse, neque delectum ullum, neque negotium suscepisse. in quo quidem manebo, dum spes pacis erit. sin bellum geretur: non deero officio nec dignitati meæ, pueros x ὑπεκθέμενος in Græciam. totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. tantum y mali excitatum z partim a improbis, partim ex invidis civibus, sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur, quorsum evasura sint. tum ad te scribam b plura, si erit bellum, c si autem etiam induciæ, te ipsum, ut spero, videbo. Ego IIII. non. Febr. quo die has litteras dedi, in Formiano, quo Capua redieram, mulieres exspectabam: quibus quidem scripseram, tuis litteris admonitus, ut Romæ manerent. sed audio majorem quendam in urbe timorem esse. Capuæ non. Febr. esse volebam, quia consules jusserant. quidquid huc erit a Pompejo allatum, statim ad te scribam: tuasque de istis rebus litteras exspectabo.

r non cōced. *alii.*
s jam *deest in MS.*
t VIII. *MS.*
v ita *MS.*
P. B.
x ἐπεχθ. *MS.*
y malum *MS.*
z est partim *alii.*
a ab *alii.*
b plura *deest in MS.*
c sin etiã *MS.*

EPI-

ditiones a Cæsare latæ. Fam. ep. II. lib. XVI. *P. Manut.*

78. *Tamen vereor.*) *Et tamen*, veteres libri tum nostri, tum Petri Victorii, significantius. Non puto, inquit, Cæsarem oblatas conditiones repudiaturum. ejusmodi enim sunt, ut amentissimus sit, nisi accipiat. Et tamen vereor, quæ hominis est insania, ut ipsis contentus sit. *Malasp.*

79. *Utrum*

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

QUARTO non. Febr. mulieres nostræ Formias venerunt, tuaque erga se officia, plena tui suavissimi studii, d attulerunt: eas ego, quoad sciremus, 79 utrum turpi pace nobis an misero bello esset utendum, in Formiano esse volui, & una Cicerones. ipse cum fratre Capuam ad consules (nonis enim adesse jussi sumus) III. non. profectus sum, cum has litteras dedi. Responsa Pompeji grata populo & probata concioni esse dicuntur. ita putaram: 80 quæ quidem ille si repudiarit, jacebit: e si acceperit? utrum igitur, inquies, mavis? responderem, si quemadmodum parati essemus, scirem. Cassium, erat hic auditum, expulsum Ancone, eamque urbem a nobis teneri. si bellum futurum est, negotium utile. Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen ajunt acerrime delectum habere, loca occupare, 81 vinciri præsidiis. o perditum la-

d pertul. alii.

P. CXIV.

e sin alii.

79. *Utrum turpi pace nobis, an misero bello esset utendum.*) Consentiunt Decurtatus & Crusellinus cum Tornæs. & iis quibus usus est Malasp. in hujus scripturæ repræsentatione, quod etiam de Tornæs. Lambinus testatur; eosque qui vulgatam lectionem sequuntur, nugas agere dicit. *Cleric.*

80. *Quæ quidem ille si repudiarit, tacebis.*) Scripsimus ex nostro antiquiore codice, *jacebit*. Hanc autem sententiam inde elicimus, Si Cæsar responsa Pompeji repudiarit, *jacebit*: id est omnium amorem benevolentiamque amittet, & pessime rebus suis consulet. cum enim ea sint grata populo, & probata concioni, non potest ea Cæsar repudiare, quin in omnium odium veniat. Frequens autem est hoc verbum apud hunc autorem, ut lib. x. ad Atticum: *Jacere Cæsarem putans offensione populari*. Quæ autem sequuntur verba, *si acceperit*, cum interrogatione legenda sunt. Quasi dicat, quid erit? non minus enim ab illo mali instat, si eas conditiones acceperit: fractis enim semel inimicis suis intolerabilis in rep. erit: ut incertum sit, quid magis sit optandum. est autem ἀποσιώπησις figura: non enim exponit quid futurum sit, sed reticet. *Victorius.*

81. *Vincire præsidiis.*) Nostri ad unum omnes, *Vinciri*, ut ad personam Cæsaris, qui ne posset offendi, accurate provideret, atque omnia circa se tuta redderet, non ad loca referatur. Et sane duco videndum, utrum præsidiis loca vinciri dicantur, cum ipsa etiam loca præsidia sint: unde *præsidium stativum* dixit Philip. XII.

f o deest in multis & MSS. latronem ! f o vix ullo otio compensandam hanc reipublicæ turpitudinem ! sed stomachari desinamus, tempori pareamus, cum Pompejo in Hispaniam eamus. 82 hæc opto in malis; quoniam illius alterius consulatum a republica, ne data quidem occasione, 83 repulimus. Sed hæc hactenus. De Dionysio, fugit me ad te antea scribere: sed ita constitui; exspectare responsa Cæsaris; ut, si ad urbem rediremus, ibi nos exspectaret; sin g accerser. alii. tardius id fieret, tum eum g 84 arcesseremus. h omnino quid

h omitto Lamb.

Et pro Ligario. In *præsidiis hostium versari*. Enimvero quibus præsidiis loca vinciantur? Munitionum? At ea, præsidia non vocantur, cum præsidia imponantur & collocentur. Hominum? At his præsidiis loca vinciri non dicuntur, sed muniri, firmari, occupari, teneri. Vinciri tamen præsidiis homines solent. D. quidem Brutus ad Ciceronem: *Post novissimum Hirtii sermonem, placitum est mihi postulare, ut liceret nobis esse Romæ, publico præsidio*. Verum nihil statuo: tantum argumenta illa affero, quibus ea scriptura, quæ tot librorum consensu nobis insinuatur, probior etiam videatur. *Malasp.* Sic & Balliol. & Helmst. ut a tot codicum lectione recedere nefas sit. quamvis editi omnes ante Bosium *vincire*. sed cum nec hæc lectio genuina sit, ut ostendit Malaspina, Latine enim non dicitur, *vincire præsidiis urbem*, potius duxi antiquiorum MSS. scripturam servare, donec codex melior ceteris eruatur, quam editorum sequi conjecturas. *Gravius*.

82. *Hæc opto in malis*.) Multo libentius legerit Lipsius, '*hæc optima in malis*; qui consulatur lib. II. Variar. Lect. cap. 15. Grutero nascebatur sub manu; *Hæc optio*, quomodo Ammianus Marcellinus lib. XVII. cap. 28. *ut in malis optabile*. Cleric.

83. *Repulimus*.) Manutius & Corradus ita explicant, quia Cæsaris alterum consulatum, quem, ne si occasio quidem esset, repellere debebamus, quia populus dederat, sine occasione repellere voluimus. Sed nunquam fuit Cicero tam Cæsarianus, ut hoc diceret. sup. ep. 9. Deinde semper Cicero sensit, tyranno, si maneat in tyrannide, nihil bene nec dari nec promitti, nec si quid promissum sit, servandum esse III. de Off. 6. Rectius videtur Popma, *ne tum quidem ei restitimus, cum daretur occasio, explicare*. Putat autem occasionem, cum tribuni ferrent de ratione habenda. Etiam bene, sed nimis anguste. Sensus autem hic videtur Ciceronis: non providimus, ne ille iterum consul fieret, ne tum quidem, cum providere liceret: sive intelligat tertio Pompeji consulatu, cum tribuni tulerunt: sive anno sequenti, cum ageret Marcus Marcellus; Svet. Jul. 28. & lib. VIII. Att. ep. 3. Sive cum Cato Gallis dedendum censuit. Svet. Jul. 24. Omni enim hoc tempore imparatus Cæsar fuit ad bellum inferendum reip. & puto Ciceronem scripsisse *depulimus*. J. F. Gronov.

84. *Arcesseremus*.) Id est, si non conveniet nobiscum Cæsare, nec redire ad urbem poterimus, ut necesse sit illum ad nos in hac fuga morantes vocari, sic cum temperabis, ut volens veniat. An

quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine & amico dignum fuerit, [85] cum præsertim rogatus [i] esset. sed hæc non nimis exquiro a Græcis. tu tamen videbis, si erit, quod nolim, arcessendus. [86] ne molesti simus invito. Quintus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat: nec Egnatio voluntas deest: nec parum locuples est: sed cum tale tempus sit, ut Q. Titinius (multum enim est nobiscum) viaticum se neget habere; idemque debitoribus suis denuntiarit, ut eodem fœnore uterentur; atque hoc idem etiam L. Ligius fecisse dicatur; nec hoc tempore aut domi nummos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram usquam facere possit; miratur, te non habuisse rationem hujus publicæ difficultatis. ego autem etsi illud ψευδησιόδειον (ita enim putatur) observo, μηδὲ δίκην, præsertim in te, a quo nihil umquam vidi temere fieri; tamen illius querela movebar. hoc, quidquid est; te scire [k] volui.

i esset, scio alii.

P. B.

k volui Cura ut valeas.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

NIHIL habeo, quo ad te scribam. quin etiam [l] epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.

l eam epist. alii.

erat

An potius alium liberum nostris Pædagogum circumspicias. *J. F. Gronov.*

85. *Cum præsertim rogatus esset.*) In libro Car. mei. item Faerni, Antoniano, post *Esset*, *Scio*, scriptum legitur. Cum in aliis non sit, utrum suppletum fuerit ab aliquo, haud equidem scio. *Scio* quidem, aut quid tale desideratur: nisi supra pro *Omnino quid ille, &c. Omitto quid ille, &c.* malumus legere. ut sit, omitto, quid ille facere debuerit, & quæ sequuntur. quasi dicat. Omitto quod ad me advolare debuerit, præsertim rogatus. Debuit autem, quod multis & magnis officiis fuerat a Cicerone ornatus. *Malasp.* In Ball. & Helmst. *scio* quoque non legitur nec in M. Bruti editione: in Ball. quoque pro *esset* scribitur *essem*. Merito igitur meliores & antiquiores codices secutus Victorius *scio* rejecit. Est autem, ut bene monet Corradus, ἀνανταπόδοτον, ut superius in hac epistola. subintelligitur autem, cogita, judica, aut simile quid. *Gravius.*

86. *Ne sit molestissimus invitusque &c.*) Legimus cum vetere nostro codice, *ne molesti simus invito*, & cetera. Si contigerit, inquit, ut Romam nobis redeundum sit (tunc enim constituerat ac-

 cer-

erat enim plena spei bonæ; quod & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus usum putabam, præsertim suis. ecce tibi m III. non. Febr. mane accepi litteras tuas, Philotimi, 87 Furnii, Curionis ad Furnium, quibus n irridet L. Cæsaris legationem. plane oppressi videmur: nec, quid consilii capiam, scio: nec mehercule de me laboro; de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebar hæc scribens, quo facilius de Pompeji rebus cognoscerem.

m *ita Bos. alii* IV.
n irridunt *alii*.

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

BREVILOQUENTEM jam me tempus ipsum facit. pacem enim desperavi: bellum nostri nullum administrant. cave enim putes, quidquam esse minoris his consulibus: 88 quorum o ego spe audiendi aliquid & co-

o ergo *alii*.

cersendum esse) vide ne molesti simus invito. id est, si invitus ad nos venit, noli eum urgere: nec enim volumus ei molesti esse. Vulgata lectio (nisi fallimur) non tam venusta & elegans est. Postrema tria verba, hæc inquam, *cura ut valeas*, in his non reperiuntur: quare ea delevimus. *Victorius*.

87. *Furnii, Curionis ad Furnium.*) Curio, qui erat apud Cæsarem, Romam scripsit ad Furnium, irridens L. Cæsaris legationem. eas litteras Furnius cum suis litteris ad Ciceronem misit, ut ex Curionis litteris videret spem pacis esse nullam. *P. Manut.*

88. *Quorum ego spe audiendi aliquid.*) Ex omnibus quos vidi, unus Maffei *aliquid* non habet. Si recte, eadem est dicendi forma, quæ & in Captivis apud Plautum:

Nominandi istorum tibi erit magis, quam adeundi copia.

Et apud Terent. Heautontimor. *Date crescendi copiam novarum*, ut, *Audiendi quorum*, pro *Quos*, hic ita sit dictum: ut ibi *Nominandi istorum* pro istos; & *Crescendi novarum* pro novas. Sententia est plana & evidens. Sed movet me consensus reliquorum, qui *aliquid* retinent. Itaque *Quorum*, non Consulum expono, sed rerum omnium, quæ tum agitabantur, ut sit: *Quarum ego rerum spe audiendi, aliquid.* Malasp. Legendum est, *ergo*, ut ex Decurtato reposui, non, *ego.* est enim, *quorum ergo*, quorum gratia. *Bosius. Quorum ergo, spe, &c.*) Primo insulcerunt, *aliquid*, deinde omnes libri *ego.* vera lectio est: *Quorum ego spe audiendi & cog.* & ita Malaspina, sed in re intellecta permanere non potuit. *quorum audiendi*, id est, quorum audiendorum, vel quos audiendi spe. ita Sver. Octav. 38. *diripiendi pomorum*, Plaut. Capt. IV, 2, 72. *nominandi istorum.* & ipsi. Cic. II. Verr. 31. *Rejiciendi trium judicum.* J. F. Gronov.

cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni pridie nonas, ut eram jussus. illi autem [p] nondum venerant, sed erant venturi, inanes, imparati. Cnæus autem [q] Luceriæ dicebatur esse, & adire cohortes [89] legionum Attianarum, non firmissimarum. at illum ruere nuntiant, & jam jamque adesse, [90] non ut manum conserat, (quicum enim?) sed ut fugam intercludat ego autem [91] in Italia καὶ συναποθανεῖν. nec te id consulo sin extra, quid ago? ad manendum hiems, lictores, improvidi & negligentes duces; ad fugam hortatur amicitia Cnæi, causa bonorum, [92] turpitudo conjungendi cum tyranno: qui quidem incertum est, Phalarimne, an Pisistratum sit imitaturus. Hæc velim explices & me juves consilio. [93] etsi te ipsum istic jam calere puto.

p adhuc nond. *alii.*
q Nuceriæ *Corrad.*
P. cxv.

J. F. Gronov. Nullus dubito Maffei codicis scripturam recte se habere, in quo non reperitur *aliquid*, quod intrusit postea sciolus ignoratione formæ dicendi parum tritæ, de qua vide Sanctii Minervam lib. III. cap. 8. *Gravius*.

89. *Legionum vicinarum.*) Nos legimus eodem maxime exemplari autore: *Legionum Actinarum*. Antea hoc ipso volumine: *Pompejus ad legiones Actianas est profectus*. Hic autem *Actinas* scripsimus, credentes ab *Actio Actinus* posse deduci: ut a *Mario Marinus*, & ab *Hirtio Hirtinus*: quod alibi etiam adnotavimus. *Victorius*. *Legionum Attianarum*.) Victorius ex probatiori suo legendum censet, *legionum Actinarum*. legebatur antea, *legionum Vicinarum*. Lipsius Epist. Centuria ad Belgas, emendabat *Appianarum* Cleric.

90. *Non ut manum conserat.*) Cum minime suspecta ratio illa dicendi, & apud Varronem huncque ipsum Ciceronem atque alios, inveniatur: *Ex jure manu consertum vocare*; modusque supinus, in eum casum feratur, quem & reliqui modi: ambigi potest, num hic quoque *manu conserat*, sit potius: ut *Conserere* per se, pugnam ciere significet. Sic enim de Lingua Latina lib. v. Varro, *Conserere manum dicimus cum hoste; unde Ex jure manu consertum vocare*. Et Cicero in primo de Orat. *Id, nisi in tuo regno essemus, non tulissem: multisque praeessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses*. Malasp.

91. *In Italia.*) Si cum Pompejo mors in Italia sit oppetenda, non recuso. nec tuum consilium exquiro, si maneat Pompejus in Italia, quid mihi agendum sit: deliberatum est enim & fixum. *P. Manut.*

92. *Turpitudo conjungendi.*) Intelligendum passive. ut in Just. *erudiendi gratia*. lib. VII. c. 3. *Gestandi gratia prodire* lib. VII. D. qui man. vind. ut gestet. *J. F. Gronov.*

93. *Etsi te ipsum istic jam calere puto.*) *Carere* pro *calere* emendatum est in libro doctissimi viri. *Ursin.*

to. sed tamen quantum poteris. ego si quid hic hodie novi cognoro, scies. jam enim aderunt consules ad suas nonas. Tuas quotidie litteras exspectabo. ad has autem, cum poteris, rescribes. Mulieres & Cicerones in Formiano reliqui.

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

r nos alii. DE malis nostris tu prius audis, quam r ego. istinc enim emanant. boni autem hinc quod exspectes, nihil est. 94 Veni Capuam ad nonas Febr. ita ut jusserant consules. eo die Lentulus venit sero: alter consul omnino non venerat VII. idus. eo enim die ego Capua discessi, & mansi Calibus. inde has litteras postridie ante lucem dedi. hæc, Capuæ dum fui, cognovi, nihil in consulibus, nullum usquam delectum. nec enim 94 conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent; cum ille f adsit

f ad se MSS.

t con-

94. *Veni Capuam a. d. II. Nonas.*) Sic est legendum, reclamantibus libris omnibus. nam *a. d. II. Nonas*, & *pridie Nonas*, idem valent. At in superiore epistola dicit se pridie Nonas Capuam venisse. Animadversum autem est a doctis, ubicumque scriptum fuerat a Cicerone: *a. d. II.* hunc numerum esse corruptum, & vel III. vel IV. esse factum pro II. vel funditus esse deletum, quemadmodum & supra ep. 16. *Nos a consulibus Capuam venire jussi sumus a. d. II. Nonas Febr.* ubi libri omnes habent, *ad Nonas Febr.* quæ lectio ferri nullo modo potest. Nam si quis dicat, *ad Nonas*, valere circiter Nonas, nugæ, cum circiter Nonas veniat is, qui vel ante Nonas, vel post Nonas veniat: consules autem certo die Ciceronem venire jusserint. Venerat aurem Cicero Capuam pridie Nonas, ut adesset Nonis. jam *a. d. II.* & *a. d. III. Nonas. &c.* idem valere, quod die II. & die III. Nonas, veritate ipsa verius est. *Lambin.* Non mutandam puto vulgatam lectionem, præsertim cum manuscriptorum codicum auctoritate nitatur. Dixit autem se venisse Capuam ad Nonas Februarias, ut scilicet adesset Capuæ ipsis Nonis. itaque epistola 20. hujus libri scribit se pridie Nonas venisse. Opinionem hanc nostram confirmant hæc verba ejusdem epistolæ, *Jam enim aderunt Consules ad suas Nonas.* eo fit ut nihil etiam mutandum putem in his verbis epistolæ 16. *Non a Consulibus Capuam venire jussi sumus ad Nonas Februarias.* Bosius.

95. *Conquisitore.*) Conquisitores erant qui ad diversa loca mittebantur propter milites evocandos, & colligendos exercitus. Eorum meminit pro Milone, Livius lib. XXX. & Hirtius de Bello Alexandrino. *Popma.*

96. De

t contra; cum noster dux nusquam sit, nihil agat: nec nomina dant. deficit enim non voluntas, sed spes. Cnæus autem noster (o rem miseram & incredibilem!) ut totus jacet! non animus est, non consilium, non copiæ, non diligentia. v mittam x illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimas in oppidis conciones, ignorationem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum. hoc cujusmodi est? VII. id. Febr. Capuam C. Cassius tribunus plebis venit, attulit mandata ad consules, ut, Romam venirent, pecuniam 96 de sanctiore ærario auferrent, statim exirent urbe relicta. redeant; quo præsidio? deinde exeant; quis sinat? y Consul ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum. at illud totum erat amissum: sciebat nemo, præter me, ex litteris Dolabellæ. mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia. Cnæus noster in navi. ego quid agam, σκέμμα magnum; 97 neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime; neque ego ullius consilii particeps sed tamen, quod me deceat. ipse me Cæsar ad pacem hortatur. sed antiquiores litteræ, quam ruere cœpit. Dolabella, Cœlius, me illi valde satisfacere. mira me ἀπορία torquet. juva me consilio, si potes: & tamen ista, quantum potes, provide. nihil habeo, tanta rerum perturbatione, quod scribam. tuas litteras exspecto.

t contra cum *Vict.*

v mitto *alii.* P. B.

x illam *alii.*

y consulares rescr. *MS.*

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

PEDEM in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompejo scio nihil, eumque, nisi

96. *De sanctiore.*) Ubi aurum vicesimarium ad ultimos casus servabatur Liv. lib. XXVII. *Corrad.* Sanctius ærarium dicebatur, ideo quod raro aperiebatur: in quo aurum Gallici belli metu depositum collectumque ex præda bellica, & vicesima manumissionum servabatur, Livius, alii: Cæsar libro I. Bell. Civil. *Lentulus Cos. aperto sanctiore ærario ex urbe profugit.* Popma.

97. *Neque mehercule.*) Satis, inquit, scirem, quid mihi esset agendum, si, Pompejo duce, victoriæ spes esset. sequerer, inquam, eum quascumque terras peteret. nunc ancipiti cura distrahor. nam neque videor eum sequi debere, a quo omnia sint acta turpissime; & , nisi sequor, & civis, & amici officium desero. *P. Manut.*

 98. *Recte*

z navem alii. nisi in z navim se contulerit, exceptum iri puto. o celeritatem incredibilem! hujus autem nostri. sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior. Tu cædem non sine causa times: non quo minus quidquam Cæsari expediat ad diuturnitatem victoriæ & dominationis: sed video, quorum arbitrio sit acturus. 98 recte sit. censeo cedendum de oppidis his. 99 egeo consilii. quod optimum factu videbitur facies. cum Philotimo loquere: atque adeo Terentiam habebis idibus. Ego quid agam? qua aut terra aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio? a etsi terra quidem qui possum? mari quo? 1 tradam igitur isti me? fac posse tuto. multi enim hortantur. num etiam honeste? nullo b modo. quid? a te petam consilium, ut soleo? explicari res non potest. sed tamen, si quid in mentem venit, velim scribas, & ipse quid sis acturus.

P. cxvi.

a ut si MS.

b modo quidem a alii.

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

c sic MSS. a Grut.

QUINTO id. Febr. vesperi c e Philotimo litteras accepi; Domitium exercitum firmum habere; cohor-

98. *Recte sit censeo cedendum &c.*) Legimus cum manu scriptis, *recte sit*: ut sit votum quoddam. Cum enim cædes & proscriptio formidetur, Utinam, inquit, prospere omnia cedant: frustraque nos hæc mala timuerimus. ut similis sit illi hæc locutio quæ est in II. lib. harum epistolarum: *Patria propitia sit, habet a nobis etiam si non plusquam debitum est, plus certe quam postulatum est*. Demosthenes etiam in fine primæ Olynthiacæ, χρηστὰ δὲ εἴη παντὸς εἵνεκα dixit eadem, qua Cicero hoc loco, ratione dicendi. *Victorius*.

99. *Egeo consilii.*) *Egeo* gignendi casui jungi mavult Servius, quam auferendi. Ita enim in illud Virg. Æneid. primo:

Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos.

Eget (inquit) honestius Genitivo jungitur, quam Ablativo, cui jungit Cicero. ut, *Eget ille Senatu.* Contra Virg. *Quorum indiget usus*. Quibus sane verbis, si M. Tullium significare voluit, semper sic esse locutum, imprudentiæ ex hoc loco, atque ex aliis multis, coargui potest. Porro statuere utra loquendi ratio honestior sit (utar enim verbo illius) nostri judicii non est. Et tamen Antonianus liber habet *Consilio*, plerique *Consilii*. In eo tamen loco consentiunt libri omnes, qui est libri IV. prima epist. *In re familiari valde laboramus, tuarumque facultatum, quas ego nostras esse judico, quam consiliorum, ad colligendas & constituendas reliquias nostras, indigemus*. Malasp.

1. *Tradam igitur isti me? Fac posse tuto: multi enim hortantur.*) Vi-

hortes ex Piceno, Lentulo, & Thermo ducentibus; cum Domitii exercitu conjunctas esse: Cæsarem intercludi posse, eumque id timere; [2] bonorum animos recreatos Romæ, improbos quasi perculsos. hæc metuo equidem ne sint [d] somnia: sed tamen M'. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium tribunum plebis, hi enim sunt nobiscum, id est, in Formiano) Philotimi litteræ ad vitam [e] revocaverunt. ego autem illa metuo ne veriora sint, nos omnes pæne jam captos esse, Pompejum Italia cedere: quem quidem (o rem acerbam!) persequi Cæsar dicitur. persequi Cæsar Pompejum? quid? ut interficiat? o me miserum! & non omnes nostra corpora opponimus? in quo tu quoque ingemiscis. sed quid faciamus? victi, oppressi, capti plane sumus. Ego tamen, Philotomi litteris lectis, mutavi consilium de mulieribus: quas, ut scripseram ad te, Romam [f] remittebam: sed mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me judicium jam de causa publica fecisse qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent. De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incertæ & periculosæ fugæ, cum reipublicæ nihil prosim, nihil Pompejo: pro quo emori cum pie possum, tum lubenter. [3] manebo igitur: etsi [g] vivere. Quod quæris, hic quid agatur: tota Capua, & omnis hic delectus jacet. desperata res est; in fuga omnes sunt; nisi quid [h] ejusmodi fuerit, ut Pompejus istas Domitii copias cum suis conjungat. sed videbamur omnia biduo triduove scituri. [i] Cæsaris lit-

d insomnia *alii*,

e revocarunt *alii*.

P. B. f mittebam *MSS*.

g vivere non libet *Jun.* non liceat *alii*

h ejus *MSS*.

i L. Cæs. *MSS*.

Videtur hic ambitus aut circumscriptio, melius ad rerum naturam ita disponi posse: *Tradam igitur isti me? multi enim hortantur: fac posse tuto: num etiam honeste?* Malasp.

2. *Bonorum animos recreatos; Roma improbos, quasi perculsos.*) Aliter distinguit vulgus; *Bonorum animos recreatos Roma, improbos, quasi perculsos*, Lambinus vero opinatur legendum: *Improborum quasi perculsos*, ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, *animos*. Cleric.

3. *Manebo igitur, etsi vivere non liceat.*) Nos postrema duo verba delevimus; nulli enim manu scripti habebant. Credimus autem addita fuisse ab aliquo, qui figuram hanc dicendi (est enim ἀποσιώπησις) non animadverterat. quod igitur ille desiderari putavit, imperite & fidenter de suo adposuit. nos potius intelligi debere arbitramur, *Tadet*, vel *turpe est*. Victorius. *Etsi vivere.*) Subaudi, non vivere est, cum turpem vitam vivas: qualis erat manentis in Italia. P. *Manut.*

4. *Ecce*

litterarum exemplum tibi misi: rogaras enim: cui nos valde satisfacere, multi ad me scripserunt: quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter.

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

PHILOTIMI litteræ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. 4 ecce postridie Cassio litteræ Capua, a Lucretio, familiari ejus, Nigidium a Domitio Capuam venisse; eum dicere, Vibullium cum paucis militibus e Piceno currere ad Cnæum, confestim k sequi Cæsarem, Domitium non habere militum l III. millia. idem scripsit, consules Capua discessisse. non dubito, quin Cnæus in fuga sit; modo effugiat. a consilio fugiendi, ut tu censes, absum.

k insequi *MSS.*
l vim. idem *Vict.*

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

CUM dedissem ad te litteras tristes, & metuo ne veras, de Lucretii ad Cassium litteris Capua missis; Cephalio venit m a vobis, attulit etiam a te litteras hilariores, nec tamen firmas, ut soles. omnia facilius cre-

P. CXVII.
m ad nos *alii.*

4. *Ecce postridie Cassii littera.*) Nos, *ad Cassium*, castigavimus non enim Cassius eas literas scripserat, sed ad eum missæ erant (ut statim infert) a Lucretio familiari ejus: erat autem hoc tempore Cassius cum Cicerone in Formiano. nisi intelligas Cassii litteras secundo casu non ab eo scriptas, sed ad illum missas, quemadmodum Non. Marcellus appellat *epistolam Peti*, quæ ad Petum a Cicerone missa est: cum locum citaret ex libro ad Varronem: si vera est nostra illa valde probabilis emendatio, de qua eo loco diximus. Et sane (ut verum confiteamur) in nullis manu scriptis *ad Cassium* vidimus: sed in cunctis *Cassii littera*. Quare accuratius animadvertendum an alibi sic loquatur Cicero: nos certe in nostro sermone sæpe ita consuevimus loqui: *Victorius*. *Cassio littera*.) Non tantum in Tornæs. sed & in omnibus aliis quos habuit Bosius, scriptum est *Cassio*, quo modo legi debere asserit: Victorius *ad Cassium*, castigaverat, eodem plane sensu quo, *Cassio*, licet omnes libri ipsius haberent, *Cassii*, ut est vulgata lectio. *Cleric.*

5. *Il-*

credere possum, quam quod n scribitis Pompejum exerci- n scribit
tum o habere. nemo huc ita affert, omniaque, quæ nolim, is alii.
p o rem miseram! malas causas semper obtinuit, in opti- o firmum
ma concidit. quid dicam? nisi, 5 illud eum scisse; ne- hab. *MS.*
que enim erat difficile: hoc nescisse. erat enim ars diffi- *p alii non habent O.*
cilis, recte rempublicam q regere. Sed jam jamque om- q gerere
nia sciemus & scribemus ad te statim. *MS.*

EPISTOLA XXVI.

CICERO ATTICO S.

1 NON venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, *quoties* r *exorior*? ego enim nunc paullum exorior, & r Nunc *MS.* s alii *exorior.* maxime quidem iis litteris, quæ Romæ afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. omnia erant facta hoc biduo lætiora. itaque fuga, quæ parabatur, repressa est. Cæsaris 6 interdicta,

7 *Si te secundo lumine hic offendero,*

re-

5. *Illud eum scisse.*) Malas causas obtinere, quod facile discitur al. *eum nescisse*, ut ratio, quæ sequitur, videtur postulare, hoc sensu, nescivit Pompejus optimam causam defendere: quia facile didicit, quod facile est omnibus, nescire. contra vero scire est difficile: unde inquit: erat enim ars difficilis recte Remp. regere: quod facere nescivit Pompejus: quare illum ἀπολιτικώτατον vocat ep. 25. lib. VIII. *Corrad.* Hic locus sic est interpungendus: *quid dicam nisi illud eum scisse: neque enim erat difficile: hoc nescisse: Erat enim ars difficilis recte remp. gerere.* Nec aliter veteres editiones. princeps Victorius immutavit. Sensus est Pompejum novisse malas artes quibus malas caussas obtinere poterat: illas bonas artes, quibus resp. & libertas servetur, non nosse, ideoque in bona caussa concidisse. *Gravius.*

6. *Interdicta.*) Et invidiose & false dictum: quasi Cæsari jam putaret sibi, tanquam prætori, arrogandum esse jus in cives, ac jam proponeret interdicta, animadversurum se in eos, quos secundo lumine, paullo post, Romæ offendisset: cum nunc de fuga nemo cogitet. *P. Manut.*

7. *Si te secundo lumine.*) Hunc senarium separatim scripsimus, ne quenquam amplius falleret: adducitur autem a Cicerone ut exemplum Regiorum imperiorum. est autem versus Ennii, ut putamus: is enim Euripidis Medeam Latinam fecit: credimusque hunc Euripidis locum interpretari, qui est in ea tragœdia, ubi Creon Medeæ minatur, interdicitque illi ne longiore spatio temporis Corinthi, ubi imperabat, maneat, εἰσ᾽ ἐπιῦσα λαμπὰς ὄψεται Θεῦ, καὶ παῖδας ἐντὸς τῆς δὲ τερμόνων χθονὸς θαίῃ, λέλεκται μῦθος οὐ ψευδὴς ὅδε. Multi autem citantur ab antiquis autoribus

En-

respuuntur. bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad possim, servem: gratum est. Quod addis, ne propensior ad turpem causam videar: certe t videri possum. ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, v negavi esse: non quin rectum esset; sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. [8] plane eum, cui Cnæus noster alterum consulatum x deferret & triumphum, at quibus verbis? [9] pro suis

t videre MS.
v navi MS.
x de ea referret MS.

Ennii versus ex ea fabula. Hunc etiam versum, cum idem exprimere vellet, Cicero in oratione pro Rabirio Posthumo posuit: *Regum autem hac sunt imperia, Animadverte, & dicto pare: & , Prater rogitatum si querare, & illa mina, Si te secundo lumine hic offendero, Moriere: qua non ut delectemur solum, legere & spectare debemus, sed ut cavere etiam, & effugere discamus*. Victorius.

8. *Plane eum quin noster &c.*) Locus hic fœdis maculis deformatus erat. Ego auxilio meliorum codicum (ut mihi videor) eum purgavi. Eadem sententia lib. VIII. explicatur iisdem fere verbis, quæ hic subjungam: *Me esse unum, qui si offendissem ejus animum, cui tum cum jam in armis essemus, consulatus tamen alter, & triumphus amplissimus deferebatur*, &c. Et clarius sequenti epistola, *Cavi ne animum ejus offenderem, cui Pompejus jam armatus, armato consulatum triumphumque deferret*. Magnam autem huic errori occasionem dedit quod *qui* pro *cui* in antiquis exemplaribus propter earum litterarum affinitatem scriptum fuerat. id tamen frequens est, & a nobis alibi adnotatum. Alia autem in hac epistola emendavi, quæ quia & plana sunt, & minoris omnino momenti, prætereo. *Victorius*. *Cnæus* inseruit hic primus Bosius, non facta ulla hujus mutationis caussa in animadversionibus. Eum ut ubique sequitur Gruterus. Sed cum neque Victorius in suis hoc vocabulum invenerit, neque in iis exstet libris, quos ego aliique videre, nec id hic desideretur: sæpius enim *noster* appellatur a Cicerone Pompejus, id delevi. *Gravius*.

9. *Pro suis gestis amplissimis*.) Malim, *Suis rebus gestis*, nam, *Gesta*, latinum non est, hoc quidem sensu. scripserat autem epistolam Pompejus ad Cæsarem, in qua erat, *Pro tuis rebus gestis amplissimis*. ep. 8. lib. VIII. *P. Manut. Pro suis rebus.*) ita legend. non *tuis* ut lib. VIII. ep. 9. nam hæc verba hic proferuntur ex oratione Pompeji habita in Senatu, qua Cæsari absenti alterum consulatum & triumphum decreverat; ibi ex epistola ad eum scripta & publice proposita. *Popma. Pro suis R. Gestis amplissimis.*) Scripsit Bosius ut erat exaratum in Scidis, *pro suis R. Gestis*, id est *pro suis rebus*. nam nota *R.* in vulg. evanuit. Bosii lectionem confirmat Manutius, Lambinus legendum existimat, *pro rebus gestis amplissimis*, delata voce, *suis*, vel *tuis*, ut quidam malunt, Junius vero, *pro tuis rebus gestis ampl.* licet pletique, ut ait, reclament libri. *Cleric.*

10. *Quem*

suis rebus gestis amplissimis ; inimicum habere nolueram : ego scio , & [10] quem metuam , & quam ob rem. sin erit bellum , ut video fore ; partes meæ non desiderabuntur. De [y] H-S. millib. xx. Terentia tibi rescripsit. Dionysio , dum existimabam vagos nos fore , nolui molestus esse. tibi autem , crebro ad me [z] scribenti de ejus officio, nihil rescripsi ; quod diem ex die exspectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. nunc , ut video, pueri certe in Formiano videntur hiematuri : [a] num , & ego , nescio. si enim erit bellum , cum Pompejo esse constitui. quod [b] habebo certi , faciam , ut scias. ego bellum fœdissimum futurum puto , nisi qui , [c] ut tu scis , [11] Parthicus casus extiterit.

y *alii* LLS.XX. P. B.
z scienti *MSS.*
a nū *non est in MSS.*
b habeo *alii.*
c *alii* ut scis.

10. *Quem metuam* .) Cæsarem novi : cujus animum ne offenderem , ideo me ducem civili bello futurum negavi. is enim solet injurias acerbissime persequi, ut olim , cum a me læsus in judicio quodam, P. Clodium, inimicum meum, frustra jampridem a patribus ad plebem transire nitentem , eodem die transduxit. Svetonius. *P. Manutius.*

11. *Parthicus casus extiterit*.) Parthicum bellum ad quod necesse sit alterutrum ire : vel reconciliario talis, ut alter eorum , sicut olim Crassus, & ipse reconciliarus, bellum Parthicum suscipiat ep. 2. hujus libri & ep. 11. lib. VIII. *Corrad. Parthicus casus.*) In nostras provincias subita Parthorum irruptio : ut Pompejum , aut Cæsarem adversus eos proficisci res cogat . Unde Cœlius in epistola ad Ciceronem : *Si alteruter eorum* , inquit , *ad Parthicum bellum non eat, magnas video impendere discordias : quas ferrum & vis judicabit* . Idem arbitrari Atticum, ostendit Cicero, cum ait : *Ut tu scis.* nulla enim ratione civile bellum , nisi externi belli metu , poterat averti. externum autem bellum non nisi a Parthis impendere videbatur. Ceteras enim gentes aut vicerant jam Romani , aut contemnebant , *P. Manut. Parthicus casus* .) Vel nisi Parthi nobis inferent bellum , ad quod alter eorum ire cogatur, cum communi metu fuerint reconciliati. vel , nisi subita eruptione, ut solent Parthi, Cæsar Pompejum opprimere. vel, nisi alter pereat, ut Crassus in Parthis, vel denique, nisi ut nuper , cum Parthos timebamus , ex subito metu subitam det Deus tranquillitatem : ut locus est supra hoc Lib. ep. 2. f. *J. F. Gronov.*

M. TUL.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
ATTICUM,
LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Scripta sunt libri hujus epistolæ, Consulibus item L. Cornelio Lentulo & C. Claudio Marcello ; continentque historiam dierum XVI. *Pompeji videlicet Pompejanorumque trepidationem : curam in delectu habendo : gesta a Cæsare in Piceno, & in Pelignis ad Confinium ; Domitii Domitianorumque deditionem ; sollicitudinem Ciceronis, aut potius æstum, Atticum consulentis, si Pompejus Italia excedat, quid sibi faciendum sit : navigandumne cum illo, an in suis prædiis manendum : & multa in utramque partem disputantis.* Malaspina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.



UM ad te litteras dedissem, redditæ mihi litteræ sunt a pompejo : cetera de rebus in Piceno gestis, quæ ad [a] se Vibullius scripsisset ; de delectu Domitii, quæ sunt [b] vobis nota ; [1] nec tamen tam læta erant in his litteris, [2] quam ad me Philotimus scripserat. Ipsam tibi epistolam misissem ; [c] sed subito fra-

a te *alii*.

b *alii* nobis.

c miser jam subito *MSS*.

1. *Nec tamen tam læta.*) Scripturam Decurtati Bosius expressit. quidam veteres *nec tam laua* : alii, *nec tam læta* Decurt. *nec tamen tam læta* ; quod probat Junius, sed sequentia aliter legit, ex mss. Pal. *Nec tamen tam læta erant in iis litteris, quam ad me Philotimus. Heri ipsam tibi epistolam misissem : sed &c.* Clezic.

2. *Quam*

fratris puer proficiscebatur : cras igitur mittam : sed in ea Pompeji epistola erat in extremo, ipsius manu : *Tu, censeo, Luceriam venias : nusquam eris tutius.* Id ego in eam partem accepi ; hæc oppida atque oram maritimam illum [3] pro derelicto habere: nec sum miratus, eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. ei statim rescripsi hominemque certum misi de comitibus meis, [d] non me quærere, [4] ubi tutissimo essem : si me vellet sua aut reipublicæ causa [e] Luceriam venire, statim esse venturum; hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari vellet. [f] hoc me frustra scribere videbam. sed uti in urbe retinenda tunc, [g] sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam. sic enim parari video, ut Luceriam omnes copiæ contrahantur : & ne is quidem locus stabilis : sed ex eo ipso, si urgeamur, paretur fuga. quo minus mirere, si invitus in eam causam [5] descendo, in qua ne-

d non quær. *MS.* P.CXVIII.
e me Luc. *MS.*
f *Grav.* & *alii* hæc.
g si nunc *Cleric.*

2. *Quam ad me Philotimus scripserat.*) Al. *Quas* recte, ut quas litteras, non quam epistolam exponas. & sane nihil erat, cur Cicero Philotimi epistolam Attico mitteret, quum illorum uterque Romæ esset. *Corrad.* Helmstadiensis suffragatur Corrado, in quo sic scribitur : *quas ad me Philotimus dederat.* Balliolensis non longe abit : *quas. ad me Philotimus erat.* In Palatinis pro *erat* scriptum fuit *eri*; unde Junius *heri*. Sed nihil muta. Non tam læta erant in his litteris, quam illa quæ ad me Philotimus scripserat. *Quam* non respondet *tam*. Longe interpungunt aliter hunc locum P. Victorius, & Mich. Brutus. *Gravius.*

3. *Pro derelicto.*) Bosii hæc est emendatio, codices Tornæs. & Crusell. *pro relicto*; sed alterum usitatius &, ut putat, verius. *Cleric.*

4. *Ubi tutissimo essem.*) Sic edendum curavi, libris fere omnibus invitis, in quibus legitur, *tutissime*, Carisii auctoritate adductus, qui ita legi docet lib. II. Institut. Grammat. ubi tamen idem fortasse labitur & errat, cum alium locum ex iisdem ad Attic. epist. proferens ex libri decimi sexti epist. tertia, *hunc tu tralatum in macrocolum lege Arcano conviviis tuis.* putat, *arcano*, esse adverbium, cum videatur nomen proprium prædii, & legendum sit, *in Arcano*. Neque tamen quidquam pronuntio, cum præsertim Carisium adjuvet antiqua scriptura. Sed, ut ad, *tutissimo*, redeam, Turnæsianus codex fortassis hanc scripturam confirmat, qui habet, *turpissimo*. Lambin. *Tutissimo* hic observat Carisius, ut *Tuto* est ep. 13. Virgilius Æneid. XI. *Qua tuto tibi magna voluit* : & *Arcano*, *Commodo*, *Proximo* alibi in his libris. *Tutissime* est in epistola Pompeji. *Popma.* *Tutissimo* habet etiam P. Victorii editio.

5. *Descendo.*) Ita VII, 12. *dimittere.* sensus est : Ei parti me adjun-

neque pacis, neque victoriæ ratio quæſita [h] ſit umquam; [i] ſed ſemper flagitioſæ, & calamitoſæ fugæ. eundem, ut, quemcumque fors tulerit, caſum ſubeam potius cum iis, qui dicuntur eſſe boni, quam videar a bonis diſſentire. etſi propediem video bonorum, id eſt lautorum & [k] locupletium, urbem refertam fore: [6] municipiis vero [l] his relictis, refertiſſimam. quo ego in numero eſſem, ſi [7] hos lictores moleſtiſſimos non haberem: nec me [m] M' Lepidi, [n] L. Volcatii, Ser. Sulpicii comitum pœniteret: quorum nemo [o] nec ſtultior eſt, quam L. Domitius, nec inconſtantior, quam App. Claudius. unus Pompejus me movet beneficio, non auctoritate. quam enim ille habeat auctoritatem in hac cauſa, qui, cum omnes Cæſarem metuebamus, ipſe eum diligebat? poſtquam [p] ipſe metuere cœpit, putat omnes hoſtes illi oportere eſſe? ibimus tamen Luceriam: nec eum fortaſſe delectabit noſter adventus. diſſimulare enim non potero, mihi, quæ adhuc acta ſunt, diſplicere. Ego, ſi ſomnum capere poſſem, tam longis te epiſtolis non obtunderem. tu, ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerere ſane velim.

h unq. eſt *Vict.*
i ſed *deeſt in aliis.*
k *alii* locupletum.
l iſtis *MS.*
m Auli Lep. *MS.*
n Luccei *MSS.*
o nec *non eſt in MSS.*
p vero ipſe *alii.*

EPISTOLA II.

P. B.

CICERO ATTICO S.

MIHI vero omnia grata: & quod ſcripſiſti ad me, quæ audieras; & quod non crediditti, quæ digna diligentia mea non [q] erant; & quod monuiſti, quod ſentiebas. Ego ad Cæſarem unas Capua litteras dedi, quibus ad ea reſcripſi, quæ mecum ille de gladiatoribus ſuis egerat, [r] breves, ſed benivolentiam ſignificantes, non modo ſine contumelia, [8] ſed etiam cum maxima

laude

q *alii* eſſent.
r *alii* brevis.

jungo, quæ meam pacem potuerit pati, nec bellum ad ſpem optati eventus inſtruxerit; denique nihil niſi turpe & noxium ſibi reliquerit. *J. F. Gronov.*

6. *Municipiis vero his relictis.*) Ora maritima, cui ego præſum, relicta. quod cum acciderit; omnes prorſus, qui exierant, deſperatis Pompeji rebus in urbem redibunt. *P. Manut.*

7. *Hos lictores.*) Quia mihi cum lictoribus ad urbem accedenti triumphum deferet Cæſar. quem non accipere, periculoſum erit; accipere, invidioſum ad bonos. epiſt. 3. *Idem.*

8. *Sed etiam cum maxima laude Pompeji.*) Faernus legebat, *ſed*

etiam

laude Pompeji. id enim illa ſententia poſtulabat, qua illum ad concordiam hortabar. eas ſi quo ille miſit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te. non potui non dare, cum & ipſe ad me ſcripſiſſet, & Balbus. earum exemplum ad te miſi. nihil arbitror fore, quod reprehendas. ſi qua erunt, doce me, [9] quo modo ea effugere poſſim. nihil, inquies, omnino ſcripſeris. [f] [10] qui magis effugias eos, qui volent fingere? verumtamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, ſcriptorum etiam meorum; facis amice tu quidem mihique gratiſſimum: ſed mihi videris [11] aliud tu

f quo alii.

etiam hujus maxima laude, deleta *Pompeji* voce, & repoſita *hujus*; quæ eſt in antiquo libro. *Urſin.*

9. *Quomodo enim effugere poſſum?*) Hæc ſententia ei repugnat, qua dixit, nihil ſe exiſtimare in eis lirreris, quod reprehenderet: atque uſque eo repugnat, ut neget ſe poruiſſe effugere, quin alicubi offenderet. Potro nihil eſſe, & aliquid eſſe, diſparata ſunt & contradicentia, ut nullo modo jungi poſſint. Vereres libri, tum *ee*; tum *et*; tum *enim* habent: ſed locum nihilo magis ſublevant. Videbatur *Ea* legi poſſe, deleta inrerrogationis nota. ut totum ſit. Nihil arbirror fore quod reprehendas: ſiqua erunt, doce me, quo modo ea effugere *poſſim*. Et *poſſim* quidem reſtituimus, ex libro Car. mei, Antoniano, & Octavii quoque Pantagathi. *Malaſp.* Locus depravatus tam in manuſcriptis quam in excuſis. Tornæſianus ſic habet, *quomodo eſſe:* Cruſellinus, *quomodo e ſe:* Decurtatus, *quomodo a ſe:* lego, *quomodo capſe*, id eſt, ea ipſa. *Boſius. Quomodo eapſe.*) Boſius ita, alii lib. & mſſ. *enim*, alii *eſſe*, alii *ee.* niſi ſcripſit Cicero μόμον, aut etiam μέμψιν. qua voce utitur etiam lib. XIII. ep. 49. *J. F. Gronovius*. Ex Decurtato Boſii, quod exemplar hic optimum laudari ſolet, videtur ſponte provenire, *ſi qua erunt, doce me quomodo* ſcilicet nonnulla reprehendas. *Aſt effugere poſſim?* An ſunt talia iſta, ut committi nequeant. &c. *Gronovius.*

10. *Qui magis effugias eos, qui volent fingere?*) Hoc dicit meo judicio. Si tu Attice, qui hoc ipſum, quod Cæſari reſpondi, amice, atque in eam ſententiam inrerprerarīs, qua a me factum eſt, ad extrema remedia deſcendis, qui magis, hoc eſt, qua alia ratione niſi hac ipſa, iniquorum meorum calumnias effugiam, ſi volent fingere, & hoſtili animo agere? Nam contra malevolorum ſermones, nulla gravior medicina, quam hæc poſſet adhiberi. Vide, an alia a te ratio iniri poſſit, ut ea effugiam, ſiqua in me digna reprehenſione exiſtimes. Nam hæc non reſcribendi, ultima eſt, & contra eos qui fingant, ut his materia ſermonis auferatur. Secundis autem perſonis primarum loco ſcriptores uti ſolere, ita notum eſt, ut ne admonendum quidem fuerit. *Malaſp.*

11. *Aliud tu honeſtum,*) Significas, debere me Pompeji cauſſam tueri;

tu honestum, meque dignum in hac caussa judicare; atque ego existimem. mihi enim nihil ulla in gente umquam ab ullo auctore reipublicæ ac duce turpius factum esse videtur, quam a nostro amico factum est: cujus ego vicem doleo: qui urbem reliquit, id est patriam; pro qua, & in qua [t] mori præclarum fuit. ignorare mihi videris, hæc quanta sit clades. es enim etiam nunc domi tuæ. sed, invitis perditissimis hominibus, esse diutius non potes. hoc miserius, hoc turpius quidquam? vagamur egentes, cum conjugibus & liberis. in unius hominis, quotannis periculose ægrotantis, anima positas [v] omnes nostras spes habemus, [x] non expulsi, sed evocati e patria; quam non servandam ad reditum nostrum, sed diripiendam [y] & inflammandam reliquimus. ita multi nobiscum sunt, non in suburbanis, non in hortis, [12] non in ipsa urbe: & si nunc sunt, non erunt. nos interea, ne Capuæ quidem, [z] sed Luceriæ: &. otam quidem maritimam jam relinquemus; Afranium exspectabimus [a] & Petrejum. nam in Labieno parum est dignitatis. [13] hic tu in me illud; des, id feras.

t non mori *MS.*

P. CXIX.

v *alii* omnis.

x non *deest in MS.*

y inflammandamque *MS.*

z sed in *MSS.*

a & *deest in MSS.*

tueri; idque & honestum & me dignum videris indicare: quod ego secus judico. ducis enim culpa vagamur, egentes cum conjugibus & liberis. hoc non modo non honestum, sed etiam turpissimum. *P. Manut.*

12. *Non in ipsa urbe &c.*) Quis non videat hunc locum depravatum esse? Nam ut suppletus etiam est, non bene intelligitur, nec certum aliquem aut planum sensum habet: quare nos judicavimus rectius esse antiquam scripturam restituere, ipsique notam, quæ mendum & defectum indicaret, adponere. *Victorius. Non in ipsa urbe.*) Victorius hunc locum corruptum asserit, sed cum ei mederi non posset, notam, qua mendum significaret, apposuit. Bosius vocem, *urbe*, quæ in Victoriana editione deerat, ex mss. reposuit. *Cleric.* Bene sit Bosio! Sed sive sic suppleatur, sive intelligatur in ipsa patria, sensus mihi quidem facilis. *Ita multi nobiscum sunt* circa has partes remotas a Roma, ut ibi Cæsar facere possit quodcunque, *non in suburbanis* prope Romam commorantes, ut cito redire illuc possint, *non in hortis* adhuc vicinioribus & junctis Romæ, *non in ipsa*. Sic probat vel expulsos vel evocatos ex patria plane reliquisse urbem barbaris Cæsarianis. Pater tentaverat: *Ita multi nobiscum sunt, ut nunc in suburbanis, nunc in hortis, nunc in ipsa urbe*. Gronov.

13. *Hic tu in me illud desideras, nihil de me dico. alii viderint. hic quidem qua est.*) Hic aliquid vel Græcum vel Latinum videtur deesse, nisi velis verba conjungere, & ita interpretari: hoc loco tu dignitatis illud, quod deest Labieno, in me desideras, cupisque

tas. nihil de me dico; alii viderint. 14 hic quidem quæ est?

pisque me rationem dignitatis meæ habere: sed de me, inquit Cic. nihil dico, alii viderint, verum quæ dignitas hic esse potest? *Corrad.* Æque in omnibus inane spatium hic & mox relictum est. Ego πρέπον aut καλὸν deesse suspicor; ut ad illud Cicero respiciat, quod paulo ante dixerat. *Nam quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scriptorum etiam meorum, &c.* & erit hæc sententia: Hic tu in me πρέπον illud desideras, de quo tam multa scripsimus, inque tota vita servavimus, & tamen vos interim domi vestræ estis; nemoque eorum, qui se initio adfuturos ostenderant, nunc adest in hoc bello. Ego tamen de me nihil dico; alii viderint. Illa vero: *Hic quidem quod est, &c.* ita enim lego ex Faerni libro, non *quæ*. Hoc dicunt. In hac quidem caussa; quod est πρέπον, vos *domi vestræ estis* εἰρωνικῶς. *Malasp.* Nulla hic opus mutatione contra libros veteres. Intelligi autem & sumi debet ἀπὸ κοινοῦ ex iis quæ præcedunt vocabulum *Honestum*, ad quod omnis hic sermo refertur. hoc enim dicit; Capuam & *oram maritimam relinquemus*, Luceriam conveniemus; *Petrejum* & *Afranium* legatos Pompeji in Hispania cum exercitu *exspectabimus*. nam *Labienus* qui & dux sine exercitu & transfuga est, parum dignitatis habet. In hac caussa quæ tam turpiter agitur, tu in me illud honestum desideras, & vis spectare. *nihil dico* quid honestum meque dignum sit, *alii viderint* quid sibi honestum judicent. *hic quidem quid est* honesti; cum tu *domi* tuæ sis Romæ, & *omnes boni* mox ubi hæc oppida & oram maritimam reliquerimus, istic redituri sunt. ep. 1. *Popma. Hic tu in me illud; des, id feras.*) Auxilio Decurt. locum hunc restituit Bosius, qui antequam in Decurtatum incidisset, putabat ex opinione vulgari quædam verba Græca deesse. sed ubi plane exaratum reperit in optimo illo libro; *hic tu in me illud: des, id feras*: totam illam cogitationem abjecit. Manutius Græcum aliquod vocabulum desiderari ait, & fortasse κάθομον. Lambinus etiam ait in codd. Memmianis hic inane esse spatium, quare a veteribus libris desertus, inane etiam spatium in sua editione reliquit. non tamen damnat Malasp. conjectutam qui in hoc spatio scribi posse putat, πρέπον aut καλὸν, sed aliud quippiam desiderat; verbi gratia, κόμψον, vel σεμνὸν. nullum esse tamen in hoc loco inane in cod. Tornæsiano idem Lambinus testatur, refertque Bosium sic legere: *Hic tu in me illudes. σὺ δὲ τίς. Nihil de me d.* Junius ait mss. Pal. lacuna vacare, legitque, *hic tu in me illud desideras*, quæ est omnium vulgata lectio, tantummodo est lacuna inter *me* & *illud*. Cleric. *Des, id feras. nihil.*) Locus in quo omnes fecerunt naufragium, quod textus præfert, Bosii est: *hic tu illud in me desideras* & putarunt post τὸ *illud* excidisse vocem Græcam, Manut. κάθομον, Malasp. πρέπον, vel καλὸν, Lambinus, κόμψον vel σεμνὸν; Corradus etiam aliquid intelligendum ait; fortasse illud *dignitatis* ex præc. Bosius olim: *Hic tu in me illud is: σὺ δὲ τίς! nihil me dico*. Junius & Popma aliter. leg. *Hic tu me illum desideras*. Sensus est: quereris me non esse illum, qui debeam esse, & qui fui. vis nimirum,

b qui est ? domi vestræ estis, & eritis omnes boni. b 15 quis
istim Bos. tum se mihi non ostendit ? quis nunc adest hoc bello ? sic enim jam appellandum est. Vibullii res gestæ sunt adhuc maximæ. id ex Pompeji litteris cognosces : in quibus 16 animadvertito illum locum, ubi erit διπλῆ. vi-

ut palam declarem me cum Pompejo facere, & speras me fore illum, qui fui in consulatu, atque etiam cum in exilium irem: tum enim 20. millia hominum mihi præsto fuerunt, si pugnare vellem. *J. F. Gronovius.*

14. *Hic quidem qua est ? domi vestra estis.*) Nonnulli codices, *hic quidem quod est*, ut Victorianus: at Scidæ & Crusellinus, *hic quidem qua est ?* quod rectius putat Bosius. Hic etiam verbum desiderari Manutius, Lambinus & alii arbitrati sunt: quare in suis editionibus stellulam apposuerunt quæ mendum argueret, ut etiam in vulg. editione. sic enim legitur: *Hic quidem qua est ** domi vestra estis*. Cleric.

15. *Qui tum se mihi.*) Sic potius legerim, ut respondeant particulæ temporis *tum*, *nunc*. Quis tum antequam urbem relinqueremus, se mihi non ostendit paratum ad defendendam reipublicæ caussam ? quis nunc postquam arma sumpsimus, bello interest ? Omnes scilicet Romæ manent, nec inde discedunt. *Popma.* Balliol. & Helmst. *quis tum*, ut omnes editiones ante Bosianam. quod retineo cum Popma. *quis tum* nimirum cum a Clodio modis indignis vexarer, quis tum bonorum concursus, quis non suam jactabat operam in me defendendo ? Maxima enim hominum multitudo tum opem manusque promittebant Ciceroni, si vellet pugnare pro sua salute & dignitate. Nunc vero contra Cæsarem rempublicam defensuro, quamvis sciant omnes curam oræ maritimæ mihi mandatam esse, nemo adest. Solus hic relinquor. Hic meus de hoc loco perobscuro sensus. Præcedentia flagitiose corrupta sunt. Hinc notas corruptionis margini, ut Manutius aliique editores fidi & boni fecerunt, adjeci. *Grævius.*

16. *Animadvertito locum illum, ubi erit διπλῆ.*) Diligentiores erant antiqui in libris scribendis, quam nos nunc sumus. nam signa quædam in marginibus eorum collocabant, quibus tantum inspectis, perspici poterat qui sensus eo loco scriptoris fuisset, aut orationis ornatus, vel vitium. Hoc ipsorum institutum maxime observatum esse in libris Platonis, docet Laertius Diogenes in vita divini illius viri exponenda his verbis: Ἐπεὶ δὲ καὶ σημεῖά τινα τοῖς βιβλίοις αὐτοῦ παρατίθενται φέρε καὶ περὶ τούτων τι εἴπωμεν, χ. λαμβάνεται πρὸς τὰς λέξεις καὶ τὰ σχήματα καὶ ὅλως τὴν πρετωνικὴν συνήθειαν. διπλῆ πρὸς τὰ δόγματα τὰ ἀρέσκοντα τῷ Πλάτωνι, χ. περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς καλλιγραφίας: διπλῆ περιεστιγμένη πρὸς τὰς ἐνίων διορθώσεις. Ὀβολὸς περιεστιγμένος πρὸς τὰς ἐνίων ἀθετήσεις: ἀντίσιγμα περιεστιγμένον πρὸς τὰς διττὰς χρήσεις καὶ μεταθέσεις τῶν γραφῶν: κεραύνιον πρὸς τὴν ἀγωγὴν τῆς φιλοσοφίας. Ἀσερίσκος πρὸς τὴν συμφωνίαν τῶν δογμάτων: ὀβολὸς πρὸς τὴν ἀθέτησιν, τὰ μὲν σημεῖα ταῦτα. Quis ne-

videbis, de Cnæo nostro ipse Vibullius quid existimet. Quo igitur hæc spectat oratio? ego pro Pompejo lu-
benter

neget autem (si mansisset hic mos) multam lucem adlaturas fuisse has notas antiquorum scriptis? Diplam autem quomodo fingerent, habes apud Aristophanem ab Aldo satis accurate impressum, nam reliquæ editiones eas notas non recte omiserunt, licet interpres fere semper de illis loquatur, & ubi adponendæ sint doceat. Duas autem ponit ille diplas, unam intra, alteram extra declinantem. Hephestion quoque in libello de metris uno capite egit de hujuscemodi notis, verum mendose apud eum in impresso codice illæ descriptæ sunt. quæ enim ἔξω νενευκυῖα διπλῆ appellari debet, est in eo, ἡ ἔσω νενευκυῖα. hæc autem, quam hic pinximus < si in fine versus collocata fuerit, ἔσω νενευκυῖα appellanda est: si vero contra, sic illam formabis > ἔξω νενευκυῖα erit, id est dicetur declinasse ab ea parte quę extra est. νεύειν enim, id est declinare dicuntur autore Philopono in Commentariis in primum τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν rectę lineę: quæ si productę fuerint, ad unum signum concurrunt, quemadmodum dimetiens se habet cum latere. & hęc igitur ea ratione, quę ab exteriore parte conjungitur, ἔξω νενευκυῖα jurè appellabitur: & altera huic adversa ἔσω νενευκυῖα. Est etiam in Aristophanis illo codice, paragraphus alia nota, quę hac figura -- -- signabatur: ut putem diplam sic appellatam, quod ex duabus paragraphis constaret, id est parvis quibusdam rectis lineis, ex altera parte in se inclinatis, & ad unum punctum concurrentibus. est & *coronis*, & ejus figura diligenter ibi expressa. Animadvertit idem ubi relictę sint notę hę à librariis, & cur desiderentur, & esse debeant: ut in Nubibus cum dixisset poeta: ὦ θεώμενοι κατερῶ πρὸς ἡμᾶς ἐλευθέρως, subjungit ille, ἐχρῆν τὴν λέξιν ὑπὸ τοῦ χ σημειοῦσθαι, ἐχρήσατο γὰρ μετοχῇ ἀντ' ὀνόματος: & sic de reliquis notis. Non igitur dubitandum est quin hęc sit sincera lectio: neque ob aliud hoc adnotavi, nisi quia nonnulli conati sunt hanc vocem, ut mendosam pervertere. Sententia autem hujus loci clara & plana admodum est. cum enim Attico misisset Pompeji litteras Cicero, hanc notam loco illi adposuerat, ut eum diligentius Atticus animadverteret: putabat enim ex eo, si acute subtiliterque consideraretur, posse cognosci quid existimaret sentiretque Vibullius de Cn. Pompejo. Nos etiam consuevimus, cum accidit ut aliquid accuratius vel a nobis ipsis allas, vel ab aliis animadverti velimus in libris & epistolis etiam aliquod signum ponere, quod doceat nonnihil ibi esse animadversione dignum: sed id casu, & pro sua quisque libidine facit, non certas aliquas notas observans, quę diversę diversas etiam res arguant & declarent. Quod autem ex Pompeji litteris dicit, credimus nos litteras illas a Vibullio scriptas fuisse, ad Pompejumque missas, ideoque Pompeji nunc a Cicerone appellatas. cum enim ex illis juberet Cicero Atticum animadvertere quid Vibullius de Pompejo existimaret: necesse est a Vibullio scriptas fuisse. Eadem autem ratione nunc secundo casu Pompeji appellatas esse, quâ paulo ante ostendimus

 posse

benter emori possum. facio pluris omnium hominum neminem. 17 sed non ita, uno in eo judico spem de salute reipublicæ. significas enim aliquanto secus, quam

so-

posse intelligi & defendi receptam lectionem ejus loci, *Ecce perpridse Caffi littera Capua a Lucretie familiari ejus &c.* Victorius. *Ubi erit διπλῆ,*) Hanc Isidorus ait a nostris usurpari consuevisse, quod cum verba, quæ illi ex sacratissimis libris, vel interpretanda, vel ad sua probanda accepissent, ab aliis litteris distinguerent. Quod hodie quoque in impressis libris fieri videmus; nisi quod verius Antisigma, quod veteres ad eos versus adhibebant, ut idem scriptum reliquit, quorum ordo permutandus esset: quam Dipla videtur esse: Id quod culpa scriptorum factum fuisse puto, dum commodius Antisigma, uno quasi pennæ circumductu, quam diplam describunt. Testari tamen possum, in antiquis aliquot libris Magni Basilii itemque Gregorii Græce scriptis, testimonia sacratum scripturarum hac figura > quæ διπλῆ ἔξω νενευκυῖα vocatur, non hac ↄ, quod est Antisigma, indicata. Nec sine caussa, ex tot notis diple potissimum placuit: cum ea Plato, teste Laertio, πρὸς τὰ δόγματα ἀρέσκοντα αὐτῷ uteretur. Constat autem διπλῆ duabus rectis lineis concurrentibus. Propterea lineolam, qua membra distinguuntur aut incisa, ἁπλῆν vocat Victorinus, in sua Orthographia, sic scribens: *Quando distinguitis, cum erit perfecta oratio & sensus claudetur, inter novissimam verbi litteram & sequentis: in superiore parte versus, punctum ponite, aliud quam librarius inter duo verba posuit. Quotient autem ante distinctum mora fuerit necessaria, similiter inter duas litteras ἁπλῆν aversam, id est, sicilicum penite. Si vero fuerit hyperbaton & longier sensus; & vos in ima parte versus, inter duas similiter, ut supra, litteras, clarum punctum ponite. Et, si priusquam distinctum concludatur, mora iterum fuerit necessaria, ἁπλῆν aversam, id est, sicilicum similiter, in ima parte versus ponite.* Hæc ille. Sicilicum vero lineolam aut apicem fuisse, ex Isidoro licet cognoscere, qui sic lib. 1. cap. 26. Sic & ubi litteræ consonantes geminabantur, sicilicum supra ponebant, ut Sella, Serra, Asseres. Veteres enim non duplicabant litteras, sed supra Sicilicum apponebant: qua nota admonebatur lector, geminandam esse litteram. *Malasp.*

17. *Sed non ita, uno in eo judieo.*) Depravatam lectionem codicum vulgatorum sic ex fide Decurtati correxit Bosius. Manutius ait mendosum locum, & in mendo consentire utrumque Cavalcantis & Bessarionis antiquum librum: sic autem legi vellet, nisi paulo longius quam solet a vetere scriptura discederet, *sed positam non in eo judice spem de salute reipublica*, vel sic: *sed non sitam in eo judice &c.* Manutii & Malasp. conjecturas, quæ non admodum inter se discrepant, leviter inflexisse atque adjuvisse dicit Lambinus. sic autem legit, *sed positam nunc in eo nem judico &c.* alios dicit malle legi, *sed non ita tamen in eo judicio spem salutis repositam.* Junius vero, *sed non tamen ita, non in eo judico spem de salute reip.* hancque unius ms. Palat. lectionem asserit, præterquam quod, ante nomen *spei*, appositum est, *sed*, pro quo legi vellet *esse*. Cleric.

18. *Si*

ſolebas : ut etiam , Italia ſi ille cedat , putes cedendum: Quod ego nec reipublicæ puto eſſe utile , nec liberis meis : præterea neque rectum , neque honeſtum. ſed cur. poteriſne [c] igitur videre tyrannum ? quaſi interſit , audiam , an videam ; aut locupletior mihi ſit quærendus auctor , quam Socrates ; qui , cum xxx. tyranni [d] eſſent, pedem porta non extulit . Eſt mihi [e] præterea præcipua cauſa manendi : de qua utinam aliquando tecum loquar! Ego XIII. kalend. cum eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua [f] inflammaram tuam , Formiis ad Pompejum , [18] ſi de pace ageretur , præfectus ; ſi de bello, quid ero?

c igitur *non hab. alii.*
d Athenis eſſent *Lamb.*
e præt. *non eſt in MS.* P. B.
f inflammarem tuam , Formias *Jun.*

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

[19] MAXIMIS & miſerrimis rebus perturbatus , cum coram tecum mihi poteſtas deliberandi non [g] eſſet ,

g eſt *MSS.*

18. *Si de pace ageretur , præfectus : ſi de bello , quid erit.*) Locus aliquantulum perturbatus & corruptus : a manuſcriptis codicibus nulla fere varietate : nos lectionem quam probavimus, accepimus. Videndum an parvo lapſu *agetur* futuro tempore pro *ageretur* , legendum ſit. exiſtimabat Cicero cum ad Pompejum veniſset, ſi de pace ageretur , ſe præfectum fore μεταφορικῶς , id eſt ejus negotii principem. valde enim aptam ad ea conſilia perſonam ſuam judicabat: contra , ſi de bello, inquit, ageretur, quid ero? cum parum idoneum ſe ſciat ad belli munia . Quod etiam ingenue fatetur his verbis ex XIV. libro: *Et neſcio quo pacto tibi ego poſſim, mihi tu dicere* τέκνον ἐμὸν οὔσοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα , ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο. aliter enim cum aliis, aliter cum Attico loquebatur . *Victorius.* Franciſcus Junius ſic legit & interpungit in ſua editione : *Formias ad Pompejum. Si de pace agetur præfectus : ſi de bello quid ero?* Male. Pompejus erat Luceriæ . Ita habent libri veteres ; quod magis probo quam *Formias*, ut nonnulli legunt. Diſcedebat enim Cicero Formiis , & ibat Luceriam ad Pompejum , ad quem cum venire non poſset , excluſus a Cæſare , revertit Formias. epiſt. 13. *Popma.* Balliol. & Helm. *Si de pace ageretur profectus ; ſi de bello quid ero?* Locus eſt interpolatus , cui certa reſtitutio non niſi melioribus a libris eſt exſpectanda , uti pluribus aliis in hac epiſtola quæ valde eſt corrupta . *Gravius.*

19. *Maximis & miſerrimis rebus perturbatus ſum , &c.*) Non parum depravatus erat & hic locus : ope tamen meliorum codicum facile eum reſtituimus. Si diligenter animadvertes , videbis nullam quaſi idoneam & ſibi convenientem ſententiam ex ea , quam

fet, uti tamen tuo consilio volui. deliberatio autem omnis hæc est; si Pompejus Italia [h] cedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes: & quo facilius consilium dare possis; quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. Cum merita Pompeji summa erga salutem meam, [i] familiaritasque, quæ mihi cum eo est, tum ipsa reipublicæ causa me adducit, ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna [k] cum fortuna conjungenda esse videatur. Accedit illud: si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium desero, cadendum est in unius potestatem: qui, etsi multis rebus significat se nobis esse amicum; &, ut esset, a me est (tute scis) propter suspicionem hujus impendentis tempestatis multo ante provisum: tamen utrumque considerandum est, & quanta fides ei sit habenda; & si maxime exploratum eum nobis amicum fore, sitne viri fortis & boni ci-

h excedat *MSS.*

i familiaritatisque *MSS.*

k cum fort. *deest in aliis.*

condemnavimus lectione colligi posse: ex ea autem quam probavimus, & elegantem, & planam. *Victorius*. Lectio quam rejecit Victorius est in Balliol. & Helmest. nec non edd. vett. *Maximis & miserrimis rebus perturbatus sum. Coram tecum mihi potestas deliberandi non est. sed uti tamen tuo consilio volui.* quæ tamen absurda non est, & æque ferri potest ac quam ille dedit. Mox iidem: *Italia excedat.* pro *Italia cedat*. Grævius.

20. *Et quanta ei fides sit adhibenda.*) Nos *habenda* legimus, ut in cunctis manuscriptis invenimus: & sane *Habere fidem*, frequens est apud optimos autores. *Adhibere*, nescio an a Cicerone hoc significatu usurpatum sit: nam *Adhibere fidem* in aliquo negotio, ut *adhibere studium, industriam, artem*, usitatum est atque eleganter dictum. Cic. pro A. Cluentio: *Ut quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, cum vim animi libertatemque dicendi in hac mihi concedat &c.* Eadem perversio erat in secundo libro de Divinatione. nam in impressis codicibus, & his etiam qui meliores putantur, ita locus hic legebatur: *Quod si insanorum visis fides non est adhibenda, quod falsa sunt, &c.* cum vetustiores omnes (habuimus enim & illorum librorum non contemnenda exemplaria) *Fides non est habenda*, retineant: ut facile quemvis etiam diligentem & peritum virum hæ labes in errorem inducere potuerint. Scio clarissimos nostræ ætatis viros, & qui scriptis suis Ciceronem exprimere ac reddere summo studio, & admirabili industria conati sunt, *Adhibere fidem*, pro *Habere*, dixisse: nollem eos his autoritatibus nixos id pronunciare: nam tot optimorum codicum consensu & testimonio depravata esse ea loca convincitur: sed puto illos prudentissimos & accuratissimos viros alia etiam exempla proferre posse, ut latinitatem suam tueantur. *Victorius*.

21. *Non*

civis, esse in ea urbe, in qua cum summis honoribus imperiisque usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus, [21] nomen futurus, subeundumque periculum l sit, cum aliquo forte dedecore, quando Pompejus rempublicam recuperarit. In hac parte hæc sunt. vide nunc, m quæ sint in altera. Nihil actum est a Pompejo nostro n sapienter, nihil fortiter; o addo etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. [22] omitto illa vetera, quod istum in p rempublicam

l sit *non est in aliis*
m quid sit *MS.*
n attenter *MS.*
P. CXX.
o adde *alii.*
p rep. *alii.*

21. *Non futurus sit sui juris.*) Nihil sane hic mutavimus: cum tamen omnes codices antiquiores diversos inveniamus, non visum est committere ut aliquis nos id negligentia putet prætermisisse. Est igitur in illis hic locus mancus decurtatusque: tres enim postremæ dictiones ibi non leguntur, oratioque omnino imperfecta est. Restat nunc diligenter considerare, an quod post dictionem *futurus*, sequitur, fuerit ab aliquo suppletum eorum qui operæ pretium se facere existimabant, cum veterum scripta vetustate dilapsa & lacera ipsi suo ingenio aliqua excogitata verisimili sententia replebant. Nos totam hanc rem a doctioribus (si suo ingenio dignam existimaverint) volumus judicari: tantum quam invenimus varietatem ostendere & testificari voluimus. *Victorius. Non futurus sit sui juris.*) Libros veteres omnes hoc in loco diversos esse testatur Victorius, & in quibusdam deesse tria postrema vocabula, *sit sui juris*. Cleric. Quum post Victorium nemo testatus fuerit adhuc tres postremas voces in ullo codice reperiri, Malaspina quoque contra in nullo suorum negaret reperiri; etiam non exstent in codicibus vel Helmæstad. vel Balliol. Manutius, Lambinus, Bosius, Junius similiter non invenerint, ut proculdubio colligitur ex eorum silentio, libenter contrarium quid Victorio, si possent, enunciaturi; judicavi tempus esse amandandi denique ab Cicerone, quod is nunquam pro suo agniturus est, præsertim quum locus sit manifesta sententia & tamen leviter corruptus, quem restituo, *nomen futurus* quod corruptelæ genus sæpe ab viris doctis fuit emendatum, & locutio satis eleganter illustrata. Itaque sic reposui. *Gronov.*

22. *Omitto illa vetera.*) Illa Pompeji decem annorum peccata, quibus Cæsarem in rempublicam armavit, ep. 4. lib. x. Ea sunt, Quod Cæsari auctor fuit legi agrariæ per vim ferendæ, Quod in Senatu suasit ut Cæsar præter Galliam Cisalpinam, quam lege Vatinia acceperat, Transalpinam quoque obtineret, Quod Cæsaris filiam Juliam in matrimonium duxit, Quod in adoptione Clodii, qua ille factus est plebejus & Tribunus, Augur fuit, nec adoptionem impedivit, Quod me exsulem maluit restituere quam in civitate retinere, Quod in secundo suo consulatu laboravit ut Cæsari imperium in Gallia in alterum quinquennium prorogaretur, legem ferente C. Trebonio Trib. pleb. Quod Cæsarem absentem omnibus rebus auxit & ornavit stipendio ex ærario, decem

blicam ille aluit, auxit, armavit; 23 ille legibus per vim & contra auspicia ferendis auctor; ille Galliæ ulterioris adjunctor; ille gener; ille in adoptando P. Clodio augur; ille restituendi mei, quam retinendi, studiosior; ille 24 provinciæ q propagator; ille absentis in omnibus adjutor; idem etiam tertio consulatu, postquam esse defensor reipublicæ cœpit, contendit, ut r decem tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur; quod idem ipse sanxit 25 lege quadam sua; 26 Marcoque Marcello

q prorogator *alii*
r de eo *Pigh.*

cem legatis ad ipsum missis, supplicationibus multorum dierum, Quod tertium Cos. cum Q. Cæcilio legem tulit, Ne cuius absentis ratio in magistratuum comitiis haberetur uno Cęsare excepto: Quod M. Marcelli Consulis sententię, Ut ante KALEND. Martias Galliis Cęsar discederet, atque adeo ne Senatusconf. de provinciis ullum fieret, restitit. Svetonius, Appianus, Cœlius ad Ciceronem. *Popma.*

23. *Ille legibus servi mei contra auspicia ferendis autor.*) Hic locus continet vetera peccata Pompeji, qui Cęsari omnia tribuit, eamque illi potentiam autoritatemque comparavit, ac postea confirmavit, ut nefarium patrię bellum inferre potuerit. Duarum autem literarum non magna perversione adeo depravatus erat, ut nihil fœdius dici cogitarique posset. Nos *per vim & contra auspicia* castigavimus: quę lectio tam clara est, ut nullos dubitaturos credamus quin ita legendum sit. sępe autem Cicero sic loquitur. *Victor.*

24. *Provinciæ propagator.*) Ut Cęsari provincia in alterum quinquennium propagaretur. quod tribunus pl. C. Trebonius tulit, iterum Pompejo & Crasso coss. ep. 3. lib. VII. *P. Manutius*

25. *Lege quadam sua.*) Cum enim Pompejus tertium consul legem tulisset de iure magistratuum, acciderat, ut eo capite, quo absentes a petitione honorum summovebat, ne Cęsarem quidem exciperet per oblivionem. deinde, lege iam in ęs incisa, & in ęrarium condita, correxit errorem, unumque Cęsarem excepit. Suetonius. *Idem.*

26. *M. que Marcello consuli finienti provincias Gallias Calen. Mart. restitit.*) Hanc rem diligenter narrat Appianus lib. II. Τῶν ἐμφυλίων, his verbis, εἰσηγεῖτο δ' ἤδη (loquitur autem de Marcello) καὶ διαδόχους αὐτῷ πέμπειν ἐπὶ τὰ ἔθνη προ τοῦ χρόνου ἀλλὰ διεκώλυσεν ὁ Πομπήιος εὐπρεπείᾳ τε λόγου καὶ εὐνοίας ὑποκρίσει: μὴ δεῖν ἄνδρα λαμπρὸν καὶ εἰς πολλὰ χρήσιμον τῇ πατρίδι γενόμενον ὑβρίζειν βραχεῖ διαστήματι χρόνου καὶ δῆλον ἐποίησεν ὅτι χρὴ μετὰ τὸν χρόνον παραλύειν τῆς ἀρχῆς αὐτίκα τὸν Καίσαρα. Cœlius quoque de hoc ipso certiorem fecit Ciceronem, qui in Cilicia eo tempore cum imperio erat; inquit enim: *Illa præterea Cn. Pompeji sunt animadversa, quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret se ante Calen. Mart. non posse sine injuria de provinciis Cæsaris statuere: post Calend. Mart. se non dubi-*

cello consuli, finienti provincias Gallias kal. Mart. restitit. sed ut hæc omittam, quid fœdius, quid perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissima fuga? quæ conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria? malæ conditiones erant, fateor: sed numquid hoc pejus? at recuperabit rempublicam. quando? aut quid ad eam spem est parati? non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia omnis & publica & privata adversario tradita? deinde nulla causa, nullæ vires, nulla sedes, quo concurrant; qui rempublicam defensam velint. Apulia delecta est, inanissima pars Italiæ, & ab impetu hujus belli remotissima: fuga & maritima opportunitas visa quæri desperatione. invite cepi Capuam, non [s] quo munus illud defugerem, [27] sed sic ne causam; in qua nullus esset ordinum, nullus apertus privatorum dolor: bonorum autem esset, aliquis, sed hebes, ut solet; &, ut ipse [t] sensissem multitudo & infimus quisque propensus in alteram partem, multi mutationis rerum cupidi. dixi ipsi, me nihil suscepturum sine præsidio & sine pecunia. itaque [v] habui nihil omnino negotii, [28] quod ab initio vidi, nihil quæri præter fugam. [x] Eam si nunc sequor, quonam? cum illo non: [29] ad quem cum

[s] quod alii.
[t] sensi alii.
[v] habuit MS.
[x] Eum alii.

bitaturum, Victor. *Marcoque Marcello Cos. finienti provincias Gallias Kal. Mart. restitit.*) Vetus liber, *Marcoque Marcello finienti provinciis Galliis Kal. Martii diem restitit.* Ursin. MSS. Pal. habent, *provincias Gallias*.

27. *Sed sic ne causam*) Emendavit ex Decurtato Bosius, *sed sic ne causam*; cum vitiose antea legeretur, *sed sine causa*, Lambinus, *sed in causa* legendum esse contendit. Junius vero ex conjectura, *sed sic in ea causa, in qua nullus &c.* longiore periodo; nam, ut ait, falsa distinctio totam sententiam conturbat. *Cleric.* Pater conjiciebat, *sed timens causa*, sed quia verebar, ne nihil efficeremus in ea causa. *Gronov. Sed scilicet in ea caussa* legit Popma.

28. *Quod ab initio vidi.*) Refertur, non ad hoc proximum, *Itaque habui*, sed ad illud, *Dixi ipsi:* hac sententia: Cum viderem, nihil quæri præter fugam; dixi ipsi, me nihil suscepturum sine præsidio & sine pecunia. *P. Manut.*

29. *Ad quem cum essem profecturus.*) Nostri habent *Profectus*, & minime displicet. Nam ut cognosci potest ex epistolis ad Pompejum missis, jam se Cicero cum fratre & liberis utriusque in viam dederat. *Profecturus* enim, propositum & consilium significat, domo se commoturi: *Profectus*, jam commoti. & sensus est: Cum ad illum iter facerem; cum me domo commovissem, ut ad il-

P. B. cum essem profectus, cognovi in iis locis esse Cæsarem, ut tuto Luceriam venire non possem. infero mari nobis, incerto cursu, hieme maxima navigandum est. 30 Age jam, cum fratre, an sine? cum filio, aut quomodo? in utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. 31 Qui autem impetus illius erit in nos absentes fortunasque nostras? acrior, quam in ceterorum; quod putabit fortasse in nobis violandis aliquid se habere populare. Age jam has compedes, fasces inquam hos laureatos efferre ex Italia, quam molestum est? Qui autem locus erit nobis tutus, (ut jam placatis utamur fluctibus) antequam ad illum y venerimus? qua autem, aut quo, nihil z scimus. At si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus; idem fecero, quod in Cinnæ dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius; quoquo modo ea res huic quidem cecidit: qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est; a sed hoc malle, quam armatum ad patriæ mœnia accedere. aliter Thrasybulus, & fortasse melius. sed est b certa quædam illa Mucii ratio atque sententia; 32 est illa etiam Thrasybuli, &, cum sit necesse, servire tempori; & non amittere tempus, cum sit datum. sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. sit enim nobis amicus; quod incertum est; sed sit: deferet triumphum. 33 non accipe-

y veniremus *MS.*
z sciemus *MS.*
a sed malle *hoc.*
b certe *alii.*

illum proficiscerer, essemque in itinere: cognovi in his locis esse Cæsarem. *Malasp.*

30. *Age jam cum fratre, an sine? cum filio, an quomodo?*) Liber Longolii, *aut quomodo?* quod videtur melius. *Ursin.*

31. *Qui autem.*) Quincta & ultima ratio, cur Pompejum sequi non debeat. prima fuit illa, *Infero mari*: secunda, *Age jam*: tertia, *Qui autem impetus*: quarta, *Age jam has compedes*: quincta, *Qui autem locus*. P. Manut.

32. *Est illa etiam Thrasybuli.*) Acutissime vidit Malaspina legendum esse, *est illa etiam Thrasybuli*; idque ita perspicuis & certis rationibus probavit, ut ne ipsum quidem Ciceronem, si reviviscat, ei refragaturum existimet Bosius. *Cleric.*

33. *Non accipere.*) Lege: *Non accipere ne per. sit, accipere invid. ad bonos.* Id est: si restitero, si fasces omnia mihi reddunt difficiliora. quæris qui? dicam. fac Cæsarem mihi esse amicum: dubium id quidem, sed ponamus hoc quasi extra dubitationem. Si ergo amicus est, nulla promptior ei potest occurrere occasio nunc testificandæ benevolentiæ, quam jubendo me triumphare, & curando, ut ii, quos circa se habet, & adveniens Romam contra-
het

perene periculosum sit, c an accipere invidiosum ad bonos? o rem, inquis, difficilem, & inexplicabilem! atqui explicanda est. qui enim fieri potest? ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura in d eam partem verba fecerim: potest fieri, quod fit in multis quæstionibus, ut res verbosior hæc fuerit, illa verior. quamobrem, ut maxima de re, æquo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. navis, & in Cajeta est parata nobis, & Brundisii. sed ecce nuntii, scribente me hæc ipsa noctu in Caleno, ecce litteræ, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinii cum firmo exercitu, & pugnare cupiente. non puto etiam e hoc Cnæum nostrum commissurum, ut Domitium relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus præmiserat; legionem f Fausto conscriptam, in Siciliam 34 sibi placere a g consule duci, scripserat ad consules. sed turpe Domitium deserere erit, implorantem ejus auxilium. est quædam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pirenæo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum h transisse cum cohortibus: i summa autem, Afranium cum magnis copiis adventare. id si est, in Italia fortasse manebitur. ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, quod vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompejum misi, & litteras; ipse, ne quo inciderem, reverti Formias. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo, quam proxime scripseram, nullum meum judicium interponens, sed exquirens tuum.

c an accip. *desunt in MS.*

d ea parte *MS. & ed. vet.*

P. CXXI.

e hic *alii.*

f a Fausto *alii.*

g consulibus *Manut.*

h tranasse *MS.*

i summum *alii.*

EPI-

het tanquam speciem Senatus, eum mihi decernant. Tum erit verendum, ne si recusem periculum subeam, quasi malos auctores illos triumphi judicans: si accipiam, ne odium incurram bonorum, qui tali tempore reip. & talibus auctoribus triumphaverim. *J. F. Gronov.*

34. *Sibi placere.*) Insolens verbum ut ad Coss. scriptum, quod tamen in epistola Pompeji. 17. h. l. non legitur, quum de hac re loquitur, quamvis postea dicat: *placitum est mihi*. Quare dicendum est, Ciceronem vel ex alia epistola sumpsisse, velin ea scriptum ita audivisse, certe credidisse, præsertim quum & illud diversum sit, quod hic duas cohortes, ille XIIII. Brundusium præmissas scribit. *Corrad.*

35. Ne

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

DIONYSIUS quidem tuus potius, quam noster; cujus ego cum satis cognossem mores, tuo tamen potius stabam judicio; quam meo, [35] ne tui quidem testimonii, quod ei sæpe apud me dederas, veritus, superbum se k præbuit in l fortuna, quam putavit nostram fore: cujus fortunæ nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. cui, qui noster honos; quod obsequium, quæ etiam ad ceteros contempti cujusdam hominis commendatio defuit? ut meum judicium reprehendi a Quinto fratre, vulgoque ab omnibus mallem; quam illum non m efferre laudibus; Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me aliumvis n magistrum quærere. ad quem ego quas litteras, dii immortales! miseram? [36] quantum honoris significantes? quantum amoris? Dicæarchum mehercule aut Aristoxenum diceres o arcessi, p non unum omnium loquacissimum, & minime aptum ad docendum. sed est memoria bona. me dicet esse meliore. quibus litteris ita respondit, ut ego nemini; cujus causam non reciperem. semper enim, *si potero; si ante suscepta causa non impediar.* num-

k probavit *MS.*
l fortunam *MS.*
P. B.
m efferrem *MSS.*
n magistratum *MSS.*
o accersi *alii.*
p hominē omn. *MS.*

35. *Ne tuum quidem testimonium.*) Nostri ad unum omnes; *Ne tui quidem testimonii.* & faciunt cum Victorianis. Jungi autem *Vereor*, etiam cum patrio casu, vel Terentianum illud in Phormione declarat:

An tu ubi peregre, tibi quod libitum fuerit, feceris.
Neque hujus sis veritus femina primaria;
Quin novo modo ei faceres contumelias
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?

Sic Græci etiam ἐντρέπομαι, quod valet *Revereor*, nunc accusativo, nunc genitivo jungunt. Sophocles in Ajace:

Τι βαιὸν ὄυτως ἐν τρέπῃ τῆς συμμάχου. *Malasp.*

36. *Quantum honoris significantes?*) Ball. & Helmst. *quantum honoris significationem.* forte scripsit Cicero: *quantum honoris significationem?* scilicet miseram. ut in altero volumine epistolarum: *Litteras, quas misisti, quamquam exiguam significationem tuæ erga me voluntatis habebant, tamen mihi scito jucundas fuisse.* Potest tamen, & vulgata ferri. Vincunt meliores, & vetustiores codices. *Gravius.*

37. Ree

numquam q 37 reo cuiquam, tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi. 38 plane sine ulla exceptione præcidit. nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non inest. Sed de hoc nimis multa. 39 Ego navem paravi. tuas litteras tamen exspecto; ut sciam, quid respondeant consultationi meæ. Sulmone C. r Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque; Q. Lucretium inde s effugisse, scis, 40 Cnæum ire Brundisium desertum. confecta res est.

q reo tam hum. *alii.*
r Actium *MS.*
s fugisse *alii.*

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

41 CUM ante lucem IIX. Kal. litteras ad te Dionysio dedissem, vesperi ad nos eodem die venit ipse Dio.

37. *Reo cuiquam.*) Id est, non reus mihi tam vilis, & de infima plebe tam culpę manifestus, tam remotus a me meisque familiaribus, & clientibus est oblatus, ut ei defensionem oranti tam abrupte & inhumane negaverim. *J. F. Grenov.*

38. *Plane sine ulla exceptione præcidit.*) Liber manuscriptus, *plane nulla exceptione præcidit:* quam ego lectionem meliorem puto, quam quę vulgo habetur. *Ursin.*

39. *Ego autem paravi.*) Nos scripsimus, *ego navem paravi:* quod etiam Germani adnotarunt. Quæ sequuntur autem verba cum sequenti sententia legi debent, *Quamvis,* inquit, *navem pararim, citoque me navigaturum putem tamen exspecto tuas litteras, quibus respondeas consultationi meæ.* Victor.

40. *Cnæum ire Brundisium desertum.*) Junius ex duobus mss. Pal. *Quo Cn. noster? Brundisium, desertus &c.* quid heic Lipsius putet deesse, petas licet ex lib. tert. Variar. Lect. cap. 30. *Clericus.* Helmst. *Cnaum Brundusium deseruit.* Sed optime Balliol. *Cn. noster Brundisium deseruit.* Nullus dubito Ciceronis manum fuisse: *Cnaus noster Brundisium. Domitium deseruit,* non sustinuit tamen sine libris *Domitium* inserere, sed expressi Balliolensis libri scripturam. *Gravius.*

41. *Cum ante lucem* VIII. *Kal. litteras ad te dedissem.*)Quatuor mei, Octavii, Card. Rodulfi, Faerni, Antonianus, *Litteras ad te Dionysio dedissem.* Fortasse, *de Dionysio.* Nam in eo fere totæ consumptæ. Sed & hæc eo mihi magis conjectura arridet, quod sequitur *Ipse* relativum pronomen: ni ejus ante mentio facta esset, minime necessarium, & jacens. Ipsemet Dionysius inquit, de quo ad te scripseram, eodem ad nos die; quo de eo scripseram, venit. *Malasp.*

42. *Cum*

Dionysius, auctoritate tua permotus, ut suspicor. quid
P.CXXII. enim putem aliud? etsi solet eum; 42 cum aliquid fu-
t certior Bos. Lamb. riose fecit, pœnitere: numquam autem t certior fuit, quam in hoc negotio. nam, quod ad te non scripseram, postea audivi, a tertio miliario tum 43 eum ῥίψαι

44. Πολλὰ μάτην 45 κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα.

mul-

42. *Cum aliquid furiose fecit*. Pro *fecit*, est *fecerit* in manuscripto libro; & paulo post *fui*, pro *fuit*. Ursin.

43. *Eum* ῥίψαι) Est incerti autoris. sensus est, jecisse multa (vel multum pulverem) frustra cornibus in aera, iratum. Et proprie dicitur de tauris. Virg. III. Georg. 232.

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco ventosque lacessit
Ictibus, ac sparsa ad pugnam proludit arena.

Eleg. 3.

—— Pascite taurum
Jam cornu petat, & pedibus quoque spargat arenam.

Intelligit eum multis diris se detestatum esse, quod tam malam mentem habuisset. Liv. lib. XXX. c. 20. *In se quoque & suum ipsius caput execratum*. J. F. Gronov. Ῥίψαι.) Cum legisset Bosius in codice Tornæs. *ipse*, statim conjecit Ciceronem scripsisse ῥίψαι cujus suæ conjecturæ Lamb. admonuit. isque eam sibi adscripsit. postea vero omnibus litteris exaratum reperit in Decurt. Manut. legit *evenisse*. vulg. *isse*. Cleric.

44. Πολλὰ μαθεῖν.) Hæc Greca verba corrupta erant: nec enim μαθεῖν ut Discere significet, sed μάτην ut Frustra, in veteribus scriptum est. Nos quę potuimus tuto emendare, ea castigavimus, reliqua quam maxima potuimus fide & sedulitate descripsimus, ut siquis in hęc verba ab aliquo Gręco autore, vel enunciata, vel citata incidat, possit locum nullo labore restituere, conferens cum iis priscis vestigiis: credimus enim ea omnino ex aliquo poeta esse, sed cum tam multi perierint, ut hæc etiam (seu tragœdia, seu aliud poema erat) temporis injuria amissa sit, difficile admodum est, seu magna potius felicitas in hæc incidere: ex his autem characteribus vix posse puto sinceram lectionem elici. Quod autem ῥαθυμῶν pro ῥαθημεῖν scriptum in nostro libro vides, vitio librariorum factum est. *Victor.* Integrum versum ita referunt Scidæ & Tornæsianus,

Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα.

Incertum est cujus sit auctoris. videtur autem, quisquis ille fuit, furentem bovem describere voluisse, qui fœnum, paleas, festucas, atque adeo arenam ipsam cornibus spargeret sursumque jactaret. Ei Cicero Dionysium assimilat, qui statim ut ab ipso discesserat, multa in eum jecerat maledicta, frustra tamen, quia ea Ciceronis aures non attigerant. θυμήναντα non ad ἠέρα, sed ad Dionysium furentem refertur. Similis versus legitur apud Catullum in Ecloga de Nuptiis Pelei, & Thetidis:

Sic

multa, inquam, mala [v] eum dixisse, suo capiti, ut ajunt. [46] sed o meam mansuetudinem! Conjeceram in fasciculum una cum tua venientem ad illum epistolam: hanc ad me referri volo; nec ullam ob aliam causam [47] Pollicem, servum a pedibus meis, Romam misi. eo autem ad te scripsi, ut, si tibi forte reddita esset, mihi curares referendam; ne in illius manus perveniret. Novi si quid esset, scripsissem. pendeo animi exspectatione Corfiniensi; in qua de salute reipublicæ decernitur. Tu [48] fasciculum, qui est DES M'. CURIO inscriptus, velim

v cum dixisset alii.

Sic domito sævum prosternit corpore Theseus
Nequicquam vanis jactantem cornua ventis. Bosius.

45. Κερχέεσιν ἐσὶε ῥαθυμεῖν δῆτα.) Vetus liber habet, γεέρεσσιν ἐς ἠέρα δῦτα, pro quo Lambinus fecit, κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμαίνοντα. *Ursin.*

46. *Sed mea mansuetudine.)* Meliores codices, *meam mansuetudinem*, habent, ut sit exclamatio. admiratur enim & ipse tantam suam esse mansuetudinem, ut post tot flagitia & graves Dionysii injurias ne animum illius offendat, jubeat ad se referri epistolam quam ad illum miserat. Arbitror autem eam accusationem Dionysii continuisse expostulationemque injuriarum sibi inlatarum: quare ne levem & iratum hominem magis exasperaret, summum studium ponit, ne ea in illius manus perveniat. *Victor.*

47. *Pollicem, servum a pedibus meum, Romam misi.)* Opinor *servum a pedibus* scholium esse, positum a Grammatico quodam supra nomen, *Pollicem*, deinde in contextum a librario imperito receptum. *Ursin. Pollicem servum a pedibus meis.)* Opinatur Ursinus. vulg. *Pollicem servum a pedib. meum.* Cleric. Et sic tamen nunc quoque citavit Popma velut tacite Bosianæ mutationi non adsentiens. Quin & idem in notis ad VI, 9. citans hunc locum habet *Pollucem*, qua lectione etiam Cl. Grævii editio utitur: sed eam probare nequeo, quia in libro XIV. ad Terentiam epist. 6. quoque *Pollicem* vocat, ut exhibet ibi etiam cum aliis editio Cl. viri, ut adeo rear in hoc loco esse typorum σφάλμα. Gronov.

48. *Fasciculum, qui est M. Decurioni scriptus.)* Scripsimus fere hunc locum quemadmodum scriptus est in vetustis codicibus, monosyllabum tantum *de* neglexímus, quod nescio quomodo huc inrepserat: sic enim in antiquiore nostro legitur, *tu fasciculum qui est de Marco Curio inscriptus*. Hic est autem Curius ille, qui Patris vivebat, cui commendarat Tironem ægrotum, & in cujus diligentia omnem spem ejus salutis habebat: tres autem adhuc scriptæ epistolæ in volumine ad M. Marium leguntur. *Victor.* DES M'. CURIO.) Inscriptio hujus fasciculi litterarum erat hujusmodi, DES M'. CURIO, quomodo legitur in Decurtato, atque ita suspicatus

velim cures ad eum perferendum; Tironemque Curio commendes; x ut ei, ut petii, si quid opus erit in sumptum, eroget.

x & ei *MSS.*

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

OBSIGNATA jam epistola, 49 quam de nocte daturus eram, sicut dedi, (nam eam vesperi scripseram)

erat Manutius. in Tornæs. autem & Crusell. vitiose exaratum est, *de M. Curio*, Verbum illud *Des*, in vulgaris editionib. desideratur, & pro *M'. Curio*, legitur *M. Curio.* Cleric.

49. *Quam de nocte daturus eram, sicut dedi.*) Hoc est, extrema nocte: cum adhuc nox esset. Significat autem proximam epistolam, quam se scribit ante lucem dedisse. Unde apparet *De nocte*, non quamvis horam noctis, sed partem illam quartæ vigiliæ, cum nondum luceret, designari. Illa vero, *Ad multam noctem*, &c, *Multa nocte* etiam de priore parte dicta sunt. Idem de Somnio Scip. *Me & fessum de via, & quia ad multam noctem vigilassem, arctior, quam solebat, somnus complexus est.* Et alibi; *Multa nocte veni ad Pompejum.* nempe aliquot horas post occasum solis. At vero, *De nocte*, horam illam significat, quæ summum mane præcedit. Hoc præter hunc locum, qui manifestus est, etiam duo illi declarant, & qui sunt partim lib. VII. ep. 4. partim lib. IV. ep. 3. Prior is est. *Plane illum ab se alienatum, cum antea intelligeret, tum vero proxime judicasse: venisse Hirtium a Cæsare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse: & cum ille ad VIII. Id. Decemb. vesperi venisset, Balbus de tota re constituisset ad VII. Id. ad Scipionem ante lucem venire, multa de nocte profectum esse ad Cæsarem.* Posterior vero: *Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur: nihil esse, quod in Campum nocte veniretur: Se hora prima in Comitio fore. Itaque ante lucem XI. Kal. in campum Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in Campum itineribus prope deviis currebat, &c.* Et ne cui scrupulum injiciat, quod *ante lucem* addiderit: Q. certe Cicero de Petitione Consulatus, solitarie posuit, cum sic scripsit: *Hoc loco ea dico, quibus multitudinem capere possis, ut de nocte domus compleatur.* nimirum salutandi, deducendi & assectandi causa. quæ omnia mane fiebant. Itaque, quod est paulo infra apud eundem, *Domus ut multa nocte complentur:* melius arbitror legi posse, *Multa de nocte.* Ex his facile intelligimus, ne agam pluribus, quam hæc dicendi ratio vim habeat. *Malasp. De nocte* est multa adhuc nocte: Horat. *Surgunt de nocte latrones* ut *de die* est multa die. sic *de die cœnare*, est ante legitimam horam cœnæ epulari, quæ vocabantur *convivia tempestiva*, & vitio vertebantur. de quo loquendi genere dixi alibi plura. *Grævius.*

50. *A.*

tam) C. Sosius prætor in Formianum venit ad y M'. Lepidum; vicinum nostrum, z cujus quæstor fuit; Pompeji litterarum ad a consulem exemplum attulit.

Littera mihi a L. Domitio 50 *a. d.* XIII. *kalend. Mart. allata sunt: earum exemplum infra scripsi.* 51 *nunc, ut ego non scribam; tua sponte te intelligere scio; quanti reipublicæ* b *intersit, omnes copias in unum locum primo quoque tempore convenire. tu, si tibi videbitur, dabis operam; quamprimum ad nos venias. præsidii Capuæ; quantum* c *constitueritis esse satis, relinquas.*

Deinde supposuit exemplum epistolæ Domitii; quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales; qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, quidnam futurum sit? hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore; magnum in adventu terrorem. 52 * spero etiam, quo-

y *alii* M. *male.*
z quojus *alii.*
a *alii.* Coss.
b *inter omn.* Manut.
c *constituerii alii, constituetimus* MS. P. B.

50. *A. D.* XIII. *Kal. Mart.*) Dubitat Manut. hinc scribendum sit XIII. *Kal.* an in epistola ad Cn. Pompejum hoc ipso libro IIX. *Kalend.* sed Decurt. omnem dubitationem tollit, utroque enim loco habet A. D. XIII. *Kal.* & ita edi jussit Bosius: vulg. *ad* IIX. *Kal.* Cleric.

51. *Nunc, ut ego non scribam.*) Placet Manut. eorum conjectura, qui ita legunt, *nunc, ut ego non scribam*, quanquam veteres libri omnes, non *scribam* sed, *sciebam*; habent: sed quod iidem legunt, *tua sponte te intelligere*; non probat: nam & antiqui libri *sua sponte* habent. *Idem.*

52. *Spere etiam, quoniam adhuc nihil nobis obsuit, nihil mutasset.*) Locus hic miserabiliter lacer & divulsus est: antiquior noster codex (ut omnem; quam possumns; studiosis opem feramus; etsi hunc ego pro desperato habeo) pro *mutasset*, *unitasset* habet: reliqua ei cum vulgatis conveniunt. Oportet omnino hic stellulam, quæ mendum coarguat, adponere: nam quod paulo supra vacuum spatium reliquimus, existimamus vocem aliquam Græcam deesse: cujus cum nullum vestigium in manuscriptis sit, nihil aliud nobis faciendum fuit, nisi sedem suam illi conservare, ut si quando in integriore aliquo codice inventa fuerit: illinc in nostrum etiam transferri possit. *Victer. Spero etiam, quoniam adhuc nihil nobis obsuit; nihil in vita. sed ne recenta hoc; quod cum fertiter dii illigent te, tum etiam herculeo nodo. modo &c.*) Locum hunc miserrime lacerum & divulsum, partim ex conjectura, partim ex Decurtaro restituit Bosius: sic autem est in prisco illo: *Spere etiam, queniam adhuc nihil nobis ebfuit; nihil in vita, sed nec recentia hoc qued cum fortiter diligenter; tum etiam hercule mode. modo enim &c.* Monstra hæc scripturæ ita procuranda existimavit: primum statuir collocandum esse punctum post vocem, *vita*, scribendumque *recenta*, pro *recentia*, proque *diligenter*; *Die illigent te.* & pro *hercule modo*; *herculeo nodo &c.* Victorius hunc lo-

quoniam adhuc nihil nobis obfuit, 53 nihil mutasse: 54 nec tegentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, tum

locum pro desperato habet, vultque apponi stellulam quæ mendum coarguat; refertque antiquum suum pro, *mutasset*, quod habet vulgus, legere, *unitasset*. Bessarionis liber, *mutuasset*. Lambinus se hoc ulcus sanare non potuisse fatetur. cum tamen Bosius pro, *nec tegentia*, conjecisset legendum νεκρεγερσίᾳ. ille, pro, *nihil imitasset*, ut erat in cod. Tornæsiano, legeret *nihil me peccasse*; totum hunc locum ita concipiendum suspicatus est; *nihil me peccasse, sed* νεκρεγερσιᾳ *tua nos, quod cum fortiter & diligenter, tum etiam hercule feliciter morbum depulisti, valde delectarunt, modo enim &c.* Junius ex mss. complurium vestigiis, & argumenti contemplatione, legendum conjicit in hunc modum: *Spero etiam, quoniam adhuc nihil vobis obfuit nihil mutasse: nec tegentia hac: quod cum fortiter & diligenter, tum etiam Herculeo modo. modo enim audivi &c.* vulg. *quod cum fortiter & diligenter, tum etiam mehercule * modo enim &c.* Clericus. *Opinor & certe.*) Totus sensus est. Spero etiam te & uxorem Piliam quartana liberatos: quia & continuato tam diu frugali vestro victu sine mutatione, & nupera illa, quam fortiter & diligenter subiistis, curatione testatus es non aggravatum vestrum morbum: de te certe modo jam mihi nuntius venit, eam a te decessisse. *J. F. Gronov.* Non ferenda est audacia Bosii, suas conjecturas valde temerarias pro Ciceronis verbis venditantis lectoribus, in hac, quam adornavit, editione: nec Gruteri hoc quidem in loco dissimulanda simplicitas, quod pace manium eruditissimi viri dixerim, qui passus sit hæc somnia Bosiana in sua editione quoque legi; Præstat cum Victorio, Manutio, Bruto, a veterum codicum, quibus etiam addendi sunt Balliolens. & Helmstad., scriptura non recedere, donec commodiora eruantur exemplaria: Nam ex conjecturis hunc locum velle restituere, mera est stultitia. *Grævius.*

53. *Nihil in vita.*) Locus corruptissimus. Verus lectio est: *Nihil mutasse: sed nec tegentia hoc quod cum fortiter & diligenter, tum etiam me hercule, modo enim audivi.* videtur Cicero scripsisse: *Spero etiam (quoniam adhuc nihil vobis obfuit nihil mutasse, sed nec recens hoc, quod tam fortiter & diligenter, tum etiam mehercule modo jam audivi quartanam a te decessisse* J. F. Gronov.

54. *Nec tegentia hoc, &c.*) Totum hunc locum ita concinnare conati sumus, eadem qua reliqua lege, in quibus exemplaria nobis nihil opis afferunt: *Nec tegent eo hoc, quod cum fortiter & diligenter, tum etiam meliuscule modo iniit.* Nam Cicero, qui antea Pompejum stupere ac nihil agere, summo cum dolore vidisset; posteaquam illud dein ex litteris tum Domitii, tum ipsius, quasi se colligere, ac pristinæ virtutis recordari intellexit: rursum in spem veniens: Quoniam, inquit, adhuc nihil nobis obfuit (res enim adhuc integra quodammodo videbatur, nondum capto Corfinio) nihil illum mutasse, hoc est, movisse: spero etiam ea, supple quæ omissa ab illo sunt: non tegent, hoc est, obscurabunt; hoc modo, cum fortiter & diligenter, tum etiam meliuscule

tum etiam d hercule. modo enim audivi, quartanam e a te discessisse. moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. 55 Piliæ dic, non esse æquum, eam diutius habere, nec id esse vestræ concordiæ. Tironem nostrum f ab altera relictum audio. sed eum video in sumptum ab aliis mutuatum. ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogaram. malo Tironis verecundiam in g culpa esse, quam illiberalitatem Curii.

d mehercle Grav.
e in te MS.
f ad MS.
g culpam MS.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

UNum etiam restat 56 amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. at nemo dubitat, quin subsidio venturus sit: ego non puto. 57 deseret igitur

liuscule iniit, & facere instituit. Deinde ad alia transit: *Audivi quartanam a te discessisse*. Spem vero Pompejum suis litteris dedisse, unde boni recrearentur, ex ea epistola cognoscitur, quæ prima proximam sequitur: in qua hæc sunt: *Ecce subito litteræ Domitii ad illud, ipsius ad Consulem. Fulsisse mihi videbatur* τὸ καλὸν *ad oculos ejus, & exclamasse ille vir, qui esse debuit, &c.* Promiserat enim se domitio auxilio venturum: unde illa, *Hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in adventu terrorem*. Malasp.

55. *Piliæ dic.*) Id est, Fac igitur inculces dilectissimæ tuæ Piliæ, quoniam tam concordes per omnia vivitis, & adeo utriusque vestrum consentit astrum, ut simul etiam ægrotare cœperitis, non decere, nec convenire tam unanimis, ut ille febrim, molestissimam hospitem, velit retinere, postquam tu ei renuntiasti, & multam salutem dixisti. Similis locus lib. VII. Fam. ep. 4. *Si quid constitutum*. Nec sine causa sic jocatur Cicero: magna enim curationis pars est velle sanari, & alacri animo esse. Liv. lib. VIII. 36. *J. F. Gronov.*

56. *Amico nostro.*) Pompejo. *Victus sum.*) Victus enim Pompejus Italia cedit. vide igitur, qua in sollicitudine verser, cum neque Pompejum, tam multa peccantem, sequi debeam; &, manere in Italia, peracerbum sit, propterea quod neque ista, (ep. 15.) quæ a Cæsare fiunt, videre possum, neque ipsum Cæsarem. *P. Manut.*

57. *Deseret igitur talem civem? & eos una, quos ii secum habeat.*) Nos multa hinc menda sustulimus, vel potius totum locum alium reddidimus, ex mendoso scilicet & obscuro clarum & integrum facientes, atque id beneficio antiquioris nostri codicis. Qui diligenter nostram lectionem consideraverit, spero, judicium nostrum probabit. Fingit aliquem mirari suam sententiam, nec posse credere hoc unquam Pompejum commissurum: diligenterque

tur talem civem, & eos, quos una scis esse? cum habeat præsertim & ipse cohortes [h] xxx? nisi me omnia fallunt, deseret. incredibiliter pertimuit. nihil spectat nisi fugam: cui tu (video enim quid sentias) me comitem putas debere esse. Ego vero, quem fugiam, habeo, quem sequar, non habeo. 58 quod enim tu meum laudas, & memorandum [i] dicis, malle quod dixerim me cum Pompejo vinci, quam cum istis vincere: ego vero malo, sed cum illo Pompejo, qui tum erat, aut quid mihi esse videbatur: cum hoc vero, qui ante fugit, quam scit, aut quem fugiat, aut quo,

59 qui

[h] xxx Domitius? Nisi *alii*.

[i] ducis *Bos. & alii*.

que se interrogare, quomodo putet fieri posse, ut talem civem deserat, & quos una sciat esse: cum habeat præsertim ipse cohortes xxx. cui ipse *deseret* respondet, additque causam cur ita credat: tanto enim timore perculsum illum, tantopereque de sua salute solicitum esse dicit, ut nihil spectet aliud nisi fugam. Cum autem aliquid vehementer asseveramus, de quo interrogati simus, eodem utimur verbo quo usus fuerat, qui cum admiratione & indignatione aliqua nos interrogaverat: ut est etiam in illo eleganti epigrammate quod est in libello, qui continet lusus in Priapum, *Fur abeas: pœnam licet indignere: feramque Propter olus, dicas, hoc ego? propter olus*. Sic enim legimus eos versus: non ut in melioribus etiam editionibus scripti sunt: quod etiam declarat Græcum epigramma, unde hoc expressum est: antea enim Græcum factum esse putamus, postea Latine non ineleganter redditum: hi autem ultimi duo versus, ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι φὼρ ἔμβλεπε: τοῦτο δ' ἐρωτᾷς τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα τῶν ὀλίγων. Quod *si ex ipso*, id est ipsius Pompeji intellexisset, falsum esset, & contra historiam. nam Pompejus in epistola ad Coss. hoc ipso in volumine illum habere tradit xix. cohortes, quæ suæ sint, xii. autem ipsius proprias: quæ numerum fere conficiunt xxx. cohortium quas Domitius habebat. supraque narrat se ad illum scripsisse: primum uti ipse cum omni copia ad se veniret: si de se dubitaret, ut cohortes xix. quæ ex Piceno ad se iter habebant, mitteret. *Victor*. Sed postea fuit emendatum ab ipso Victorio: *Cum habeat præsertim & ipse cohortes* xxx. Balliol. Helmst. & alii MSS. *Cohortes* xxx. *Domitius? nisi me*, Lege: *cohortes* xxx? *Domitium, nisi me omnia fallent, deseret*. Videtur efficaciæ ergo hic *Domitium* repeti. Domitium illum tantum virum cum triginta suis cohortibus, & tot nobilibus civibus deseret. *Gravius*.

58. *Quod enim tu meum consilium laudas.*) Nos *consilium* delevimus, in nullis enim manuscriptis vidimus: & nisi hoc me fallit, vacare puto, vel potius elegantiorem sensum fœdare. meum enim, scilicet dictum, & ἀπόφθεγμα intelligo: sic enim quod subjungit, vocari debet, non consilium. multis autem locis sic loquitur Cicero. *Victor*.

59. *Qui*

59 qui nostra tradidit, 60 qui patriam reliquit, Italiam relinquit, si malui; contigit; victus sum. k quod superest, nec ista videre possum, quæ, numquam timui, ne viderem; nec mehercule istum, propter quem mihi non modo meis, sed memetipso carendum est. Ad Philotimum scripsi de viatico, 61 sive a Moneta, 62 (nemo enim solvit) sive ab Oppiis, tuis contubernalibus. cetera l apposita tibi mandabo.

P.CXXIII. k quid superest? *alii*. l apposite *aut* opposita *alii*.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

O Rem turpem, & ea re miseram! sic enim sentio, id demum, aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. aluerat Cæsarem: eundem repente timere cœperat: conditionem pacis nullam probarat: nihil ad bellum pararat: urbem reliquerat: Picenum amiserat culpa: in Apuliam se compegerat: ibat in Græciam:

59. *Qui nostra tradidit.*) Recte, & potest explicari. Conjectura tamen paterna est *qui nos tradidit*, quam proposuit lib. III. Observat. cap. 23. *Gronov.*

60. *Qui patriam reliquit, Italiam deseruit.*) Antiqui libri melius *Italiam relinquit*: nondnm enim ex Italia fugerat: quanquam id facere cogitabat: omnesque videbant eam ipsum omnino relinquere velle. *Victor.*

61. *Sive a Moneta.*) Ad ædem Iunonis Monetæ Romæ nummi cudebantur. inde nummi ipsi monetæ nomen adepti sunt. Mandarat vero Cicero Philotimo, ut a Moneta, ubi nummi percutiebantur, pecuniam sibi ad viaticum pararet, auro argentove infecto cum ea permutato, aut ut nummos ab iis argentariis fœnori acciperet, qui in ædibus Veliensibus Attici habitabant. Ænigma de Oppiis Veliensibus supra explicavimus. *Bosius*. Sive a Monetariis facta permutatione auri argentive infecti cum pecunia, sive a fœneratoribus & argentariis Oppiis, de quibus lib. VI. Moneta dicitur locus ubi nummi feriuntur, quem Romæ traduat fuisse in æde Junonis Monetæ. Ausonius de Mediolano, *Templa, Palatinæque arces, Opulensque moneta*. Hinc *Monetarii*, qui in moneta publica operantur, ut Ulpianus loquitur in lib. VI. tit. Ad leg. Jul. pecul. Sic etiam vocantur a Vopisco in Aureliano, & a Firmico lib. VIII. cap. 17. *Popma.*

62. *Nemo enim solvit.*) Id est; nam a debitoribus meis nunc nihil potest exigi, cum propter metum temporum quisque teneat quod præ manu est, & propter justitium nemo potest cogi ut solvat. VII. Fam. 18. *J. F. Gronov.*

ciam: omnes nos ἀπροσφωνήτους, expertes sui tanti; tam inusitati consilii, relinquebat. esse subito litteræ Domitii ad illum, ipsius ad m consules. n fulsisse mihi videbatur 63 τὸ καλὸν ad oculos ejus, & exclamasse ille vir, qui esse debuit,

m consulē *Manut.*
n affulsisse *alii.*

64 Πρὸς ταῦθ' ὅ, τι χρὴ, καὶ παλαμάσθων,
Καὶ πάντ' ἐπ' ἐμοὶ ο τεκταινέσθων.
Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.

o τεκταινέσθων *MS.*

at

63. Τὸ καλὸν.) *Honestum* ep. 10. lib. VII. atque hoc præsertim, ut Domitio subveniret ep. 3, 7. & 15. h. l. *Corrad.* Existimabam Pompejum honesti splendore motum forti & invicto animo stare contra Cæsarem, & exclamare. Efficiam adversus hoc quod opus est facto: machinentur & struant quidvis in me. quod enim rectum est a me stat. Usurpat verba Aristophanis in Acharnensibus paulum immutata: sicut Varro poetarum versus sæpe luxatis numeris refert. *Popma.*

64. Πρὸς ταῦθ' ὅτι χρὴ. &c.) Hæc verba Græca, quæ ante depravata legebantur, ex antiquo nostro exemplari accepimus: citantur autem a Suida in dictione παλαμᾶσθαι. non memini me alibi ea reperisse: quamvis eorum sententia non obscura sit, recteque intelligatur quam vim hoc loco habeant. esse tamen non inutile scire, cujus autoris essent: clariorem enim hunc locum faceret, videre a qua occasione pronunciata essent. *Victorius.* Πρὸς ταῦθ' ὅτι χρῆ.) Locus Aristophanis e comœdia, quæ inscribitur Ἀχαρνεῖς, hic est,

Πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω,
Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω.
Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.

Aut igitur hic Aristophanis verba ipsa ponenda sunt: ut nomine Cleonis Cæsar ἐν αἰνιγμοῖς intelligatur: aut si illud, ὅτι χρῆ, ut est in impressis libris, retinetur; illud quoque retinendum est quod in olim impressis libris habebatur, ποιήσω. ut sit, ποιήσω, ὅτι, χρῆ. erit autem hæc sententia. eaque mihi, ut videtur, satis apta. Ego quidem, quod fieri oportet, efficiam: deinde,

καὶ παλαμάσθων,
Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων.
Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.

Quidlibet in me struant & moliantur Cæsariani: justum enim me stat. ut leviter immutatos Aristophanis versus Cicero ad id, quod agebat, accommodaverit. *P. Manut.* Πρὸς ταῦθ' ὅτι χρὴ, καὶ παλαμάσθων καὶ πάντ' ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων.) Sic Bosius ex mss. qui satis mirari non potest audaciam Lambini, qui rejecta veterum librorum lectione, propria Aristophanis verba reponit. Junius mss. Pal. ope sic emendat, πρὸς ταῦτα δῆλον τί χρή; καὶ παλαμάσθων καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ. Vulg. πρὸς ταῦθ' ὅ, τι χρὴ καὶ παλαμάσθων καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ καὶ τεκταινέσθων. Cleric.

65. Quo

at ille tibi, πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens, pergit Brundisium. Domitium autem ajunt, re audita, & eos, qui una essent, se tradidisse. o rem lugubrem! itaque intercludor dolore, 65 quo minus ad te plura p scribam tuas litteras exspecto.

p non scrib. alii.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

Epistolam meam quod pervulgatam scribis esse, non fero moleste. quin etiam ipse multis dedi q describendam. ea r enim & acciderunt jam & impendent, ut testatum esse velim, de pace quid senserim. cum autem ad eam hortarer, eum præsertim hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si id, s quod eum hortarer, convenire ejus sapientiæ dicerem. eam si *admirabilem* dixi, t cum eum ad salutem patriæ hortabar; non sum veritus, ne viderer assentari; cui tali in re lubenter me ad pedes abjecissem. Quam autem est, *aliquid impertias temporis*; non v est de pace, sed, de me ipso & de meo officio, ut aliquid cogitet. Nam quod testificor, me expertem belli fuisse; etsi id re x perspectum est, tamen eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod causam ejus probo. Sed quid hæc nunc? utinam aliquid profectum esset! y ne ego istas litteras in concione recitari velim; si quidem ille ipse ad eundem scribens in publico proposuit epistolam illam, in qua est, *pro tuis rebus gestis amplissimis*: amplioribusne, quam suis, quam Africani? ita z tempestas ferebat. si quidem etiam vos duo 66 tales ad quintum milliarium: a quid, nunc ipsum

q scribendam MS. P. B.
r enim acc. MS.
s ad quod alii.
t quo eum MS.
v ut de alii.
x expertum alii.
y ne alii.
z tempus Victor. & alii.
a quod alii.

65. *Quo ad te plura scribam, non habeo.*) Veterem hic etiam lectionem reposuimus, ut intercludor dolore, prohibeor significet, ne ad te plura scribam. non finit, inquit, dolor quo premor, me ad te plura scribere, nimis autem (si accurate animadvertas) frigida & inepta erat sententia vulgatę lectionis. *Victorius.*

66. *Tales.*) Pro, *tales*, castigavi, *Cales*, sequutus conjecturam doctissimi & acutissimi viri Justi Lipsii, qui lib. II. Variarum Lectionum ita reponendum censet. *Cales* autem municipium est Italiæ, quo obviam ire Cęsari decreverant Atticus & Sex. Peduceus. *Bosius.* Vide Lips. II. Var. Lect. 15. Cur ego non scriberem epistolam ad Cęsarem plenam illius laudibus. siquidem, &

Pom-

ipsum , unde se recipienti ? quid agenti ? quid acturo ? quanto autem ferocius ille causæ suæ confidet , cum vos , cum vestri similes non modo frequentes , sed b læto vultu gratulantes viderit ? Num igitur c peccamus ? minime vos quidem. 67 Sed tamen signa conturbantur , quibus voluntas a simulatione distiugui pos-

b *alii* toto.
c peccavimus ? *Brut.*

Pompejus; sua epistola amplissime eum laudavit , & tu & Sex. Peduceus venienti Romam , *Cales* municipium ad v. milliarium obviam ire cogitatis . *Popma* . *Cales*.) Lipsii emendatio II. Var. 15. Cæsari obviam iistis, sed Cales plusquam centum millia passuum distat Roma , nam est prope Capuam. ante legebatur *tales* , quod rectum , nempe tu & Sextus Peducejus tam conspicui in ordine equestri vel illustres equites Romani. infra in hac epist. suspicor intelligendum esse obviam iistis ; & hoc fecisse eos ad falsum rumorem , Cæsarem ad urbem adventare . *J. F. Gronovius* . Pro Lipsii emendatione facere videtur codex Helmstad. in quo scribitur : *Siquidem vos duo Calem* . Sic in tabula Peutingeri : *Ad Calem*. Et in Itinerar. Anton. August. *Ad Galem* . Sed illud oppidum *Callis* dicitur, ut bene Surius & Holsteinius ante monuerunt, corrupte *Cales* scribitur. situm erat in Umbria, ad viam Flaminiam, hodie *Cagli* appellatur . *Cales* vero fuit oppidum Campaniæ, de quo supra. Neutrum huic loco congruit. Nam *Caliis* & *Cales* non quinque , sed plus quam octoginta milliaria Roma distant. Quomodo igitur poterat dicere ? *Vos duo Cales ad quintum milliarium*. Assentirem Lipsio si ratio locorum ei non adversaretur . Vetus lectio non est sollicitanda. Nam quod Lipsius ait : quid illud *taleis* faciat, non facile video , neque simile aliquod legendi genus legere memini, adscribendum est ejus ætati teneriori, qua hos libros Variarum Lectionum edidit. An non simile plane est quod in præcedenti ep. 7. legitur: *Deseret igitur talem civem* ? Et in hac ipsa epistola paullo inferius: *Tamen hoc quod talibus viris non subvenit, laudare non possum*. Et apud Sallust. Jugurth. *Tamen ad id locorum talis vir consulatum appetere non audebat*. Plaut. Merc. III. I. *Ne plora nimis, stulte facis, oculos corrumpis tales*. hoc est, tam pulchros. Terent. Hec. IV. 26. *Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem*; Sic *vos duo tales*. hoc est, vos duo viri tam insignes . *Gravius.*

67. *Sed tamen signa conturbantur*.) Sensus est : Vos qui me accusatis , quod scribens ad Cæsarem, eumque ad concordiam adhortans, præter animi mei sententiam, constantisque civis officium quem scitis, ea quæ ab illo fiunt, non probare , assentari visus sim : vos inquam , tales viri gravius peccare videamini, cum illi obviam ire cogitetis. At tempori inservimus, exemplo summorum virorum ; Scio , nec reprehendo . Sed si quis iniquior vestrum hoc factum in deteriorem partem interpretari volet , quomodo hominum sermones effugere poteritis ? Nam certe signa conturbantur , quibus voluntas a simulatione dignosci posset . *Malasp.*

68. *Ex*

posset. quæ vero senatus consulta video? sed apertius, quam proposueram. Ego Arpini volo esse pridie [d] Kal. deinde circum villulas nostras errare, quas visurum me postea desperavi. εὐγενῆ tua consilia, & tamen pro temporibus non incauta, mihi valde probantur. Lepido quidem (nam fere συνδιημερεύομεν, quod gratissimum illi est) numquam placuit [68] ex Italia exire, Tullo multo minus. crebro enim illius litteræ ab aliis ad nos commeant. sed [e] me illorum sententiæ minus movebant. minus multa dederant illi reipublicæ pignora. tua mehercule auctoritas vehementer movet. affert enim & reliqui temporis recuperandi rationem, & præsentis tuendi. sed, obsecro te, quid hoc miserius, quam alterum plausus in [f] fœdissima causa quærere, alterum offensiones in optima? alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? & mehercule quamvis amemus Cnæum nostrum; ut & facimus, & debemus; tamen hoc, quod talibus viris non subvenit, laudare non possum. nam, sive timuit, quid ignavius? sive, ut quidam putant, meliorem suam causam illorum cæde fore putavit; quid injustius? Sed hæc omittamus. augemus enim dolorem [g] retractando. VI. kal. vesperi Balbus minor ad me venit, [69] occulta via

d kal. non est in MSS.

P. CXXIV.

e meliores sent. MS.

f fidelissima MS.

g retrectando MSS.

68. *Ex Italia exire ullo modo, &c.*) Locus erat valde depravatus. Nos ex manuscriptis nostram lectionem satis planam & veram ut arbitror, collegimus. Hoc ipso volumine hos iterum conjunxit: parique consilio uti velle ostendit, De Lepido & Tullio quid quæris? illi vero non dubitant quin Cæsari præsto futuri, in senatumque venturi sint. Erat autem hic M. Tullius Ciceronis nostri necessarius, quem ad Atticum non multo post dicit se misisse. *Victor. Tullo.*) In libro Bessarionis, *Ullo:* nos, *Tullo*, non dubitavimus quin legendum esset, cum hic Cicero significet L. Volcatium Tullum, qui consul fuit cum M'. Æmilio Lepido: de quo etiam epistola hujus libri prima, *Nec me*, inquit, M'. *Lepidi, L. Volcatii comitum pœniteret*. & epist. 14. libri IX. *P. Manut.*

69. *Occultavit occurrens ad Lentulum &c.*) Hæc verba aliquid omnino mendi continebant: nescio an recte id sustulerim. Parum hic adjutus a manuscripris codicibus, nihil habeo quod affirmem. Currens autem intelligo, magna celeritate iter faciens, ut lib. XIX. *Vixdum epistolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum Posthumus Curtius venit*. Nec multo post, initio scilicet sequentis epistolæ, Domitii filius transiit Formias VIII. Id. currens ad matrem Neapolim. Quod si *occultavi te*, legas: existimare possumus illum ante de hac re Atticum certiorem facere noluisse.

vel

via h currens ad Lentulum consulem i missu Cæsaris, cum litteris, cum mandatis, cum promissione provinciæ, Romam ut redeat: K cui persuaderi posse non arbitror, 70 nisi erit conventus. idem ajebat, nihil malle Cæsarem, quam ut Pompejum assequeretur; id credo; l & rediret in gratiam; id non credo: & metuo, ne omnis hæc clementia ad unam illam m crudelitatem colligatur. Balbus quidem major ad me scribit, nihil malle Cæsarem, quam principe Pompejo sine metu vivere. tu puto n hæc credis. sed, cum hæc scribebam v. kal. Pompejus jam Brundisium venisse poterat. expeditus enim antecesserat legiones o Luceria. sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia p est. plane, quid futurum sit, nescio.

h decurrens *Brut.* i *alii* jussu. K qui pers. *MS.* quem pers. *alii.* l ut *alii.* m credulitatem *alii.* n hoc *MS.* o xi. Luceria *alii.* p est plenum. quid *alii.*

E P I S T O L A X.

P. B.

CICERO ATTICO S.

DIONYSIUS cum ad me præter opinionem meam venisset, locutus sum cum eo liberalissime: tempora exposui: rogavi, ut diceret, quid haberet in animo: ...

vel tu aliquid melius excogita. *missu* autem scripsimus, ubi antea *jussu* legebatur, auctoritate veterum codicum nixi. *Victorius.*

70. *Nisi erit conventus.*) Ant. Augustinus pro *conventus* legit *coactus*. Ursin. *Nisi erit conventus.*) Habet amicissimus meus in antiquo suo libro, *Nisi non erit conventus.* quod cum aliquandiu cogitans examinassem, ut in librorum dissensione soleo, veni in hanc opinionem, detrusum suo loco, *Non*, in alienum migrasse; vitiosumque esse, *Posse non arbitror, nisi erit conventus*; sincerum, *Posse arbitror, nisi non erit conventus.* putabat enim Cicero ante Lentulum esse cum Pompejo transmissurum, quam a Balbo conveniri posset. apertius ep. 11. lib. VIII. & 6. lib. IX. & Paterculus lib. II. *P. Manut. Nisi conventus erit.*) Habet Manutii amicissimus in antiquo suo, *nisi non erit conventus*; quod cum aliquandiu cogitans examinasset, venit in hanc opinionem, detrusum suo loco, *non*, in alienum migrasse; vitiosumque esse, *posse non arbitror, nisi erit conventus*; sincerum, *posse arbitror, nisi non erit conventus.* pro, *conventus* autem legit *coactus* Ant. Augustinus. *Cleric. Nisi erit coactus.*) Popma explicat vulgatum: Balbus præsentem conveniat oportet. Bosius, *conventus* facit substantivum. Sed Corradus rectum habet. sensus est: quod ille nunquam facturus est, nisi forte cum Balbo conlocutus fuerit, id est, quod, quę levitas est hominis, sine dubio ille facturus est, si modo Balbus cum con-

mo : me nihil ab ipso invito contendere. respondit , se , quod in q nominibus haberet , nescire quo t loci esset : alios non solvere , aliorum diem nondum esse dixit. etiam alia quædam de servulis suis , quare nobiscum esse non s posset. morem gessi : dimisi a me , ut magistrum Ciceronum , non lubenter ; ut hominem ingratum , non invitus . t Volui te scire , v quid ego de ejus facto judicarem .

q nummis *Grut.* & *alii.*
t loco *alii.*
s potest *MS.*
t Volet *MS.*
v & quid *MSS.*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

Quod me magno animi motu perturbatum putas ; sum equidem , sed non tam magno , quam tibi fortasse videor . Levatur enim omnis cura , cum aut 71 constitit consilium , aut cogitando nihil explicatur. 72 lamentari autem licet. 73 illud tamen totos x dies. sed vereor , ne , nihil cum proficiam , etiam dedecori y sim 74 studiis ac litteris nostris. consumo igitur omne tempus , con-

x dies, vereor *Brut.* *Lamb.*
y sit *Idem.*

convenerit. Plaut. Aul. II, 5, 9. Bacch. IV, 9, 6. *Erit conventus.* ita Liv. I, 58. de hoc Balbo. Vide Vell. II, 51. *J. F. Gronov.*

71. *Constitit consilium .*) Vulg. *consistit.* quod videtur probasse Gifanius in Observat. Linguæ Latinæ , annotatque id tum fieri, cum res jam deliberata est. *Cleric.*

72. *Lamentari autem licet* .) Ita lib. XIV. I. *Stomachari*] *totum diem licet*. Suspicor scripsisse : *Illud tamen* , *totos dies* , *subvereor.* Sensus est : Gemere autem & deplorare , quod ipsum est genus levandæ curæ (nam *expletur lacrimis egeritur dolor*, Ovid.) licet; sed quod addi vulgo solet *totos dies* , id si faciam , non parum vereor &c. *J. F. Gronov.*

73. *Illud tamen totos dies* .) Totos dies tamen licet illud , nempe *lamentari.* satis temporis habeo ad lamentandum : ideo saltem oportebat mœrorem in scribendo deponere . Correctio est proximi dicti . Sic epistola prima lib. XVI. *sed stomachari totum diem licet*. Bosius.

74. *In studiis ac litteris nostris consumo omne tempus* .) Elegantiorem & veriorem lectionem retinent antiqua exemplaria , quam in nostro libro scripsimus . Non enim se dicit consumere omne tempus in studiis ac litteris : nam falsum id fuisset , nec satis honestum illi in tantis Reip. perturbationibus , tantoque belli motu officio boni civis deesse : sed loquitur de lamentationibus & querelis , in quibus totos dies versabatur : dicit enim se vereri ne cum nihil proficiat , dedecori sit studiis & litteris suis : qui enim philosophiæ operam dedit , ejusque præsidiis munitus est , debet fortiore

considerans, quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter; ut tibi quidem videmur, expressimus. tenesne igitur, moderatorem illum reipublicæ, quo referre z velimus omnia? nam sic quinto, ut opinor, in libro loquitur Scipio: *Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic moderatori reipublicæ beata civium vita proposita est; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit, hujus enim operis, maximi inter homines atque optimi, illum esse, a perfectorem volo.* Hoc Cnæus noster cum antea numquam, tum in hac causa minime cogitavit. dominatio quæsita ab utroque est: non id actum, beata, & honesta civitas ut esset. Nec vero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset; nec Italiam, quod ea pelleretur; sed hoc a primo cogitavit, omnes terras; omnia maria movere, reges barbaros incitare; gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. genus illud Sullani regni jampridem appetitur; multis, qui una sunt, cupientibus. an censes, nihil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuisse? hodie potest. sed neutri σκοπὸς est ille; ut nos beati simus; uterque regnare vult. b Hæc, a te invitatus, breviter exposui. voluisti enim me, quid de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίζω c igitur, noster Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens.

z volumus *alii.*

P. CXXV.

a *effectorem* alii.

b Hæc ad te *alii.*

c igitur *deest in MS.*

75 Jamque mari magno.

non

tiore animo fortunæ casus sustinere: consumere autem se omne tempus in præclaris, & egregio cive dignis cogitationibus. considerabat enim quanta vis esset illius viri &c. in cunctis vulgatis codicibus præter puncta; quæ perverse conlocata erant; *in* præposito abundabat: deeratque *igitur* post verbum *consumo*: quæ castigata, planam & sinceram scripturam relinquunt. *Victor.*

75. *Jamque majora magno tumultu.*) Antiqua lectio omni pene mendo vacua est, una tantum littera in nostro abundat: pro *mari* enim, *Maria* in eo legitur. Est autem initium carminis ea tempestate notissimi; quo Cassandra futura mala Trojanis denunciat. Id est apud Ciceronem libro primo de Divinatione. Jamque mari magno classis cita Texitur, exitium examen rapit: Advenit, & fera velivolantibus Navibus complevit manus littora. Quod autem pronuntiatum sit a Cassandra, paulo ante declaratur: inquit enim, Deus inclusus corpore humano, non jam Cassandra loquitur. quæ autem nunc nobis tam obscura sunt & incerta, ea tunc plana & nota omnibus erant.

Ilias

non multo, inquam, secus possum vaticinari: tanta malorum impendet ἰλιάς. atque hoc nostra gravior est causa, qui d domi sumus, quam illorum, qui una transierunt, quod illi e quidem alterum metuunt, nos utrumque. cur igitur, inquis, remansimus? vel tibi paruimus; vel non occurrimus; vel hoc fuit rectius. 76 conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate, & quati utriusque vi mancipiis ex omni genere collectis; 77 nec

d ruri alii.
e qui MS.

Ilias autem malorum, id est infinita quædam vis, & multitudo, proverbium est, de quo Eustathius in procemio in Homerum mentionem fecit, καὶ παροιμία μέντοι κακῶν ἰλιάδα φησὶν αὕτη δὲ κακῶν παντὸς ἰλιάς ἐστιν. *Victorius*. *Jamque mari magno*.) Hemistichium ex vetere poeta: cujus integri sunt versus, anapæstici dimetri ex persona Cassandræ vaticinantis, lib. 1. de Divinatione;

Jamque mari magno classis cità
Texitur: exitium examen rapit,
Advenit, & fera velivolantibus
Navibus complevit manus littora.

P. Manut.

76. *Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate, aut utriusque mancipiis.*) Hæc verba mendo vacare non puto: nam, & antiquæ scripturæ diversitas id arguit, & monosyllabum *aut*, quod cum disjungendi naturam habeat, semel tantum poni non solet. Nos primo cum fide veterem lectionem proponemus, deinde quid leviter suspicemur explicabimus: *proxima æstate qaut utriusque in mancipiis*. videndum an ex *qaut* recte *quati* fieri possit, ut priori verbo simile, & fere par secundum ponat, conculcari inquam, & quati. Quatere autem infestare significat autore Nonio Marcello, qui id confirmat testimonio Virgilii in VIII. libro. *Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.* sed hæc incerta sunt; & tenuibus quibusdam tantum conjecturis nixa. Animadvertimus autem hanc epistolam fœdis multis maculis resperfam esse, & a librariis undique pessime acceptam. *Victor.* Ex vestigiis veteris scripturæ sic hunc locum restitui, *conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate, & quati utriusque vi, mancipiis ex omni genere collectis.* Bosius.

77. *Nec tam inruptio pertimescenda.*) Nos arbitrati sumus legi debere *proscriptio.* in antiquo enim codice *iptio*: & non multo post, *confligendo*, ubi *obligando* ante legebatur: cujus etiam castigationis non parvum in eodem libro vestigium invenitur. Et ne ullam rem, quæ possit aliquid opis adferre ad ingenuam lectionem indagandam, vel ad loci vitium & perversionem animadvertendam, relinquamus, sic in illo hic locus scriptus est, *multis sermonibus denunciata est igitur quam universam interitus.* Hoc autem omisimus: nec enim potuimus ex tam confusis dictionibus aliquid boni eruere. *Victor. Proscriptio pertimescenda.*) Id est, & proscriptio fiat exemplo Syllano. Flor. III, 22. sive ut in tabula alba atramento scripta proponantur publice nomina illustrium & locupletium hominum, quos occidendi sub præmio potestas fiat, bonis

nec tam sectio pertimescenda, quæ Luceriæ multis sermonibus denuntiata est, quam [f] universim interitus: tantas in [g] confligendo utriusque vires video futuras. Habes conjecturam meam. tu autem [h] consolationis fortasse aliquid exspectasti; nihil invenio; nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdius. Quod quæris, [i] quid Cæsar ad me scripserit; quod sæpe: gratissimum sibi esse, quod [k] quierim: oratque, in eo ut perseverem. [78] Balbus [l] minor hæc eadem mandata. iter autem ejus erat ad Lentulum consulem cum litteris Cæsaris præmiorumque promissis, si Romam revertisset. verum, cum habeo rationem dierum, ante puto [m] transmissurum, quam potuerit conveniri. Epistolarum Pompeji duarum, quas ad me misit, negligentiam, meamque in [n] rescribendo

f universum *alii*.
g obligando *MSS*.
h conciliationis *MSS*.
P. B.
i quod C. ad me scripsit *MSS*.
k quiverim *MS*. *forte* quieverim *Grav*.
l junior *MSS*.
m transmissum *alii*.
n scrib. *alii*.

bonis publicatis & sub hasta divenditis (quod se facturos Pompejani jam, Luceriæ adhuc cum essent, minati sunt) sed ut sine discrimine in omnes sæviatur. *J. F. Gronov.* Notum est ab aliis alia tentata; quibus ut acquiescerem, nullam causam habui, quum pro lubitu suppleant, & discedant ab manuscriptorum fide. Hanc unam sequens ab Victorio publicatam & firmatam ab Helmæst. & Ball. & Huralt. opinans confusas tantum esse litteras, & Tullium dedisse *sectio*, sic edidi. Mox ubi codices iidem exhibent *in obligando*, existimo eos innuere non *in confligendo*, ut ex ingenio Victorii arripiunt omnes editiones, sed *in obluctando*. Quod Bosius fingebat *denunciata est licituris*, pro eo quod quidam libri habent *denunciata est igitur*, patri commodissime quidem venerat in mentem *denunciata esse dicitur*; sed quia non omnes libri hanc accessionem probant, sequutus fui alios in ea omittenda, maximopere miratus in hac causa silentium Clerici alioquin in minimis notandis ita seduli. Tamen videndum. *Gronov.*

78. *Balbus minor.*) Hic est L. Cornelius Balbus. minor appellatur, ut a majore Balbo, ejus patruo, distingueretur, eo, pro quo exstat Ciceronis oratio. triumphavit ex Africa. Plinius lib. v. c. 5. *Omnia armis Romanis superata, & a Cornelio Balbo*, inquit, opidum Garama, caput Garamantum, *triumphata, unius omnium externo curru, & Quiritium jure donato: quippe Gadibus nato civitas Romana cum Balbo majore patruo data est.* Balbus vero major non est is, qui nominatur epist. 12. lib. 11. (nam ille Atius est, qui Atiam, Augusti matrem, genuit) sed is, qui epist. 3. lib. vii. Tartessius vocatur, negotiorum C. Cæsaris in urbe procurator. Tres igitur Balbi, unus Aricinus, Atiæ gentis, maritus Juliæ, Cæsaris sororis: duo Gaditani, civitate donati, Corneliæ gentis facti: quorum alter Balbus major, alter minor, ex majoris fratre genitus, dictus est. de minore videnda Asinii epist. lib. x. Fam. Quartum quoque Balbum invenio, gentis Ampiæ, ad quem scribitur epist. 12. lib. vi. *P. Manut.*

79. A-

bendo diligentiam volui tibi notam esse. earum exempla ad te misi. Cæsaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid efficiat, exspecto. utinam aliquid simile Parthicis rebus! simul aliquid audiero, scribam ad te. tu ad me velim bonorum sermones. Romæ frequentes esse dicuntur. scio equidem te in publicum non prodire. sed tamen, audire te multa, necesse est. ° Memini librum tibi afferri [79] a Demetrio Magnete (ad te missum ᵖ scio) περὶ ὁμονοίας. eum mihi velim mittas. vides quam causam mediter.

o Memmii *alii.* p scio *deest in aliis* si licet *MS.*

[80] CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

QUINTUS *Fabius ad me venit* [81] *a. d.* IV. *Kalend. Febr. is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus* XI. *& cohortibus* XIV. *quas Vibullius adduxit, ad me iter habere: habuisse in animo proficisci Corfinio, a. d.* V. *id. Febr.* [82] *C. Hirrum cum* V. *cohortibus subsequi. censeo, ad nos*

79. *A. Demetrio Magnete ad te missum.*) Quem Demetrius Magnes ad te misit ep. 16. h. l. *Corrad.* De Demetrio Magnete & ejus περὶ ὁμονοίας, pro quo male volebat legi Mauſſacus περὶ ὁμωνύμων libro; vide G. Vossium de Historicis Græcis lib. 1. cap. 23. *Grav.*

80. *Cn. Pompejus Procos. M. Ciceroni Imp. S.*) Veteres libri omnes, *Cn. Magnus Procos. S. D. Ciceroni Imp.* Ad quod præscriptum, omnium epistolarum, hoc libro ab Cn. scriptarum, salutationes emendandæ sunt. Parvi momenti animadversio, sed non negligenda. Quid enim sine caussa a veterum librorum scriptura recedamus? Quid si ille, eo cognomine magis, quam nomine delectatus est? Certe illud virtutis fuit, hoc gentis. sic in ep. proxime sequenti scribendum. *Cicero Imp. Cn. Magno Procos. S.* Malasp. In veteribus libris hæc epistola, & quæ sequuntur Pompeji, ita inscriptæ sunt. CN. MAGNUS. PROCOS. S. D. quæ quidem inscriptio reperitur in aliquot etiam denariis, in quibus pro POMPEJI nomine, MAGNUS cognomen inscriptum est. *Ursinus.*

81. *A. d.* IV. *Kalend. Febr.*) Vulg. *ad* V. *id Febr.* Cleric. Sed hoc parvum. Operæ fuisset notare cur ederet mox *A. d. id Febr.* quod sequuntur omnes post publicatæ editiones, quum nec Latinum id sit, & tam Bosiana quam omnes aliæ priores plenissime habeant *a. d.* V. *id. Feb.* nisi quod Lambinus *ad* V. *id.* & in margine inaniter *a. d.* IV. officium meum agi putavi, nisi restituerem, quod est verum; nec id tantum hoc loco, sed etiam initio epistolæ Pompeji ad Domitium, ubi Bosiana numerum omisit, & sequuta fuit Gruterina, aliisque locis. *Gronov.*

82. *C. Hircium cum V. cohortibus subsequi.*) Castigavimus *Hirrum.* pu-

nos Luceriam venias. nam te hic tutissime puto fore.

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

A D. xv. Kalend. Mart. *Formiis accepi tuas litteras:* q *ex quibus ea, quæ in agro Piceno gesta erant, cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum;* pag. CXXVI. *Vibulliique virtutem industriamque libenter agnovi. Nos adhuc in ea ora, ubi præpositi sumus, ita fuimus, ut navem paratam haberemus. ea enim audiebamus, & ea verebamur,* 83 *ut, quodcumque tu consilium præcepisses, id nobis persequendum putaremus. nunc, quoniam auctoritate & consilio tuo in spe firmiore sumus, si teneri posse putas* r *Tarracinam & oram maritimam, in ea manebo: etsi præsidia in oppidis nulla sunt. nemo enim nostri ordinis in his locis est, præter* 84 *M. Eppium, quem ego Minturnis esse volui, vigilantem hominem & industrium.* f *nam L. Torquatum, virum fortem & cum au-*

q *& ea MSS.*

r *Terrac.* alii.

f *nam* deest in aliis.

putamus autem intelligere Hirrum illum inimicum Ciceronis, olimque ejus competitorem, de quo ante longius locuti sumus. Rem parvi omnino momenti adnotare non pigebit: hoc inquam nomen N. littera terminari in antiquiore nostro codice: quod etiam animadvertimus in primo lib. comment. Cæsaris de Bello Civili, sic enim & ibi scriptum est: *Ipse ex finitimis regionibus quas potest contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis: in iis Camerino fugientem Ulcillam Hirrum cum sex cohortibus, quas ibi præsidio habuerat, excipit.* Victot.

72. *Ut quodcunque tu consilium præcepisses.*) Sensus est: Nos adhuc in his locis ita fuimus, ut non libenter essemus, sed semper navim paratam haberemus, hinc, si res ferret, navigaturi. Ea enim audiebamus, ea verebamur, ut constitutum haberemus hinc evolare, teque tuamque fortunam consiliumque sequi. Nam quando factum est tua virtute, ut spe firmiore simus, si putas hæc loca tenenda, ego in eis manebo. *Malasp.*

84. *Eppium.*) Eppiorum familiam ex Andreæ Lauretani, patricii Veneti, & Fulvii Ursini argenteis nummis cognovimus, in quibus est, EPPIUS. LEG. F. C. & ex lapide, qui Materni est; in quo legitur, P. EPPIUS. P. F. FAB. RUFUS. MIL. COHOR. II. PRÆT. T. F. I. ARBITR. item ex aliis lapidibus, quorum inscriptiones collegit Aldus filius, & ex Hirtii lib. v. de Bello Africano. Accedit ipsius Ciceronis testimonium in oratione pro Flacco. nominat enim L. Eppium equitem R. Bessarionis liber, & alius amicissimi mei, *Oppium*: quod si vere scriptum est, ex utraque parte Oppios fuisse dicemus, Cæsaris & Pompeji; sicuti & Domitii fuere, Calvinus a Cæsare, Ahenobarbus a Pompejo. *P. Manut.*

85. *Teano*

auctoritate , Formiis non habemus : ad te profectum arbitramur. ego omnino , ut proxime tibi placuerat , Capuam veni eo ipso die , quo tu [85] *Teano Sidicino es profectus. volueras enim me cum M. Considio proprætore illa negotia tueri.* [86] *cum eo venissem , t vidi T. Ampium delectum habere diligentissime , ab eo accipere Libonem summa item diligentia , & in illa colonia auctoritate. fui Capuæ , quoad consules . iterum , ut erat dictum ab consulibus , veni Capuam ad nonas Februar. cum fuissem triduum , recepi me Formias. nunc quod tuum consilium , aut quæ ratio belli sit , ignoro. si tenendam hanc oram putas , v quæ & opportunitatem & dignitatem habet , & egregios cives , & , ut arbitror , teneri potest , opus est esse qui præsit. sin omnia in unum locum contrahenda sunt ; non dubito, quin ad te statim veniam : quo mihi nihil optatius est : idque tecum , quo die ab urbe discessimus , locutus sum. ego , si cui adhuc videor segnior fuisse , dum ne tibi videar , non laboro : & tamen , si , ut video , bellum gerendum est , confido me omnibus x facile satisfacturum . M. Tullium , meum necessarium , ad te misi : cui tu , si tibi videretur, ad me litteras dares.*

t *vidi amplum del.* alii.

v *qua opp.* alii.

P. B.

x *facile* deest in aliis.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

y S. *V. B. E. Tuas litteras libenter legi. recognovi enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. Con-*

y alii *Si vales bene est.* alii delent.

85. *Teano Sidicino.*) Oppidum Campaniæ mediteraneum , sic dictum a populis, qui id olim tenuerunt, Sidicinis, ad discrimen Teani Appuli, in Apulia, cujus incolæ Teanenses , illius vero , Sidicini , hodie *Tiano.* male scribitur *Theanum.* vide Cluv. Ital. antiqu. lib. IV. cap. 5. *Grævius.*

86. *Cum eo venissem , vidi amplum delectum habere.*) Quivis videre poterat hic mendum inesse: nec enim erat nomen ejus, qui delectum haberet. Autoritate igitur vetustioris nostri codicis castigavimus *T. Ampium*. Secutum autem hunc esse Pompeji partes notum est. consolatur enim eum Cicero , vel potius bene sperare jubet, confirmans illi de suo celeri reditu epistola illa, cujus initium est: *Gratulor mi Balbe &c.* appellabatur autem T. Ampius Balbus, ut etiam colligitur ex epistola quadam , qua ipsius libertum Ser. Sulpitio commendat, ita enim inquit: *cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas necessitudoque est : ejus libertum T. Ampium Menandrum hominem frugi , & modestum , & patrono ,*

Consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in rempublicam, ut te ad nos conferas; ut communi consilio reipublicæ afflictæ opem atque auxilium feramus. censeo via Appia iter facias, & celeriter 87 *Brundisium venias.*

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

88 CUM *ad te litteras misissem, quæ tibi Canusii redditæ sunt, suspicionem nullam habebam, te reipublicæ caussa mare transiturum; eramque in spe magna,*
tuti MS. *fore, z ut in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil utilius videbatur, aut rempublicam summa cum dignitate defendere. interim, nondum meis litteris ad te perlatis, ex his mandatis,* 89 *quæ D. Lælio ad consules dederas, certior tui consilii factus, non exspectavi, dum mihi a te litteræ redderentur: confestimque cum Quinto*

& nobis vehementer probatum, tibi commendo majorem in modum. Victor.

87. *Brundisium venias.)* In fine epistolæ sunt hæc verba, *cura ut valeas:* quæ in melioribus manuscriptis non leguntur. ea, seu nos non delevimus, quod in legendo prætererierint: seu tunc a nobis damnata contra nostrum mandatum librarii descripserunt; verum sint ne, an non sint, parvi omnino refert. *Idem.*

88. *Cum ad te litteras misissem.* Hac epistola Cicero primum se Cnæo purgat, si forte, quia ad illud tempus ad eum non venisset, tergiversari aut certe segnior visus esset: deinde ex occasione hominem subaccusat, quod Italiam deserat, quidque ille de pace jam inde a principio senserit: denique affert rationes, cur suscepto bello, non statim in causam se demiserit. Et est magna arte conscripta; propterea quod caussam suam Cicero ita conatur defendere, ut Pompeji non offendat. Primo ergo capite ad ea verba respondet, quæ sunt in extremis Pompeji litteris, *Et celeriter Brundisium venias*: In quo probat diligentiam in eo suam, quod multo ante, quam ab eo litteras ea de re accepisset, certior factus consilii illius, in viam sese cum fratre atque liberis utriusque dederit: caussasque affert, cur eo, quo volebat, non pervenerit. *Malasp.*

89. *Quæ Dlælio ad Consules dederas.)* Nos & hic, & iterum in epistola Pompeji, quæ non multo post, *D. Ælio* scripsimus. *Victor*, *D. Lælio.)* Manutio placet, quod aliis: ut hic & seq. epistola legatur *D. Lælio*, qui Pompejanus fuit. Bessarionis liber *Dicallio*, alius *Duellio*. vulgo *Dellio* vel *D. Ælio*. Lambinus ex Plutarcho legit *Dellio*. *Clerse.*

90. In

Quinto fratre & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere cœpi. cum Teanum Sidicinum venissem, C. Messius, familiaris tuus, mihi dicit, aliique complures, Cæsarem iter habere Capuam: & eo ipso die mansurum esse [a] *Esernia. Sane sum commodus; quod, si ita esset, non modo iter meum interclusum, sed meipsum plane exceptum putabam. itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Esernia de eo, quod audieram, referretur. at mihi, cum Calibus essem, affertur litterarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulum consulem misisses. ha scripta sic erant: Litteras tibi a L. Domitio a. d.* XIII. *Kal. Mart. allatas esse; earumque exemplum subscripseras; magnique interesse reipublica scripseras, omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire; & ut,* [b] *præsidii quod satis esset, Capua relinqueret. His* [c] *ego litteris lectis, in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium esse venturum: quo mihi, cum Cæsar ad oppidum castra haberet, tutum* [d] *iter esse non arbitrabar. Cum res in summa exspectatione esset, utrumque simul* [e] *audimus, & quæ Corfinii acta essent, & te iter Brundisium facere cœpisse: cumque nec mihi, nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus, a multis, qui e Samnio Apuliaque veniebant, admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Cæsare; quod is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus, celerius etiam, quam nos possemus, eo, quo intenderat, venturus esset. quod cum ita esset; nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas nostra non solum nobis, sed etiam reipublica noceret; cum præsertim non dubitaremus, quin, si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen jam consequi non possemus.* [f] *interim accepimus tuas litteras, Canusio a. d.* X. *Kalend. Mart. datas, quibus nos hortaris, ut celerius Brundisium veniamus: quas cum accepissemus a. d.* III. *kalend. Mart. non dubitabamus, quin tu jam Brundisium pervenisses: nobisque iter illud omnino interclusum* [g] *videbatur, neque minus nos esse captos, quam qui* [h] *Corfinium venissent. Neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi,* 90 *inter præsidia atque intra arma aliena ve-*

P. CXXVII.

a alii Æsernia.

b præsidio MSS.

c alii ergo.

d iter non alii.

e audivimus alii.

f inde primo MSS.

P. B.

g videbamus alii.

h Corfinii MSS.

90. *Intra præsidia.*) *Præsidia* sunt loca clausa præsidiis & custodiis,

i alii *tecum semp.* *venissent. Quod cum ita sit, maxime vellem primum i semper tecum fuisse; quod quidem tibi ostenderam, cum a me Capuam rejiciebam: quod feci non vitandi oneris causa, sed quod videbam, teneri illam urbem sine exercitu non posse: accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortissimis accidisse.* k *quando* Græv. *k quoniam autem, tecum ut essem, non contigit, utinam tui consilii certior factus essem! nam suspicione assequi non potui; quod omnia prius arbitratus sum fore, quam ut hac reipublicæ causa in Italia non posset duce te consistere. neque vero nunc* l *consilium repr.* alii. *l consilium tuum reprehendo, sed fortunam reipublicæ lugeo: nec, si ego, quid tu sis secutus, non perspicio, idcirco minus existimo, te nihil nisi summa ratione fecisse. mea quæ semper fuerit sententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de urbe, (nam de Italia quidem nihil mihi umquam ostenderas) meminisse te arbitror. sed mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit: secutus sum tuum; neque id reipublicæ causa, de qua desperavi, quæ & nunc afflicta est, nec excitari sine civili perniciosissimo bello potest: sed te quærebam, tecum esse cupiebam: neque ejus rei facultatem, si* m *qua* alii. *m qua erit, prætermittam. Ego me in hac omni causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non satisfacere. primum enim* P.CXXVIII. *præ me tuli, me nihil malle, quam pacem; non quin eadem timerem, quæ illi; sed ea bello civili leviora ducebam. inde, suscepto bello, cum pacis conditiones ad te afferri,* n *atque ad ea MS.* *n a teque* 91 *ad ea honorifice & large responderi viderem; duxi* o *meam mecum*, aut, *tecum* alii. *o meam rationem; quam tibi facile me probaturum, pro tuo in me beneficio, arbitrabar. Meminerarn me esse unum, qui pro meis maximis in rempublicam*

diis, subsessisque hostium. Cæsar. VII. Gall. *quod intrare intra præsidia periculosum putabat*. Curtius, de Panico terrore, qui Macedones invaserat lib. IV. cap. 12. *Cæli fulgor æstive tempore internitens ignis, prabuit speciem, flammasque splendere ex Darii castris velut latis tenderet præsidiis, credebant.* ut ex MSS. restitui II. Observat. 8. *J. F. Gronov.*

91. *Atque ea honorifice & tarde.*) Emendavimus *large* ex nostro illo codice: quam quis non videat meliorem esse lectionem? Cum enim primo Romæ cœptum est agi de pace, multi libenter odio civilis belli ejus conditiones accipiebant: valdeque ad eam propensi & inclinati erant, ideoque Cicero ad Cæsaris conditiones postulataque honorifice & large responsum esse tradit, si autem *tarde*, contrarium esset sententiæ Ciceronis. *Victor.*

92. *Me-*

eam 92 *meritis supplicia miserrima & crudelissima pertulissem: me esse unum, qui, si offendissem ejus animum, cui tum, cum jam in armis essemus, consulatus tamen alter & triumphus amplissimus deferebatur,* 93 *subjicerer eisdem præliis: ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere* 94 *populare. atque hæc non ego prius sum suspicatus, quam mihi palam denuntiata sunt: neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem.* p *Quam brevem illius temporis, dum in spe pax fuit, rationem nostram vides; reliqui facultatem res ademit. Iis autem, quibus non satisfacio, facile respondeo. neque enim ego amicior C. Cæsari umquam fui, quam ille: neque illi amiciores reipublicæ, quam ego. hoc inter me & illos interest; quod, cum & illi cives optimi sint, & ego ab ista laude non absim, ego conditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis disceptari maluerunt.* 95 *quæ quoniam ratio vicit; perficiam profecto, ut neque respublica civis a me animum neque tu amici desideres.*

p alii *Quoniam br.*

EPI-

92. *Meritis.*) Catilinæ conjuratione oppressa, lege agraria dissuasa, discordia inter equites & plebem sublata, senatus auctoritate in Rabirio defendendo confirmata, proscriptorum filiis administratione reip. remotis, ne illam, parentum memores, in magistratibus turbarent. P. Manut.

93. *Subjicerer eisdem prælus.*) Multo mihi videtur rectius scriptum esse in antiquo, *objicerer eisdem periculis, & mea persona.* Ursin. *Subjicerer eisdem præliis.*) Verebar scilicet, ne, vobis in gratiam redeuntibus, ego deinde, tuo præsidio nudatus, Cæsari, quem offendissem, pœnas darem. Notat autem latenter perfidiam Pompeji, cujus in amicitia jam ante Clodianis temporibus parum senserat esse præsidii. antiquus liber, *Objicerer*, pro *Subjicerer*. P. Manut.

94. *Populare.*) Sententiam hujus loci non assecutus est Manutius. Hoc dicit Cicero, improbos homines, qui consilium ineant perdendi rempublicam, semper se impetere, persuasos hac ratione se populum sibi faventem reddere posse. *Populares* enim sunt, qui auram plebis captant. *Grav.*

95. *Quæ quoniam ratio omissa est.*) Hic receptam lectionem conservavimus: cum autem manuscripti omnes aliter habeant, non visum est alienum eam quoque scripturam notam facere & testatam apud omnes relinquere: ita enim est in illis: *quæ quoniam ratio misit.* Fateor sane me nunquam hoc verbum sic positum invenisse: veruntamen quia quædam in natura verborum inveniuntur, quæ quamvis nos facere aliquid, dicere videantur, tamen potius rem illam, de qua dicuntur, pati significant, ut *Verto* sæpe apud

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

MIHI molestior lippitudo erat etiam, quam ante fuerat. dictare tamen hanc epistolam malui, quam Gallo Fabio, amantissimo utriusque nostrum, nihil ad te litterarum dare. nam pridie quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas litteras, quarum vaticinationem falsam esse cupio. hujus autem epistolæ non solum ea causa q est, ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te litteras; r sed etiam hæc justior, ut a te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis; 96 quo quia tibi s perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. Omnia sunt integra nobis. nihil prætermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. nam certe neque tum peccavi, cum 97 imparatam jam Capuam,

P. B.

q est *deest in aliis*
r sed & hæc *MS.*
s perexiguo tempore *MSS.*

Livium & alios optimos autores: quemadmodum etiam apud Ciceronem *Converto*, in Bruto: *Vox permanens, verum subrauca natura, sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat*. Et in libro de Fato: *Quia sunt immutabilia, nec in falsum e vero preterita possunt convertere*. Quem locum ego emendavi ex vetusto exemplari, cum corrupte antea *Converti* legeretur, & non pauca alia, ut notissimum est, & a Grammaticis diligenter adnotatum. Quis scit an etiam *misit* hic a Cicerone ita sumptum sit? Accuratius hoc eruditiores considerabunt. ego nolui officio meo deesse: cur enim, quæ aliquam imaginem priscæ lectionis habeant, nota non facerem? si improbabuntur, poterunt facile repudiari: & tamen sic (conservata suo loco recepta jam lectione) adnotata nihil nocere posse videntur, & sæpe non parum prodesse. *Victor.*

96. *Quo quia tibi perexiguo opus est.*) Ea es enim prudentia, ut ad excogitandum perexiguo tibi tempore opus sit. ut minus grave futurum sit, hanc cogitationem mea causa suscipere. Et ordo est, *Quo volo explicari mihi, &c.* Malasp.

97. *Imperatam jam Capuam.*) Codex Tornæs. *imperatam*; quo modo legendum cum Lamb. tum alii viri docti existimant. sed cum vulgatam lectionem *imparatam* retineat Decurtatus, eam Bosius suo loco movere noluit. *Cleric. Imperatam jam Capuam.*) alii *imperatam.* sed lege, *desperatam jam*, vel τὸ *jam* delendum. sensus est, cum Capuæ, quam ipse Pompejus & consules se tueri posse desperaverant, eoque in remotiora se contulerant, præfecturam defugi, veritus, ne si sacramentum detrectarem hinc conscribendi milites, in me culpa, non modo ignaviæ vel segnitiæ, sed & perfidiæ conferretur. *J. F. Gronov.* Pater *desperatam jam Capuam.*

Sed

puam, non solum ignaviæ delectus, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui; neque cum post conditiones pacis [98] per L. Cæsarem & Fabatum allatas cavi, ne animum ejus offenderem, cui Pompejus jam armatus armato consulatum triumphumque deferret. Nec vero hæc extrema quisquam potest jure reprehendere, quod mare non transierim. id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. neque enim suspicari debui; præsertim cum ex ipsius Pompeji litteris, [99] idem quod video te existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subventurus esset. & plane, quid rectum, & quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui. Primum igitur, hæc qualia tibi esse videantur, etsi [t] significata sunt a te, tamen accuratius mihi perscribas, velim: deinde aliquid etiam in posterum prospicias fingasque, quem me esse deceat, & ubi me plurimum prodesse reipublicæ sentias; [1] ecquæ pacifica persona desideretur; an in bellatore sint omnia. Atque ego, qui omnia officio metior, [v] recordor tamen tua consilia; quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subiissem. memini, quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonem: idque sæpe ingemiscens sum recordatus. quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus; ut non solum glo-

t sæpius sig. fiat. *Brutus*.

v recordator *MS*. P.cxxix.

Sed quum id liberius abeat ab MSS. & prima syllaba *im* videatur venisse ex vocula præcedente *cum*, certe ei similis sit, putarim fuisse *cum perditam jam Capuam*. Gronov. Cl. Grævius censet *jam* esse delendum.

98. *Per L. Cæsarem & Fabium allatas.*) Manuscripti *Fabatum*, non Fabium habent: nos tamen nihil mutavimus. Dion L. Cæsarem & L. Roscium nominat, quem locum ante citavimus libro septimo, dum confirmamus castigationem illam *Quæ sit* OPMH *Cæsaris*. videndum igitur an L. Roscius Fabatus appellaretur. *Victor.*

99. *Idem quod video te existimasse.*) Faernus, *quod idem video*. Ursin.

1. *Ecqua pacifica.*) Utrum me deceat in Italia remanere; quod pacificam aliquam personam resp. videatur desiderare, cujus auctoritate in Cæsarem & Pompejum discordiæ sedentur; (quod effici non nisi ab eo potest, quem sibi uterque putet esse amicissimum: quem ego me duco esse; cum adhuc quidem neutram in partem peccaverim, ut proxime ostendit) an ad bellum proficisci; quod pacifica persona reip. nihil, bellator prodesse plurimum possit. *P. Manut.*

2. *Sed*

x salubrioribus *alii.*

gloriosis consiliis utamur, [2] sed etiam paullo x salubribus sed nihil præscribo. accurate velim perscribas tuam ad me sententiam. Volo etiam exquiras, quam diligentissime poteris, (habebis autem, per quos possis) quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit, quemadmodum nunc se gerant, num quem accusent, num cui succenseant. quid dico, num cui ? num Pompejo ? omnino culpam omnem Pompejus in Domitium confert: quod ipsius litteris cognosci potest: quarum exemplum ad te mitto. Hæc igitur videbis; &, quod ad te ante scripsi, Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas.

CN. MAGNUS PROCOS. [3] M. MARCELLO, L. LENTULO COSS. S.D.

EGO, *quod existimabam, dispersos nos, neque reipublica utiles, neque nobis præsidio esse posse, idcirco ad L. Domitium litteras misi, primum uti ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, ut cohortes* XIX. *quæ ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur; neque ipse satis firmus esset ad castra facienda: quod meas*

XIX.

2. *Sed etiam paullo salubrioribus.*) Veteres libri omnes & recentes, *Salubribus*. Manutius nunc primum *Salubrioribus* fecit, puto Grammaticorum præcepta potius, quam librorum testimonia secutus. Et sane crebrius, hoc est, præsertim ubi positio hujusmodi nulla sit quæ vim comparationis habeat, cujusmodi *Præstans* est, *exuperans*, atque id genus alia; in quis ablativus sine vitio adhibetur; sed tamen nonnunquam est aliter a scriptoribus usurpatum: ut Terent. Heautont. qui ait: *Paullo qui est homo tolerabilis*. Quin contra idem audacius: *Ejus* (inquit) *fratrem aliquantulum ad rem est avidior*. Varro quidem, *Praxiteles* (inquit) *propter artificium egregium, nemini est, paulum modo humaniori, ignotus*. Quanquam hoc quidem Græcorum more dictum fuisse, per defectum præpositionis κατὰ placet nonnullis. Verum & hoc, & illud rarum omninoest. Idem aliter Cicero pro Cluentio: *Quis enim de homine audeat, paulo majoribus opibus pretio, vere & fortiter dicere?* Malasp. Turnæsian. liber habet, *Paullo salubribus*: quod probo. sic enim Terent. Heautont. *Paullo qui est homo tolerabilis.* quod & a Malaspina est animadversum. Fieri tamen potuit, ut scriptum sit a Cicerone, *salubrioribus*, & prætermissæ sint tres litteræ a scriptore librario, *ori*. Lambin.

3. *M. Marcello, L. Lentulo Coss.*) Scribendum *C. Marcello*, ita etiam est in antiquo denario argenteo, in quo legitur inscriptio, C. MARC., L. LENT. COSS. *Ursin.*

4. Al-

XIX. *& suas* XII. *cohortes tribus in oppidis distributas haberet : (nam partim* [4] *Alba ; partim Sulmone collocavit)* y alii
y *neque se , si vellet , expedire posset. nunc scitote , me* neque si.
esse in summa sollicitudine. nam & tot & tales viros pe- P. B.
riculo obsidionis liberare cupio : neque subsidio ire possum ; quod his duabus legionibus non puto esse committendum , ut illuc ducantur ; ex quibus tamen non amplius XIV. *cohortes contrahere potui* [5] *quod Brundisium præsidium misi : neque Canusium sine præsidio , dum abessem , putavi esse dimittendum.* z [6] *Dellio mandaram , quod majores copias* z alii
sperabam nos habituros , ut , si vobis videretur , alteru- Duelle,
ter vestrum ad me veniret : alter in Siciliam cum ea co- aut D.
pia , quam Capuæ , & circum Capuam comparastis , & Ædilie,
cum iis militibus , quos Faustus legit , proficisceretur ; Do- aut D.
mitius cum XII. *suis cohortibus eodem adjungeretur ; reli-* Lelie.
qua copia omnes Brundisium cogerentur : & inde navibus

Dyr-

4. *Alba.*) Hęc est Alba Fucentis ad Fucinum lacum in Marsis, colonia Romanorum, in qua principes viri custodiri solebant, ita etiam nunc *Albe* dicitur. Vide Cluver. Ital. antiq. lib. II. cap. 15. & Holsteinii animadversiones in illum locum. *Gravius.*

5. *Brundisium præsidio misi.*) MSS. sequor, & vero proclive fuit librariis falli pręcedentis vocis similitudine & sequentis principio: ut in antiquis scripturis accidit frequentissime. *Junius.* Operas laudo, qui non morem gesserunt Bosio *quod* in *quas* mutaturo. Illud etiam Balliolensis retinet, & jure retinetur. Nam & sic veteres loquebantur contra consuetudinem horum temporum. Liv. VIII *Auctor Patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset.* Pro quo vulgatius diceretur, *qui ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset.* Est Græcismus. *Gravius.* Vide sis J. F. Gronovium ad Liv. lib. XXXII. cap. 4.

6. *Dellio mandaram.*) Emendaram, *D. Lælio*, ex epistola Ciceronis ad Pompejum, sed operæ, me invito, vulgatam lectionem Dellio ediderunt. *D. Lælio*, autem est, per D. Lælium, D. Lęlii opera, ut alio loco explicavimus. Nam Pompejus hęc mandarat Consulibus: mandata autem pertulerat D. Lęlius: quod Cicero declarat his verbis, in illa epistola ad Pompejum: *Ex his mandatis, quæ D. Lælio ad Consules dederas, certior tui consilii factus, non expectavi, dum mihi a te litteræ redderentur.* Bosius. Alii legunt *Dellio*: quod minus probo. nam Dellius fuit Cęsarianarum partium, amicus Antonii, ejusque in multis expeditionibus comes ut scribit Plutarchus in Antonio. Strabo lib. XI. Ὥς φησιν Α. Δέλλιος ὁ τοῦ Ἀντωνίου φίλος συγγράψας τὴν ἐπὶ Παρθυαίους στρατείαν αὐτοῦ ἐν ᾗ παρῆν, καὶ αὐτὸς ἡγεμονίαν ἔχων. Ubi vulgo corrupte legitur Ἀδέλφιος. Meminit ejusdem Tacitus lib. I. Annalium. Seneca in Suasoria, & Dion lib. L. At Decimus Lęlius fuit Pompejanus, quem nominat infra, Cęsar, alii. *Popma.*

7. *Se*

disjecta manu, pares adversariis esse non possumus. [a] *contractis nostris copiis, spero nos & reipublicæ & communi saluti prodesse. quamobrem cum constituisses, ut Vibullius mihi scripserat a. d.* V. *id. Feb. Corfinio proficisci cum exercitu, & ad me venire; miror, quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, levis est, te propterea moratum esse, quod audieris, Cæsarem* 9 *Firmo* [b] *progressum in* 10 *Castrum Truentinum venisse. Quanto enim magis appropinquare adversarius cœpit, eo tibi celerius agendum erat, ut te mecum conjungeres, priusquam Cæsar aut tuum iter impedire, aut me abs te excludere posset.* 11 *Quamobrem* [c] *etiam & etiam te rogo & hortor, id quod non destiti superioribus litteris a te petere, ut primo quoque die Luceriam advenires, ante quam* [d] *copiæ, quas instituit Cæsar contrahere, in unum locum coactæ nos a nobis distrahant. sed si erunt, qui te impediant, ut illas suas servent, æquum est me a te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno &* 12 *Camerino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.*

a conjunctio MSS.

b progressa MSS.

c etiam, & deest in aliis.

d copias MSS.

CN MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

LITTERAS *abs te M. Calenius ad me attulit a. d.* [e] XIIII. *Kal. Mart. in quibus litteris scribis, tibi in animo*

e alii XIII.

perspicue exaratum est, *ac ita video &c.* Torn. convenit cum Bessarionis ms. vulg. *etiam video C. Mart.* Cleric.

9. *Firmo.*) Oppido. Plin. lib. III. cap. 13. *Corrad.* Victorius lib. IV. Var. Lectionum multis verbis ostendit, legendum esse, *firmo progressu*, idque ex auctoritate veteris codicis. ego tamen hanc lectionem retineo atque amplector, cum eam reperiam in aliquot lib. mss. & maxime in Turnesiano, cumque, quod caput est, ratio, ut ita legatur, postulet, Victoriique lectionem refellat ut ineptam. *Lambin. Firmum* est oppidum Picenum, quod etiam nunc *Fermo* dicitur. *Grav.*

10. *Castrum Truentinum.*) Fuit situm ad ostium fluvii Truenti, qui hodie *Tronto* dicitur, in Piceno; vocatur Straboni πόλις Τρευεντῖνον, aliis simpliciter *Truentum*. Sil. Ital. VIII.

Quinque Truentinas servant cum flumine turres. Idem.

11. *Quamobrem etiam te rogo.*) Vetus liber *quam ob rem etiam atque etiam rogo.* Ursin.

12. *Camerino.*) Est oppidum in montibus, qui Picenum ab Umbria disterminant, situm, hodie *Camerino*, aliis olim *Camatinum* appellabatur. *Grav.*

13. Ut

P. B. *animo esse, observare Cæsarem; & , si secundum mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum; sin autem ille circum istæc loca commoraretur, te ei, si proprius accessit, resistere velle. te animo magno & forti istam rem agere existimo: sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus; cum ille magnas copias habeat, & majores brevi habiturus sit. Non enim pro tua* [f] *prudentia debes illud solum animadvertere, quot in præsentia cohortes contra se habeat Cæsar, sed quantas brevi tempore equitum, & peditum copias contracturus sit. cui rei testimonio sunt litteræ, quas Bussenius ad me misit; in quibus scribit, id quod ab* [g] *illis quoque mihi scribitur, præsidia Curionem, quæ in* [h] *Umbria, & Tuscis erant, contrahere, & ad Cæsarem iter facere. quæ si copiæ in unum locum fuerint coactæ, 13 ut pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat; ut non pugnet, sed locis suis repugnet, hærebis: neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris,* [i] *ut frumentatum eas. Quamobrem te magnopere hortor, 14 ut quamprimum cum* [k] *omni copia huc venias. Consules constituerunt idem facere. ego* [l] *Metuscilio ad te mandata dedi, providendum esse, ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Cæsaris committerentur.*

f providentia alii.
g aliis alii.
h Umbris MSS.
i & MSS.
k omnibus copiis vett. edd.
l Metusitto MSS.

13. *Ut pars exercitus ad Balbum mittatur.*) Manuscripti libri, *ad Albam*. Sic etiam Cicero ad Atticum scribens hoc volumine: *Cohortes sex, quæ Albæ fuissent, &c.* quare (ad Albam) scripsimus: erant autem ibi cohorres Domitii in præsidio: Antea in epistola Pompeji de Domitio loquentis. Nam partim Albæ, partim Sulmone conlocavit. *Victor.*

14. *Ut quamprimum cum omnibus copiis huc venias.*) Nos, *cum omni copia*, ut est in antiquiore nostro, scripsimus. Appellat autem sæpe Pompejus in his epistolis copiam singulari numero τὴν δύναμιν. Antea inquit: *Ut si vobis videretur, alteruter vestrum ad me veniret, alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ, & circa Capuam comparastis.* Sic Virgilius, *Respicio, & quæ sit mecum copia, lustro.* Quin & Cicero pro L. Murena eam vocem eodem significatu usurpasse videtur, cum inquit: *Nos usque eo L. Catilina remp. despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur.* Sequenti tamen epistola idem Pompejus copias numero multitudinis protulit, ubi tamen (adversarium) pro (adversariorum) posuit: quæ antiquis familiaris locutio a Cicerone notatur in Oratore. Servius etiam Sulpitius (oppidum) dixit pro oppidorum: *Cum uno loco tot oppidum cadavera projecta jaceant.* Idem.

15. Quod

tur. Quamobrem nolito commoveri, si audieris me regredi, si forte Cæsar ad me veniet. cavendum enim puto esse, ne implicatus hæream. nam neque castra, [m] propter anni tempus, & militum animos, facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit; ne receptum amittam. itaque non amplius XIV. *cohortes Luceriam [n] coegi. Consules præsidia omnia [o] deducturi sunt, aut in Siciliam ituri. Nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse; aut regiones ejusmodi obtinere, e quibus repugnemus. id quod neutrum nobis hoc tempore contingit: quod, & magnam partem Italiæ Cæsar occupavit; & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum, quam ille. itaque nobis providendum est, ut summam reipublicæ rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me venias. possumus etiam nunc rempublicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus: sin distrahemur, infirmi erimus. mihi hoc constitutum est. His litteris scriptis [p] Sica a te mihi litteras attulit, & mandata. Quod me hortare, ut istuc veniam: id me facere non arbitror posse; [q] quod non magnopere his legionibus confido.*

m per *MS.*

n misi *MS.* P.CXXXI

o delecturi *MS.*

p *Sic ad pota mihi* MSS.duo.

q *quod. magn.*MS.

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

LITTERÆ *mihi a te redditæ sunt a. d.* [r] XIII. *Kal. Mart. in quibus scribis, Cæsarem apud Corfinium castra posuisse. quod putavi, & præmonui, fit, ut nec in præsentia committere tecum prœlium velit; &, omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit: atque istas copias conjungere optimorum civium possis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus: quo etiam magis tuis litteris sum commotus. neque enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntati satis confido, ut de omnibus fortunis reipublicæ dimicem: neque etiam, qui ex delectibus conscripti sunt a consulibus, convenerunt. Quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, huc quamprimum venias, antequam omnes copiæ adversarium conveniant. neque enim celeriter ex delectibus hoc homines convenire possunt: &, si convenirent, quantum iis committendum sit,*

r XIIII. MS.

P. B.

s quod

[15] *quod inter se ne noti quidem sunt, contra veteranas legiones, non te præterit.*

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

LIPPITUDINIS meæ signum tibi sit librarli manus & eadem causa brevitatis; etsi nunc quidem, quod scriberem nihil erat. omnis exspectatio nostra erat in nuntiis Brundisinis. si nactus hic esset Cnæum nostrum, spes dubia pacis: sin ille ante [a] tramisisset, exitiosi belli metus. sed videsne, in quem hominem inciderit respublica? quam acutum, quam vigilantem, quam paratum? si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quidquam ademerit, ab his, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. multum mecum municipales homines loquuntur, multum [16] rusticani. Nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. & vide, quam conversa res est. illum, quo antea confidebant, metuunt; hunc amant; quem timebant. id quantis nostris peccatis vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. quæ autem impendere putarem, scripseram ad te; & jam tuas litteras exspectabam.

[a] *alii* transmisisset.

EPI-

15. *Quod inter se ne noti.)* Malim, *Qui inter se nec noti sunt*: ut milites dicat non modo tirones, sed nec inter se notos. aut, *Qui inter se noti quidem sunt.* quod magis placet. scriptum enim est in antiquo libro amicissimi mei, Octavii Pantagathi; & erit hæc sententia: Cæsaris milites quia veterani, ideo familiares inter se sunt & amicissimi; quod plurimum prodest ad robur exercitus: nostri vero ne noti quidem inter se sunt: tantum abest, ut familiares amicique sint. quo minus est illis contra veteranas legiones committendum. *P. Manut.*

16. *Rusticani.* Per rusticanos non colonias intelligit tantum, ut vult Manutius, sed omnes qui ruri habitant, inter quos sunt rustici Romani. de quibus in lib. De Senectute Cicero: *Possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos & familiares meos.* In orat. pro Sextio: *Municipales rusticosque Romanos* conjungit, *Rusticanis* opponuntur *urbani*, qui in urbibus degunt, ut *urbani competitores.* lib. 1. ep. 1. *Grav.*

17. *Quod*

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

NON dubito, quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ, cum præsertim neque nova de re aliqua certiorem te faciam, neque novam denique jam reperiam scribendi ullam sententiam. sed, si dedita opera, cum causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem; facerem inepte. euntibus vero, domesticis præsertim, ut nihil ad te dem litterarum, facere non possum: & simul (crede mihi) requiesco paulum in his miseriis, cum quasi tecum loquor: cum vero tuas epistolas lego, multo etiam magis. omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, [17] quod magis debuerit mutum esse a litteris; propterea quod neque Romæ quidquam auditur novi, nec in his locis; quæ a Brundisio absunt propius, quam tu, biduum, aut triduum. Brundisii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis. qua quidem exspectatione torqueor. sed omnia ante nos sciemus. eodem enim die video Cæsarem a Corfinio post meridiem [18] profectum esse, id est [19] Feralibus, quo Canusio P.CXXXXII

17. *Quod magis defuerit, multum esse a litteris.*) Partim ab antiquo adjuti, partim conjectura ducti, *debuerit mutum esse a litteris*, scripsimus. Mutum autem a litteris, ut in Oratione ad Pontifices pro Domo sua. *Inops ab amicis dixit, & nuda a magistratibus.* locum autem ipsum ponemus: *Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda resp. a magistratibus.* Quod si diligenter antiquior noster liber consideretur, sic etiam scriptus invenietur locus illius quinti libri in eo: *In Amano tuto consedimus, copioso a frumento, Ciliciam prope conspiciente, &c.* Verum quia totus ille locus aliquantulum perturbatus est, ibi receptam lectionem, quæ præpositionem eam non habet, conservavimus: non incommodum autem fuit, datam nobis esse occasionem hanc rem, tunc negligentius actam, retractandi. *Victor.*

18. *Profectum esse, quo.*) Al. *profectum esse id est, Feralibus, quo.* Feralia vero erant XII. Kal. Mart. & Pompejus a Domitio litteras ad XIII. Kal. Mart. acceperat, ep. 20. h. l. quamquam Pompejus Canusio profectus est. VIII. Kal. Mart. ep. 1. lib. IX. & Cæsar Brundisium venit VII. Id. Mart. ep. 16. lib. IX. *Corrad.* Nostri, post

nusio mane Pompejum. [20] eo modo autem ambulat

Cæ-

post *profectum*, *Id est*, *Feralibus*, habent : & quidem omnes : si repugnantia in temporibus nulla sit, non male. Verum cum ex epistola prima lib. IX. planum sit Canusio VIII. Kal. Martii decessisse Pompejum; Feralia porro dicantur fuisse XI. K. non video, quo modo retineri lectio ista possit. Et ne suspicemur ibi mendum esse: x. Kal. Pompejus Canusii erat: quo die, ut supra vidimus, litteras ad Ciceronem dederat. Itaque glossema arbitror esse. *Feralia* tamen, ut Varro ait lib. v. de Lat. Ling. ab Inferis & ferendo dicta sunt: quod ferunt tum epulas ad sepulchrum, quibus jus ibi parentare. *Malasp.* Hæc verba, *id est*, *Feralibus*, in omnibus meis leguntur, & puto Ciceronis esse. Nam is ex fastis veterum Pontificum Feralia retulit in octavum Kalendas Martias, quo die Canusio decessit Pompejus, ut idem confirmat epistola prima libri sequentis. At Ovidius & alii posteriores alios Fastos sequuti, nempe eos qui a C. Cæsare & Augusto postea correcti fuerunt, eum diem festum triduo ante collocant; ei enim assignant undecimum Kalendas Martias. Sic variatum reperias in Terminalibus, quæ Ovidius adscribit nono Kalendas Martias, Varro septimo. sic denique in Vinalibus, quæ a Varrone referuntur in duodecimum Kalendas Septembris, a Festo vero & ab auctore Kalendarii Manutiani in decimum quartum. *Bosius*.

19. *Feralibus*.) Quæ sacra erant Diis Manibus & Mutæ vel Tacitæ Deæ. Ovid. II. Fast. ℣. 269. Me vide ad Liv. lib. XXXV. cap. 7. *J. F. Gronov.*

20. *Eo modo autem ambulat Cæsar, & iis diariis.*) Ita enim scripsimus, cum ante impressi *his dictis* haberent. Alii corrigunt, *his triariis*: quod non probo. quid si *hic congiariis* legas? omnino (nisi fallimur) locus mendosus. *Diariis* autem scripsimus, non quod ea lectione delectemur: sed in tantis tenebris a luce veterum codicum deflectere timuimus. jussimus autem ad hunc locum stellulam poni: quæ infra tribus versibus importune posita est: nihil enim mendi est in eo versu, prope quem posita est: & hic, ubi necessaria (nostro judicio) est, deest. *Victorius. Diariis.*) Bessarionis liber & alii duo veteres, *Dictis*, sed frigide nimis, ut mihi videtur. *Diaria*, si legis, pro victu quotidiano accipe. Martialis, Horatius. Aut, si mavis, interpretare stipendia in singulos dies militibus proposita, si quam celerrime iter ad Pompejum conficerent: ut si singulis diebus menstruum stipendium, id est, XXX. denarios, pollicetetur. & sane usitatum hoc erat, ut duces pollicitationibus ad milites uterentur, ubi difficile aliquid consequi vellent, victus vero quotidianus neque magnum præmium est, &, si liberalior sit, etiam impedit celeritatem. *P. Manut. Dictis militum celeritatem.*) Hæc est lectio mss. Bosii, qui tamen videndum dicit an Cicero δικροῖς scripserit, ut quemadmodum idem scriptor alio loco dixir, *furcilla extrudere*, Horatius *furca expellere*, & Aristophanes δικροῖς ὠθεῖν. sic etiam δικροῖς *incitare*, hoc loco dixerit. Bessarionis liber & alii duo veteres, *dictis*;

sed

Cæsar; & iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit. dices; Quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei molestiam, quam triduo sciturus sis? nihil equidem. sed, ut supra dixi, tecum perlibenter loquor: & simul scito, labare meum consilium, illud quod satis jam fixum videbatur. non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui a te probantur. quod enim umquam eorum in republica forte factum extitit? aut quis ab his ullam rem laude dignam desiderat? nec mehercule laudandos existimo, qui trans mare belli parandi causa profecti sunt: (quamquam hæc ferenda non erant) video enim, quantum id bellum & quam pestiferum futurum sit. sed me movet unus vir; cujus fugientis comes, rempublicam recuperantis socius videor esse debere. Totiesne igitur sententiam mutas? ego tecum, tamquam mecum loquor. quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet? simul & elicere cupio sententiam tuam; si manet, ut firmior sim; si mutata est, ut tibi assentiar. omnino ad id, de quo dubito, P. B. pertinet, me scire, quid Domitius acturus sit, quid noster Lentulus. de Domitio varia audimus, [21] modo esse

sed frigide nimis, ut Manutio videtur; qui legit *diariis*, ex restitutione Victorii, qui vocem, *dictis*, quæ tunc in vulgatis erat editionibus, rejecit. *Cleric.* Omnino *diariis* scribendum, & cum Manutio interpretandum, in singulos dies majore stipendio & præmiis. Nam quod Popma putat hanc vocem *diarium*, sub Cæsaribus demum in consuetudinem venisse, fallitur. Nam & Cæsar ea usus est III. de Bell. Civ. *Cohortemque postea duplici stipendio, frumento, veste, diariis, militaribus donis amplissime donavit.* Sic pulchre hunc locum emendavit P. Victorius; Var. Lect. 23. quem vide. Usus ea quoque Horatius est tanquam omnium ore trita. *Gravius.*

21. *Modo esse in Tiburti aut Lepidi: quocum Lepido accessisset ad verbum.*) In libro Longolii & altero manuscripto ita legitur hic locus: *Modo esse in Tiburtino Lepidi: quocum Lepido accessisse ad urbem.* Paullo post, pro *itineribus*, in eodem manuscripto est, *itineris*. Ursin. Nihil discrepant ab excusis Tornæs. & Crusell. Decurt. sic refert, *modo esse in Tiburti haut lepide, quod cum Lepidus, ad urbem accessisse.* unde emendavit Bosius, *modo esse in Tiburti haud lepide; quod cum lepidius, ad urbem accessisse.* Lamb. vulgatam lectionem sequitur quæ ita se habet, *modo esse in Tiburti aut Lepidi, quo cum Lepidus accessisset ad urbem.* Junius ex mss. Pal. vestigiis & conjectura sic emendavit,

esse in Tiburti, haud lepide: quod cum lepidius accessisset ad urbem: quod item falsum video esse. t ait enim Lepidus, 22 eum nescio quo 23 penetrasse itineribus; occultandi sui causa, 24 an maris apiscendi, ne id quidem scit. ignorat enim de filio. addit illud, sane molestum; 25 pecuniam Domitio satis grandem, quam is v Corfinii habuerit, non esse redditam. De Lentulo autem nihil audimus. hæc velim exquiras, ad meque perscribas.

t sed ait L. *MS.*

v *ita Manut. alii* Coreni, *MS.* Coceni.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

AD. v. non. Mart. epistolas mihi tuas Egypta reddidit, unam veterem x IV. Kal. quam te scribis dedisse 26 Pi-

x Kal. Mart. quam *MS.*

davit, *modo esse in Tiburtino Lepidi, modo cum Lepidis accessisse ad urbem*. Cleric. Ego ut nescio pronunciare de aliis MSS. ita certe scio in Balliolensi legi, *in Tiburti aut Lepidi quo cum Lepidus accessisse ad urbem*. Hæc docent scripsisse Ciceronem *modo esse in Tiburti aut Lavicano; tum lepidius, accessisse ad urbem*. Gronov.

22. *Eum nescio quo penetrasse itineribus.*) Longolii mf. quo usus est Ursinus, *itineris*. Lambin. putat desiderari epithetum quod cohæreat cum voce *itineribus*, forte, *occultis*, seu *deviis*. Cleric.

23. *Penetrasse itineribus.*) Videtur desiderari epithetum, quod cohæreat cum voce, *itineribus*, forte *occultis*, seu *deviis*. Lambin. Omnis hæc difficultas tolletur si recte interpungatur, hoc nimirum modo: *Ait enim Lepidus eum nescio quo penetrasse, itineribus occultandi sui caussa, an maris apiscendi, ne id quidem scit.* Lepidus dicit nescire quo Domitius se contulerit, num ut per devia itinera, in quibus non cognosceretur, contendat ad Pompejum, an ad mare properet, ut id trajiciat. Similis fere locutio apud Plautum Aulul. *Qui vestitu & creta occultant sese, atque sedent quasi sint frugi*. Grævius.

24. *An maris adipiscendi*. Cum antiquiores codices *apiscendi* habeant, utanturque hac voce Lucretius, Terentius, Tacitus: cur non debui & ego ita scribere? nam scimus quandoque Ciceronem delectatum esse verbis antiquioribus. Ser. quoque Sulpicius in epistola de obitu Tulliæ inquit: *Magnamque ex ea re laudem apisci*. Victor.

25. *Pecuniam Domitio satis grandem.*) Nimirum Sestertium sexagies. Ita enim libet interpretari, quod est apud Cæsarem, commentario Belli Civilis primo H-S LX. quod aurum adduxerat Domitius atque in publicum deposuerat, allatum ad se ab Duumvi-

[26] Pinario, quem non vidimus; in y qua exspectas, quidnam præmissus agat Vibullius; qui omnino non est visus a Cæsare: (in altera epistola; video, te scire ita esse) [27] &; quemadmodum redeuntem excipiam Cæsarem; quem omnino vitare cogito: &; [28] aut Hemonis su-

y spem spect. MS.

viris Corfiniensibus Domitio reddidit. Ubi si H-S. *sesaginta* legas, perexigua erit pecunia. Atque hæc, præter alia, magno mihi argumento sunt, ut iis assentiar, qui *Corfinii*, pro *Coreni* legendum esse putant. *Malasp.*

26. *Pinario.*) Ep. I. lib. III. ad Q. fr. *Corrad. Quam te scribis dedisse Pinario.*) Ita singulis capiribus primæ Attici epistolæ respondet, ut simul ejus verba repetat. ille enim scripserat se epistolam dedisse Pinario, & exspectare quid ageret Vibullius præmissus ad Cæsarem cum mandatis, scireque velle quemadmodum ipse redeuntem Cæsarem exciperet; tum se Athenionis fugam intendere, nescireque an Domitius foret cum fascibus. His Cicero ita rescribit, se Pinatium non vidisse; Vibullium a Cæsare visum non esse; cogitare se de vitando Cæsare; probareque consilium illius de intendenda Athenionis fuga, & vitæ commutatione facienda; se denique cupere certiorem ab eo fieri de fascibus Domitii, simulatque is aliquid ea de re intellexerit. *Bosius*;

27. *Et quemadmodum redeuntem excipiam.*) A communi verbo *Exspectas*. Itaque supra distinctio illa post *Cæsare*, delenda est, adscribendumque comma. Distinctionem autem voco, silentii notam, sensum terminantem, quam Græci ϑέσιν appellant: quæ ibi locum non habet: Proximus porro sensus: *In altera epistola video te scire ita esse.* ubi & *Id altera epistola* legitur in Ant. & aliis: interjectus videtur esse, quasi parenthesis; refertque Vibullium non esse visum a Cæsare. Quod inquit, priori epistola ignorare de Vibullio videbaris, id ex altera intelligo te scire, non esse visum a Cæsare. *Malasp.*

28. *Aut ad Hamonis fugam tendis.*) *Intendis* vetus liber, & *Anthedonis Phyeon*; Pius, pro *Hamonis fugam*. & paulo post, *Sufenas*, pro *Setenas*: nam *Sex. Nonius Sufenas* in denario argenteo descriptus est. infra, pro *defero*; Faernus emendavit, *disero*. *Ursin. Et have Athenionis fugam intendis.*) Bosii hoc est conjicientis ex depravata Decurtati & Crusell. scriptura, quorum prior, *habe Athemonis fugam intendis*, alter vero, *haud Anthemonis fugam tendis*. Ursini liber, *& ad Hemonis fugam intendit*: Pius, pro *Hemonis fugam*; *Anthedonis Phycon* legit. Lambinus licet hunc locum fere desperatum asserat, tamen ne ibi taceat, ubi alii verbosi fuerunt, hanc afferr conjecturam, *artemonis funem tendis*; vel etiam *ἀρτέμονος φύσαν tendis*: hanc quoque refert Bosij conjecturam, *Ave Athenio, si fugam intendis*. Junius ex multorum mss. Palat. comparatione, *& an tu Hemonii fugam intendas*. Clericus. Veteres libri melioris notæ habent: *Et haud Athemonis*. In qua scriptura nullum ego quidem vitium agnosco, præter quod dictio Græca ab imperitis li-

 bra-

fugam intendis commutationemque vitæ tuæ ; quod tibi puto esse faciendum : & , ignoras , Domitius cum fascibusne sit ; quod cum scies , facies , ut sciamus. Habes ad primam epistolam. secutæ sunt duæ ; pridie kal. ambæ datæ , quæ me convellerunt de pristino statu , jam tamen , ut ante ad te scripsi , labantem. 29
Nec me movet , quod scribis , *Jovi ipsi iniquum*. nam periculum in utriusque iracundia positum est : victoria autem ita incerta , ut deterior causa paratior mi-

hi

brariis Latinis characteribus perscripta est, & paullum deformata : Legendum enim meo judicio ; *Et haud ἀδημονῆς fugam intendis*, qua Græca voce Atticus erat usus, cum vellet significare se animo minime anxio & confecto mœrore meditari secessum ab urbe in Epirum, ut istic liber ab omni civilis belli periculo possessiones suas obiret & negoriaretur. epist. 1. lib. IX. *Popma*. Lego , *Et hinc Athenas fugam intendis*. id est, scribis te hinc ex Italia rediturum Athenas (in vetus hospitium tuum, ubi etiam latuisti Mario & Sylla Remp. diripientibus) & ibi vitam provincialem acturum sine ullo splendore ut lateas , nec in oculos hominum incurras. Nisi hoc posterius intelligas de diæta & commutatione cibi ; nam adhuc quartana laborabat. infra lib. IX. epist. 2. *J. F. Gronov.* Securus priscorum codicum vestigia in quibus exstat *& aut Hemonis*, & *tu ad Hemonis* , & *haud hac mois*, scribendum censeo : *Et an tu ad Chaoniam fugam intendis*. Chaonia est pars Epiri , in qua possessiones Attici erant, superius lib. VI. epist. 3. *Quanto tua provincia melior! decedes cum voles. nisi forte jam decessisti. quem videbitur præficies Thesprotia & Chaonia*. *Intendere* autem *fugam ad Chaoniam* , est ut apud Just. XXIV. *Opes suas ad occupandam dominationem intendere*. & 13. *Ad nuptias Cleopatra intendere* scilicet animum. & lib. XXI. *Dissimulatum animum ad favorem popularem conciliandum intendere* . Grævius .

29. *Nec me movet (quod scribis) jonupsi meum* .) Si diligenter animadvertas, nihil fere mendi habent hoc loco antiqui codices, unde reliqui fluxerunt ; ut mirer tantopere postea ab aliis (cum facile ante corrigi posset) depravatum fuisse. Noster antiquior *jovi ipsinicum*. quod si considerassent *c*. & *q*. litteras sæpe confundi , alteramque pro altera capi , nullo labore quicquid restabat perversionis restituissent. nam cum duæ sint vocales sibi hærentes, sæpe altera supprimitur & interit, ut paulo supra *diaris*, pro diariis in antiquo est scriptum , & eadem ratione infinitæ pene voces. Nos igitur putamus *jovi ipsi iniquum* scribendum esse : id est vehementer iratum & exasperatum , ut nec diis, nec hominibus pareat. Sic appellat in epistola ad Plancum, Servilium, qui actionibus suis adversabatur : *Res in posterum dilata, venit paratus Servilius Jovi ipsi iniquus , cujus in templo res agebatur*. *c*. autem pro *qu* in antiquis codicibus alibi scriptum observavi. *Victor*.

30. Exi-

hi esse videatur: nec me consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur. officii me deliberatio cruciat cruciavitque adhuc. cautior certe est mansio: honestior [30] existimatur trajectio. malo interdum, multi me [31] non caute, quam pauci [z] non honeste fecisse existiment. De Lepido & [a] Tullo quod quæris; illi vero non dubitant, quin Cæsari præsto futuri in senatumque venturi sint. Recentissima tua est epistola kal. data: in qua optas congressum, pacemque non desperas. sed ego, cum hæc scribebam, nec illos congressuros, nec, si congressi essent, Pompejum [32] ad ullam conditionem [b] accessurum putabam. Quod videris non dubitare, si consules transeant, quid nos facere oporteat; certe transeunt: vel, quo modo nunc est, transierunt. sed memento, [33] præter Appium, neminem esse fere, qui non jus habeat transeundi. nam aut cum imperio sunt, ut Pompejus, ut Scipio, [c] Setenas, Fannius, P.CXXXIII.

z me *MSS.*
a Tullio *MSS.*
b descensurum *Cleric.*
c Setonas *aut* Setconas *MS.*

30. *Existimatur.*) Ab aliis. nam ego cedere Italia neque rectum, neque honestum puto ep. 2. h. l. *Corrad.* Imo ab iis, quos ille pro viris & civibus bonis habebat, qui nimirum causam meliorem cum Pompejo tuebantur, ideoque ipsi Ciceroni quoque honestior videbatur; Judicaverat quidem honestum non esse cedere Italia, nimirum Pompejum cum exercitu, sed cum ille trajecisset, putabat sibi quoque honestius esse trajicere mare, & Pompejum sequi, quam in Italia manere. *Gravius*.

31. *Non caute.*) Possis suspicari delendum esse hic τὸ *non*, ut sit: suboritur tamen nonnunquam illa cogitatio, melius esse, multo maximam hominum partem, id est omnes improbos & de bonis plurimos, judicare me fecisse caute & provide manendo, quam paucos, nimirum bonos tantummodo illos acres in causa, judicare me fecisse honeste ipsos sequendo. Antiquæ editiones habent: *pauci me non honeste.* quæ potest lectio teneri, si τὸ *interdum* accipiamus pro interim. Hoc est, jam constituit, & non potest dicere nonnunquam se malle. Sed vix est, ut τὸ *interdum* ætate Ciceronis sic acceptum fuerit. *J. F. Gronov.*

32. *Ad ullam conditionem accessurum.*) Fort. *descensurum*, scribendum. Sic enim loqui solet & Cicero & alii. Cœlius epist. ad Cic. *Alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar &c.* & Cic. lib. IX. infra *descendere ad omnia, &c.* Lamb.

33. *Præter Appium.* Lib. III. Fam. qui tunc quidem Censor erat. Dion. lib. XL. sed non erat cum imperio ita, ut jus haberet transeundi. *Corrad.* Appius Claudius jus transeundi non habebat, quoniam Censor erat, nec cum imperio, ut proconsul Pompejus Hispaniarum, Scipio Pompeji socer Syriæ, Fannius Siciliæ ep. 15. lib. VII. ep. 11. lib. VI. De Varonio & Sufenate nihil constat: de Sestio lib. II. ep. 7. *Popma.*

d Coponius *Manut.* nius, d Voconius, Sestius, ipsi consules; quibus more majorum concessum est vel omnes adire provincias: aut legati sunt eorum. 34 sed nihil desidero. quid placeat tibi, & quid propemodum rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem. sed, ut mihi videor, potero biduo, Balbi Cornelii litterarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, ut meam vicem doleres, cum e me derideri videres.

e mederi *MSS.*

BALBUS CICERONI IMP. S.

OBSECRO te, Cicero, suscipe curam & cogitationem 35 dignissimam tuæ virtutis, ut Cæsarem & Pompejum, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. crede mihi, Cæsarem non solum fore in tua potestate, sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse judicaturum, si huc te rejicis. velim, idem Pompejus faciat: qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, quam spero. sed, cum constiterit & timere desierit, tum incipiam non desperare f *tuam auctoritatem plurimum* g *apud eum valituram. Quod Lentulum consulem meum voluisti hic remanere, Cæsari gratum, mihi vero gratissimum medius fidius fecisti. nam illum tanti facio,* h *qui non Cæsarem magis diligam: qui si passus esset, nos secum, ut* i *consueramus loqui; & non se totum etiam* k *& etiam ab sermone nostro avertisset, minus miser, quam sum, essem. nam cave pu-*

P. E.

f *& tuam* alii & MSS.
g *apud eū* deest in aliis.
h *ut* Brutus.
i *consueveramus* alii.
k *atque* alii.

34. *Sed nihil desero.*) Nos *desidero* emendavimus: ut sit sensus; nihil amplius opto. nam quod tibi placeat, & quod rectum sit, intelligo. cum enim de his duobus ante dubitaret, cupiebat ab Attico doceri: nunc se cognovisse dicit nihilque amplius desiderare: suas nunc partes, ut sibi honorique suo non desit. *Victorius. Nihil differo.*) Bosii mss. partim *desero*, partim *disero*. probavit Faerni & Manutii lectionem. Victorius reposuit *desidero. desero* ex duobus mss. Palat. retinet Junius, hancque ait esse germanam Ciceronis ἐπιδιόρθωσιν. Cleric.

35. *Dignissimum tuæ virtutis.*) Sic poeta lib. XII. *Indignus avorum*. Corrad. Rarum, ne dicam singulare, ut *Dignus* in genitivum feratur. Diomedes tamen in primo libro suæ Artis Grammatices, de his, quæ diversis casibus junguntur, scribens, Latinos tradit, *Dignus hac re*, atque *hujus rei* dixisse: idque posterius, Græcorum imitatione, qui ἄξιος εἰμι τούτου πράγματος, dicunt. *Malasp.*

36. *Fa-*

putes, hoc tempore plus me quemquam cruciari, quod eum quem ante me diligo, video in consulatu quidvis potius esse, quam consulem. quod si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, & consulatum reliquum Romæ peragere, incipiam sperare, etiam, consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompejum & Cæsarem conjungi posse. quod si factum erit, me satis vixisse putabo. 36 Factum Cæsaris de Corfinio 37 totum me probaturum scito. l *quo modo in hujusmodi re, commodius cadere non potuit, quam 38 ut res sine sanguine confieret. Balbi mei* m *tuique adventu delectatum* n *te, valde gaudeo. iis quæcumque tibi de Cæsare dixit, quæque Cæsar scripsit, scio* o *te tibi probabit, quæcumque fortuna ejus fuerit, 39 verissime scripsisse.*

l *Et quomodo* alii.
m *illusque* MS.
n *te* deest in MS.
o *&* Manut.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

OMNIA mihi provisa sunt, 40 præter occultum & tutum iter ad mare superum. hoc enim mari uti non

36. *Factum Cæsaris de Corfinio totum me probaturum scito.*) Vetus liber, *te probaturum scio*. Ursin.

37. *Totum.*) Præclara sententia, nec satis aperta. non enim hoc solum est advertendum, Domitium proconsulem populi Rom. a Cæsare obsessum; sed illud simul, nisi ita factum esset, magnam civium cædem fuisse futuram. si enim Cæsar exspectasset, ut Domitius suas xxx. cohortes ad Pompeji legiones adjungeret: Pompejus, aucto exercitu, in aciem descendisset. quod malum Cæsaris vigilantia vitavit. Domitium enim, de profectione ad Pompejum cogitantem, oppressit: quo facto dimicationem sustulit, ep.12. lib. VIII. *P. Manut.*

38. *Ut res sine sanguine conficeretur.*) Nos *confieret*, ex antiquis codicibus castigavimus: quo etiam verbo usus est Ser. Sulpitius in epistola, qua consolatur Ciceronem de obitu filiæ: inquit enim: *Propterea per quos ea confieri debent, propinquos ac familiaris, ipsi pari molestia afficiuntur.* Nam Vergilium etiam hoc non repudiasse, ut vetus nimis verbum notum unicuique est. *Victor.*

39. *Bellissime scripsisse.*) In nostris item ut Manutianis, *Velis summe.* In Antoniano tamen *bellissime.* & tamen emendationi Manutii magis faveo. *Malasp.* Nihil certius emendatione Manutii, meritoque recepta fuit a Bosio, Balliol. & Helmst. etiam: *velis summe.* Sed in præcedentibus delendum videtur esse *Cæsar*, in his *quæque Cæsar scripsit.* id ex præcedentibus verbis irrepsit. Locum enim nullum habet. omnia sunt liquida, si scribas: *Quæcum-*

P.CXXXIV. non possumus hoc tempore anni. illuc autem, quo spectat animus, & quo res vocat, qua veniam? cedendum enim est celeriter; ne forte qua re impediar atque alliger. nec vero ille me ducit, qui videtur: quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium jam ante cognoram; nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον. non me igitur is ducit, sed sermo hominum, qui ad me a Philotimo scribitur. is enim me ab optimatibus ait conscindi. quibus optimatibus, dii boni? qui nunc quo modo occurrunt, quo modo autem se venditant Cæsari? 41 municipia vero Deum: nec simulant, ut cum de illo ægroto vota faciebant. sed plane, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit. hunc propitium sperant: illum iratum putant. p quas fieri censes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? metuunt, inquies: credo; sed mehercule illum magis. hujus insidiosa clementia delectantur: q illius iracundiam formidant. 42 judices DCCCL, qui præ-

p cum fieri Cæsar *MS.*

q hujus *MS.*

cumque tibi de Cæsare dixit, quæque scripsit, scio re tibi probabit, quæcunque fortuna ejus fuerit, verissime scripsisse. Se tibi non os sublevisse, sed vera esse quæcunque tibi coram aut litteris de Cæsaris animo in rep. deque ejus ad pacem propensione promisit. *Gravius.*

40. *Præter occultum & tutum iter ad mare superum.*) Manutius legendum suspicatur *præter occultum & tutum iter &c.* Bosius vero auctoribus Scidis & Crusellino, ita reponendum affirmat. Sic etiam legit Lambinus & ante ipsum Corradus conjectura ductus: Vulg. *præter occultum metum. Iter ad mare &c.* Cleric.

41. *Municipia vera adeunt.*) Sic antea in cunctis legebatur: eam nos lectionem improbavimus, veteremque restituimus, credentes hanc esse sinceram & rectam. agit enim de honoribus Cæsari habitis, & ostendit quemadmodum omnes omnia facerent, quo illum sibi conciliarent: optimates enim occurrebant, & se ei venditabant, municipia vero Deum, scilicet faciebant, omnium honorum & laudum genere in illum effuso, & olim de ægroto Pompejo fecerant, deos ornando, & vota nuncupando pro illius salute. Sic & alibi de hominibus loquendo, dicit Cicero: ut in epilogo orationis pro P. Sestio: *Video P. Lentulum, cujus ego patrem, & Deum, & parentem statuo fortunæ ac nominis mei, fratris, rerumque nostrarum, &c.* In III. item libro de Oratore, *Quem Deum (ut ita dicam) inter homines putant.* *Adeunt* autem multis de causis (nisi fallimur) probari non poterat. *Victor. Municipia vero Deum.*) *Ad eum* liber manuscriptus pro *Deum*. Ursin.

42. *Judices* DCCCL.) Judices omnes: qui DCCCL. fuisse videntur: CCC quidem senatorii ordinis fuerunt: ut ep. Fam. 7. lib. VIII.

præcipue Cnæo nostro delectabantur, ex quibus quotidie aliquem video, nescio quas ejus Lucerias horrent. itaque quæro, qui sint isti optimates, 43 qui me exturbent, r cum ipsi domi maneant. sed tamen, quicumque sunt, αἰδέομαι Τρῶας. etsi, qua spe proficiscar, video; conjungoque me cum homine magis ad vastandum Italiam, quam ad vincendum parato: s demum quem exspecto. & quidem, cum hæc scribebam IV. nonas jam exspectabam aliquid a Brundisio. 44 quid autem aliquid? quam inde turpiter fugisset, & victor hic t qua se referret & v quo. quod ubi audissem; si ille Appia veniret, ego 45 Arpinum cogitabam.

r *Cumis si Vict.*

s *alii* domum, *aut* Domitiū.

t quæ *MS.*

v quomodo, ubi *MS. id.*

VIII. reliqui tum equites, tum tribuni ærarii. ex tribus enim ordinibus judices legebantur, ut declarat Pedianus. CCCLX. quos Pompejus legerit, nominant Plutarchus & Vellejus. *P. Manut.* *Judices* DCCCL.) Junius refert mss. Palat. habere CCCL. ex quibus conjicit legendum CCCLX. *Cleric.*

43. *Qui me exturbent, cum ipsi domi maneant.*) Debuit declarare locum unde se exturbarent: quare nos, *qui me exturbent Cumis* castigavimus: ita enim fere habent manuscripti codices. *Exturbare*, est de loco violenter movere, & quasi præcipitem agere. ipsi autem domi maneant, otiosi omnibus commoditatibus circumfluentibus, in me autem severitatem exercere volunt. *Victor.* Nihil muto, neque mihi placet Pet. Victorii emendatio, *qui me exturbent Cumis*, quamvis eam adjuvent nonnulli codices manusc. nam antiqua illa scriptura depravata est, & ex *cum his si*, quod reperitur in libris illis, faciendum est, *cum ipsi*, non *Cumis*, ut vult ille. *Lambinus.*

44. *Quid autem aliquid.*) *Aliud* pro *aliquid* habet vetus liber. *Ursin.*

45. *Arpinum.*) Ut illius congressum vitem. Timebat scilicet, ne, rogante Cæsare ut ad urbem rediret, vel negaret cum periculo, vel assentiretur cum dedecore, Pompejo, & cum eo consulibus multisque consularibus ex urbe jam profectis. *P. Manut.*

